XII. constituit. Hanc fortunam Moyses nactus apud Exod. 3. Ietheglæum, quod Raguelis cognomen erat, degebat apud socerum pascens pecora. aliquanto verò post, egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium, in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum abundabat enim herba, eo quòd valgato rumore numen illic habitare, pastoribus hactenus inaccessus ob religionem loci fuerat. in eo monte mirabile vidit prodigium. ignis enim rubi fruticem depascere visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læsit, cùm tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisset. ille tam inopinato spectaculo non mediocriter attonitus magis etiam obstupuit, postquam vocem ex igne emissam & nominatim sibi vocato verba facientem audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui non sit veritus locum hactenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consuluit insuper vt quàm longissimè à flammis abscederet. & contentus quidem sit hac visione, non indignus ea propter suam ac maiorum suorum virtutem habitus, cæterùm vlterius nihil curiosè inquirat, prædixit etiam quantum honorem ac gloriam consecuturus esset apud homines diuino fauore assistente: iussitque confidenter in Ægyptum proficisci, futurum illic ducem ac ductorem Hebræorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua eius gentis dominatione. Etenim habituri sunt, inquit, terram illam quam Abrahamus generis vestri princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducente. Sed fac memineris, vt eductis Hebræis ex Ægypto in hoc loco sacrificium gratiarum actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodiit. Moyses verò tam visis quàm auditis territus infit, Potentiæ quidem tuæ Domine, quem & ego veneror & maiores mei coluerunt, non sum tam insanus vt parere dubitem: attamen non intelligo quomodo vir priuatus & nullis viribus præditus, vel meis persuadere potero vt relicta terra quam nunc habitant me ducem sequantur: vel etiamsi persuasero, quomodo Pharaothes sit cogendus vt illos exire permittat quorum opera & labore constat Aegyptiorum felicitas. Deus autem iussit illum securum esse de toto hoc negotio, se illi nunquam non adfuturum pollicitus, & siue verbis opus fuerit, vim persuadendi largiturum, siue operibus, virium satis additurum. mox iussit

A δέξατο δ' αὖθις τὸν διεργετικότατα αὐτοῦ, καὶ τὴν μωϋσῆν εἰς ὄψιν ἐλθοῦσαν ἀγαγὼν αὐτῷ τὰξόμνιον χάριτος δικαίας. ὡς δ' ἦκεν τῷ αὖθις τὴν θυγατέρων ἀπεσήμανεν αὐτῷ μαρτυρίαν ὅτι τῇ βοηθείᾳ, καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτὸν θαυμάζων, ὡς εἰς ἀναθήσους διεργεσιῶν κατατιθεῖ τῷ ὑπηκουείαν ἔλεγεν, ἀλλ' ἱκανοὺς ἐκτίσαι χάριν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀμοιβῆς ὑπερβάλλειν τὸ μέτρον τῆς ὀφειλῆς. ποιεῖται δ' αὐτὸν υἱόν, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων δοὺς γάμον δίδωσιν. ἔτι τε θρεμμάτων, ἐν τούτοις γὰρ ἡ πᾶσα κτῆσις τὸ παλαιὸν τοῖς B βαρβάροις, ἀποδείκνυσιν ὅτι μελητῷ καὶ διαπότιον. καὶ μουσῆς μὲν τοιοῦτον τυχὼν ἔσχε τὸν ἱεθγλάην, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ῥαγουήλῃ, διῆγεν αὐτόθι ποιμαίνων τὰ ἐκείνου κτήματα. χρόνῳ δ' ὕστερον νέμων, ὅτι τὸ σινᾶον καλούμενον ὄρος ἄγει τὰ ποίμνια· τοῦτο δ' ἔστιν ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ ὀρῶν, πρὸς νομὰς ἄριστον ἀγαθῆς φυομένης πόας, καὶ δὴ τὸ δόξαν ἔχειν ἐνθουσιᾶν αὐτῷ τὸν θεὸν ὑπ' κατανεμηθείσης πρότερον, ὑ δ' ὄλμόντων ἐμβατεύειν εἰς αὐτὸ τῶν ποιμένων. ἔνθα δὴ καὶ τέρας αὐτῷ συντυγχάνει θαυμάσιον. πῦρ γὰρ θάμνου βάτου νεμόμενον, τῷ δὲ αὐτὸν χλόην τό τε ἄνθος ἀπὸ παρῆλθεν ἀβλαβὲς, C τῶν ἐγκάρπων κλάδων ὐδὲν ἠφάνισεν, καὶ ταῦτα τῆς φλογὸς πολλῆς καὶ ὀξυτάτης ὑπαρχούσης. ὁ δὴ καὶ αὐτῷ μᾶλλον ἔδοσε τῷ ὄψιν ἀδόξαστον γενομένῳ. κατεπλάγη δ' ἔτι μᾶλλον, φωνῆς τε πυρὸς ἀφιέντος, καὶ ὀνόματι καλέσαντος αὐτὸν καὶ ποιησαμένου λόγους, οἷς τότε θάρσος αὐτῷ δόντος παρελθεῖν εἰς χωρίον, εἰς ὃ μηδεὶς ἀνθρώπων πρότερον ἀφίκτο δι' τὸ εἶναι θεῖον, ἐσήμανεν, καὶ συνεβάλλειν τῆς φλογὸς πορρωτάτω χωρεῖν. D ἀρκεῖσθαι μὲν οἷς ἐώρακεν, ἀγαθὸν ὄντα καὶ μεγάλων ἀνδρῶν ἔκγονον, πολυπραγμονεῖν δὲ μηδὲν τούτοις ἀσεβέστερον. προσηύδαιεν δὲ τῷ ἐσομένῳ αὐτῷ δόξαν, καὶ τιμὴν ἀνθρώπων τῶν θεῶν συμπαρόντων. καὶ θαρρούντα ἐκέλευεν εἰς τὴν αἴγυπτον ἀπιέναι, στρατηγὸν καὶ ἡγεμόνα τῆς ἑβραίων πληθὺν ἐσόμενον, E τῆς ὕβρεως τῆς ἐκεῖ τοὺς συγγενεῖς ἀπαλλάξοντα. καὶ γὰρ γῆν οἰκήσουσι φησὶ ταύτην διδαίμονα, καὶ ἄβρεμος οἴκησεν ὁ ὑμέτερος πρόγονος. καὶ τῶν πάντων ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν, εἰς ταῦτα σου καὶ τὴν σωτήριον αὐτοῖς ἡγουμένης. ἐξαγαγόντα μέν τοι τοὺς ἑβραίους ἐκ τῆς αἰγύπτου, θυσίας ἐπέλθειν εὐχαριστηρίους ἀφικομένων εἰς ἐκεῖνον ἐκτελέσαι τὸν τόπον. τοσαῦτα μὲ ἐκ τοῦ πυρὸς θεοκλυτεῖται. μωϋσῆς δ' ἐκπεπληγμένος οἷς εἶδε καὶ πολὺ μᾶλλον οἷς ἤκουσεν, δυνάμει μὲν ἀπιστεῖν, ἔφη, τῇ σῇ δέσποτα, ἐὰν αὐτός τε θρησκεύω καὶ προγόνοις οἶδα φανερὰν γενομένην, μανιοδέστερον δ' κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ φρόνησιν ἡγοῦμαι. πλὴν ἀπορῶ, πῶς ἂν ἰδιώτης ἀνὴρ καὶ μηδεμιᾶς ἰσχύος ἄπορος, ἢ πείσω λόγοις τοὺς οἰκείους ἀφέντας ἐὰν αὖτε κατοικοῦσι γῆν ἐπιθυμῆ μοι, πρὸς ἐὰν αὐτοὺς ἡγοῦμαι. καὶ ἐκεῖνοι πειθῶσιν, πῶς ἂν διασαίμην φαραώθην ὑπεξέλθαι τὴν ἔξοδον τούτοις, ὧν τοῖς πόνοις καὶ τοῖς ἔργοις τὴν οἰκείαν αὔξουσιν εὐδαιμονίαν. ὁ

ὁ θεὸς αὐτῷ θαρρεῖν πάντων συνεβούλευε πειθὼ παρέξειν, ἐὰν δ' ἔργων, ἰσχὺν χορηγήσειν. ἐπέλθειν δὲ τὴν βακτηρίαν ὅτι τὴν

γῆν

γλῶ ἀφέντα πίστιν ὧν ὑπεχεῖτο λαμβάνειν. καὶ ποιή- A
σαντος, δράκων εἵρπεν, & συνειλούμενος ἀπειειδὼς,
ὡς διώκουσιν ἐπ' ἀμυνῆ τῷ καφαλῷ ἐπανέτεινεν. εἶ-
τα πάλιν βάκτρον ἐγένετο. μετὰ τοῦτο ἡ καθεῖναι τῷ δεξιὰν
εἰς τὸν κόλπον ἐφοτέταξεν. ὑπακούσας ἡ λαὸς καὶ
πάντα τῷ χεῖρα ὁμοίαν ἐφεκόμισεν. εἶτ' εἰς τὸ σύ-
νθες κατίσχνελδυθεὶς ἡ κ' πλησίον ὕδατος λαβὼν
ὅτι τῷ γῆν ἐπέχεαι, ὁρᾷ τῷ χεῖρα αἱματώδη γλυ-
μμένην. θαυμάζοντα δ' ὅτι τούτοις, θαρρεῖν παρεκε-
λεύετο, & βοηθὸν εἰδέναι μέγιστον αὐτῷ συνεσόμενον, B
καὶ σημείοις ἐφεῖς τὸ πιστεύεσθαι ἐφ' ἅπασι χρῆσθαι,
ὅτι πεμφθεὶς ὑπ' ἐμοῦ πάντα κ' τὰς ἐμὰς ἐντολὰς
ποιεῖς. κελεύω ἡ μηδὲν ἔτι μελλήσαντα ἀπιέναι εἰς
τῷ Αἴγυπτον, κ' νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπειγόμενον, &
μὴ τείβοντα τ' χρόνον, πλείω ποιεῖν τοῦτον Ἑβραίοις
ἐν δουλείᾳ κακοπαθοῦσιν. μωϋσῆς δ' ἐκ ἔχων ἀπι-
στεῖν οἷς ἐπηγγέλλετο τὸ θεῖον θεατὴς τε τούτων βε- C
βαιωμάτων καὶ ἀκροατὴς γλυόμενος, δεξάμενος αὐτὸ,
καὶ πειραθεῖναι ταύτης τῆς δυνάμεως ἐν Αἰγύπτῳ
δοθεὶς, ἐπιβάλλει μηδὲ ὀνόματος αὐτῷ γνῶσιν τῶ
ἰδίω φθονῆσαι, φωνῆς δ' αὐτῷ μεταλαχὼν κ' ὄψεως
ἔτι, καὶ τῷ προσηγορίαν εἰπεῖν, ἵνα θύων ἐξ ὀνόμα-
τος αὐτὸν παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς προσκαλῇ. καὶ ὁ θεὸς
αὐτὸ σημαίνει τῷ ἑαυτῶ προσηγορίαν, ἃ πρότε-
ρον εἰς ἀνθρώπους παρελθοῦσαν, ὡς ἦς ἃ μοι θέ-
μις εἰπεῖν. μωϋσῆς μὲν τὰ σημεῖα ταῦτα, ἃ τότε
μόνον ἁπαντὸς δ' ὁπότε δοκεῖν συνετύγχανεν. ἐξ D
ὧν ἁπάντων πλέον ὡς τῆς ἀληθείας τῷ πυεὶ νέμων,
καὶ τὸν θεὸν ἀμφὶ πάσατῷ ἔχειν πιστῶν,
τοῖς τε οἰκείοις σώζειν ἤλπιζεν, καὶ τοὺς αἰγυπτίους
κακοῖς ἐπιβαλεῖν. καὶ πυθόμενος τὸν τῷ αἰγυπτίων
τεθνάναι βασιλέα φαραώθην, ἐφ' ὅπερ αὐτὸς
ἔφυγε, δεῖται ῥαγουήλου συγχωρῆσαι κατὰ ὠφέ-
λειαν αὐτῷ τῷ συγγενῶν εἰς Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, καὶ
ἐπαλαβὼν τῷ σπουδήν, ἵν' γαμήκει τῇ ῥα- E
γουήλ θυγατέρα, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας γήρ-
σον καὶ ἐλεάζαρον, ὥρμησεν εἰς τὴν Αἴγυπτον. τῷ
ὀνομάτων τούτων γήρσος μὲν σημαίνει κ' ἐβραίων
διάλεκτον, ὅτι εἰς ξένην γῆν, ἐλεάζαρος ἡ, συμμά-
χου τῷ πατρώου θεοῦ χρησάμενον αὐτὸν αἰγυπτίους διά-
φυγεῖν. γλυομένων δ' αὐτῷ πλησίον τῷ ὀρῶν ὁ ἀ-
δελφὸς ἀαρὼν ὑπεμύησεν τῷ θεῷ κελεύσαντος, πρὸς
ὃν ἀποσημαίνει τὰ ἐν τῷ ὄρει συντυχόντα καὶ τῷ F
θεῷ τὰς ἐντολάς. προσῆσι δ' αὐτοῖς ὑπεμίμνησκον
ἐβραίων οἱ ἀξιολογώτατοι τῷ παρουσίαν αὐτῷ με-
μαθηκότες, οἷς μωϋσῆς τῷ σημείων, ἐπεὶ πιθανὸς
ἐν ἐμοῖ, παρέχειν τῷ ὄψιν. οἱ δ' ἐπ' ἐκπλήξεως
τῷ προσδόξαν αὐτοῖς γλυομένων ἀνθαρσοῦσι, καὶ
πρὸς τῷ ὅλων ἅπασαν ἐλπίδες ὡς θεῷ προσομμένου
τῆς ἀσφαλείας αὐτῷ. ἐπεὶ ἡ καταπειθεῖς εἶχεν
ἤδη τοῖς ἐβραίοις ὁ μωϋσῆς, κ' οἷς αὖ κελεύσῃ τού-
τοις ἀκολουθήσειν ὁμολογουμένους, καὶ τῆς ἐλευθε- G
ρίας ἐρῶντας, προσγίνεται πρὸς τὸν βασιλέα τῷ ἡ-
γεμονίαν νεωστὶ παρειληφότα, κ' ὅσα τε ὠφελήσαιεν
αἰγυπτίους ὑπὸ ἀθίστων καταφθειρομένους, κ' ἁρπα-
ζομένης αὐτῷ τ' χώρας ἐληλυθότα, στρατιᾷ κ' πόνοις χρη-
σάμενος ὡς περὶ οἰκείων. τὰς ἡ κινδύνων ὅτι τούτοις ὑπ'
αὐτῷ ἀμοιβὰς ἐ δίκαιος νομιζόμενος ἀπεδίδρασκεν:

vt virga in terrâ proiecta fidem promissorum acciperet. quo facto, draco humi repebat, & in spiras se conuoluens caput erigebat quasi repugnaturus si quis insequeretur: ac mox denuò in virgam est mutatus. post hoc manum in sinũ mittere iussus cùm paruisset, albam & colore calci similem exemit, quæ mox in pristinũ colorem rediit. iussus deinde aquam è propinquo haustam humi effundere, vidit in colorem sanguineum versam. Ad hæc stupentem vt confidat hortatur, cùm sciat maximum sibi adiutorẽ afforc. vtque apud omnes his prodigiis vtendo fidem illis faciat à Deo se missum, eiúsque iussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festinus in Ægyptum properaret, neque die neque nocte iter intermittendo, néve diu tempus terendo longiorem Hebræis seruitutem & afflictionem redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarum certitudinem tot argumentis auditis & visis satis colligebat, precatus vt eándem potentiam in Ægypto, cũ exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat vt quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoque suum volens ac libens indicaret, vt rem diuinã illi aliquando facturus nominatim eum ad sacrificium inuocare posset. tum Deus aperit ei suum nomen, numquã antea hominum vlli auditũ aut cognitũ, quod mihi eloqui nec ius nec fas esse arbitror. Moysi verò non tunc tantùm, sed quotiescunq; opus esset talium prodigiorũ facultas aderat, atque ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi veritate, déque Dei adiutoris fauore, magnam spẽ concepit fore vt tãdem & sui liberarentur, & Ægyptij insigni aliqua clade afficerentur. Cúmq; cognouisset Pharaothem Ægyptiorum regẽ sub quo ipse fugerat, esse defunctũ, à Raguele commeatum rogat; vt salua eius pace ac gratia liceat sibi in Ægyptum ob publicam cognatorum ac tribulium suorum vtilitatem proficisci: quo impetrato & assumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberísque communibus, Gerso & Eleazaro, iter in Ægyptum arripuit: quorum nominum prius peregrinum significat, posterius, Dei auxilium; quòd diuina ope insidias Ægyptiorum euasisset. cúmque iam non longè à limitibus abesset, Aaron frater venit obuiam Deo sic iubente: cui mox indicauit quicquid in monte viderat, & omnia mandata quę diuinitus illic acceperat. mox vlterius progressus obuios inuenit præstantissimos quosque Hebræorum, qui aduentum eius præsenserant: & mox ne quid amplius de fide Moysis dubitarent, prodigia diuinæ voluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus præter omnem opinionem visis attoniti, sperare iam cœperunt prouidentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defuturam. Atque ita obsequentiores nactus Hebræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum libertatis amore, ad nouum regem se confert. Ibi posteaquam commemorasset operam suam pro Ægyptiis contra Æthiopas contemptim agros eorum vastantes nauatam, laboréque exhaustos dum non aliter quàm pro suis popularibus bellum administraret, adiicit malam gratiam pro tot beneficiis sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum re-

XIII.

Exod. 5. 7.

gi aperit nec non prodigia quibus de voluntate Dei confirmatus omnem hæsitationem posuerit, singillatim enumerat. addit deinde preces ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse velit. cæterùm cùm à rege contemptim audiri se animaduerteret, exhibet illi speciem prodigiorum quæ in Sina viderat. Rex verò iratus sceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitiuus, nunc magicis præstigiis instructus ad reliquos decipiendos venerit. Habere se quoque sacerdotes qui eadem ostenta repræsentare possent, non minùs peritos huiusmodi artium: nec esse cur se Moyses iactare debeat, quasi solus diuina præ cæteris virtute polleat, atque ita apud rudem multitudinem quasi supra mortalem conditionem positus se venditet: confestimque cùm & ipsi suas virgas proiecissent, in dracones sunt versæ. Tum Moyses nihil his motus, ne ipse quidem, inquit, ignoro aut contemno artes Ægyptiorum, attamen quæ ego operor, tanto præstantiora esse aio, quàm illorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas post se relinquunt. iámque manifestè declarabo non esse hæc præstigias veritatis specie parum cautis imponentes, sed ipsissimam Dei virtutem, argumentum omnipotentis illius voluntatis apud incredulos futuram: & cum dicto virgam in terram mittit, iubens vt fiat draco, quæ mox dicto parens Ægyptiorum virgas quæ draconum specie reptabant, vnam post aliam aggressa omnes ad vnam deuorauit. ac mox in pristinam speciem reuersam Moyses rursum sustulit. Rex autem ad indignationem magis quàm admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum respondisset, neque quicquam Ægyptiacis artibus profecturum, mandat operarum exactori qui Hebræis erat præpositus, vt de labore nihil eis remittat, sed grauioribus etiam quàm antea operum difficultatibus premat. at ille prius paleas eis ad lateres fingendos præbere solitus, posthac id facere desiit: sed interdiu detentos in opere noctu ad comportandas paleas dimittebat, pristini laboris onus conduplicaturus. Moyses autem neque minis regis à proposito deterrebatur, neque assiduis suorum querelis vt à cœpto desisteret vel minimum flectebatur: sed obfirmato contra vtrunque animo, in hoc totus erat, vt suos in optatissimam libertatem restitueret. Itaque denuo regem accedit, suadens vt dimittat Hebræos in Sina montem, illic Deo sacrificaturos. hoc enim ipsum iussisse, nec posse quenquam eius voluntati resistere. quapropter dandam operam ne fauorem eius contemnere videatur, vtque populo potestatem exeundi faciat, ne fortè contrà moliendo posthac culpam in se transferat, si quid ipsi tale acciderit, qualia Dei voluntati resistentibus euenire solent. Nam necessariò calamitates eos comprehendere; qui diuinam iram in se prouocauerint: & tum terram tum aërem illis infestum existere, tum procreationem filiorum parum feliciter procedere, elementis etiam ad vindicandum in eos concitatis. atque hæc mala non posse euitare Ægyptios, etiamsi Hebræos regionem eorum exire contingat, nisi hanc profectionem bona pace ipsorum impetrauerint.

Exod. 6.

τά τε κατὰ τὸ σινᾶον ὄρος αὐτῷ συμπτυχόντα; καὶ πῶς τῇ θεῷ φωνὰς καὶ τὰ πρὸς πίστιν ὧν ἔδει αὐτῷ προσάξειν ὑπ' αὐτοῦ δειχθέντα σημεῖα καθ' ἕκαστον ἐξετάθετο. παρεκάλει τὸ μὴ ἀπιστοῦντα τούτοις ἐμποδὼν ἵστασθαι τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ. χλευάσαντος δ' τοῦ βασιλέως μωϋσῆς, ἔργῳ παρεῖχεν αὐτῷ βλέπειν τὰ σημεῖα τὰ κατὰ τὸ σινᾶον ὄρος γιγνόμενα. ὁ δ', ἀγανακτήσας ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀπεκάλει, καὶ πρότερον φυγόντα τὴν παρ' αἰγυπτίοις δουλείαν, καὶ νεῦν ἐξ ἀπάτης αὐτῷ τὴν ἄφιξιν πεποιημένον, καὶ πρὸς τερατουργίας ἑτοίμας καταπλήξειν ὑπισχνούμενον. καὶ ταῦτ' ἄμα λέγων, τοὺς ἱερεῖς τὰς αὐτὰς ὄψεις αὐτῷ ἐπιδείκνυσθαι ὁρᾶν, ὡς αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων καὶ τὴν πρὸς τούτων ὑπεροψίαν, καὶ ὅτι μὴ μόνος ἐμπειρος ὢν αὐτὸς εἰς θεὸν δυνατὰ. τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ ἐπιδείξειν ἀναφέρων, πιθανὸς ὡς παρ' ἀπαιδεύτοις ὑπάρχειν. ἐπεμύων βακτηρίας δεόμενοι ἦσαν. μωϋσῆς δ' οὐ καταπλαγείς, ἐπ' αὐτὸς μὲν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς αἰγυπτίων σοφίας καταφρονῶ. τόσῳ μὲν τοι κρείττονα τὰ ὑπ' ἐμοῦ θεατὰ τούτων μαγείας καὶ τέχνης φημὶ, ὅσῳ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων διαφέρει. δείξω δ', ἐπ' κατ' ἀπάτην καὶ πλάνῃ τὰ ἀληθοῦς δόξης τιμῶν, καὶ δι' θεοῦ πρόνοιαν καὶ δύναμιν φανόμενα. καὶ ταῦτ' εἰπὼν μεθίησιν ὅπι τῆς γῆς τὴν βακτηρίαν, κελεύσας αὐτὴν εἰς ὄφιν μεταβαλεῖν. ἦδη ἐπειθέτο καὶ τὰς τῶν αἰγυπτίων βακτηρίας οἱ δεόμενοι ἐδόκουν πρεπόντως κατιδεῖν, μέχρι πάσας ἀπλωσεν. εἶτ' εἰς τὸ αὐτῆς χῆμα μεταπεσοῦσαν νομίζεται μωϋσῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδέν τι μᾶλλον τούτῳ πεπαχθεὶς καταπλήττεται. πρόσορμισθεὶς δὲ μηδὲν αὐτῷ πρόχωρησεν εἰπὼν ἐκ τῆς κατ' αἰγυπτίων σοφίας καὶ δεινότητος, κελεύει τὸν ὅπι τῶν ἑβραίων τεταγμένον μηδὲ μίαν αὐτοῖς ἄφεσιν παρέχειν τοῦ πονεῖν, ἀλλὰ πλείοσι τοῖς πρότερον κακοῖς αὐτοὺς καταναγκάζειν. ὁ δὲ, ἀχνυμένους αὐτοὺς παρέχων εἰς τὴν πλινθείαν πρότερον ἔτι παρεῖχεν. ἀλλ' ἡμέρας μὲν ὅπι τοῖς ἔργοις ταλαιπωρεῖν ἐποίει, νυκτὸς δὲ συνάγειν τὸ ἄχυμον, καὶ τοῦ δεινοῦ διπλασίου αὐτοῖς καὶ τῆς ταλαιπωρίας δι' ἐκείνων χαλεπωτέρας γενομένης. ὁ δ' οὔτε πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως ἀπειλὰς ἐκαμνεν, οὔτε πρὸς τὰς τῶν ἑβραίων μέμψεις ἐκάμπτου. τὴν τε ψυχὴν ἀδημονήσας πρὸς ἑκάτερον ὅπι τὸ πονεῖν καὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιβαρίζον τὴν ἐλευθερίαν ὑπῆρχεν. καὶ ἀθυμούμενος πρὸς τὸν βασιλέα ἐπειδὴν αὐτὸν ἀπολύειν τοὺς ἑβραίους ὅπι τὸ σινᾶον ὄρος, ἐκεῖ θυσίας τῷ θεῷ, τοῦτο δὲ αὐτὸν κεκελευκέναι, καὶ μηδὲν αὐτοπροσῆκτον οἷς ἐκεῖνος βούλεται. τὴν δ' ὁμηρίαν αὐτῷ πρὸς παντὸς ποιουμένου συγχωρεῖν αὐτοῖς τὴν ἔξοδον, μὴ καὶ λάθῃ τούτων κωλυτὴς γενόμενος αὐτὸν ἀπασῶν πάσχειν ὅσα παθεῖν εἰκὸς τὸν αὐτοπροσῆκτον θεοῦ πρόσαγμασιν. τοῖς δὲ χόλον ἐφ' αὐτοὺς κινήσασι θεῖον ἐξ ἁπάντων φύεσθαι τὰ δεινά. ἔστι γὰρ οὐ τούτοις, ἔστι ἀνὴρ φίλος, ἔστι γονεὺς τέκνων καὶ φύσιν, ἀλλ' ἐχθρὰ πάντα καὶ πολέμια. πειραθήσεσθαί τε τούτων αἰγυπτίους ἔφασκεν, μετὰ τὸ καὶ τῶν ἑβραίων λαὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν, ἀκόντων ἐκείνων.

τοῦ

τῶ ἢ βασιλέως ἀκφαυλίζοντος τοὺς μωϋσέως λό- A
γους, & μηδὲ μίαν ὅλη τροφὴν ἔτι ποιεμένοις, πάθη
δεινὰ τοῖς αἰγυπτίοις εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ ὅλα τὸ βέλεσθαι μωϋ-
σῆν μηδὲν ὧν προεῖπεν αὐτοῖς ψευσάμενον ὑπολῆ-
ψαι. καὶ ὅτι συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις, μαθεῖν φυ-
λάττεσθαι αὐτὰ ποιεῖν ἐφ' οἷς μὴ δυσαρεστήση τὸ
θεῖον, μήδ' εἰς ὀργὴν προσέρηται ἀμωμήτους τῆς ἀ- B
δικίας αὐτούς. ὁ γὰρ ποταμὸς αὐτοῖς αἱματώδης θεοῦ
κελεύσαντος ἐῤῥύη, πίνεσθαί τε μὴ δυναμένοις, καὶ
πηγὴν ἑτέραν ὑδάτων ἐκ ἔχουσιν. οὐχὶ ἢ τὴν
χρόαν μόνον λῦμα τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ τοῖς προσφερομένοις
ἀλγήματα & πικρὰν ὀδύνην προσέφερεν. λοιμὸς ἢ
τοιοῦτος μὲν αἰγυπτίοις, ἑβραίοις ἢ γλυκὺς καὶ πό-
τιμος, καὶ μηδὲν τῆ κατὰ φύσιν παρηλλαγμένος.
πρὸς οὖν τὸ προσδόξον ἀμηχανήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ C
δείσας πρὸς τὴν αἰγυπτίων, συνεχώρει τοῖς ἑβραίοις
ἀπιέναι. καὶ τῆ κακοῦ λωφήσαντος, πάλιν τὴν γνώ-
μην μετέβαλεν, ἐκ ὑπιέμενον τὴν ἔξοδον αὐτοῖς.
ὁ ἢ θεὸς ἀγνωμονοῦντος, καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλα-
γὴν τῆς συμφορᾶς, ἐκ ἐπὶ σωφρονεῖν ἐθέλοντος, ἄλ-
λην τοῖς αἰγυπτίοις ὑπέφερε πληγήν. βατράχων
πλῆθος ἄπειρον τὴν γῆν αὐτῆ ἐπεβόσκετο. μεσὸς
ἢ τούτων καὶ ὁ ποταμὸς ἦν, ὡς διανεμομένους τὸ πο- D
τὸν τρὸ τῆ ζώων ἰχῶρι κεκακωμένον λαμβάνειν, ἀνα-
πιμπλαμένων καὶ σωδιαφθειρομένων τῶ ὕδατι. ἦτε
χώρα μεσὴ κακῆς ἦν ἰλύος, γλυμένων τε καὶ
ἀποθνησκόντων, τάς τε κατ' οἶκον αὐτῆ διάπτας
ἠφάνιζον ἐν βρότοις δυσκόμενοι καὶ ποσὶ, & ταῖς
δυναῖς αὐτῆ ὑπιπολάζοντες. ὡς τε χαλεπὴ ἦν & E
δυσώδης ἀποθνησκόντων τῆ βατράχων καὶ ἐν αὐτῆ
διεφθαρμένων. ὑπὸ δὲ τούτων τῆ κακῶν ἐλαυνο-
μένων τῆ αἰγυπτίων, τὸν μωϋσῆν ἐκέλευσεν ὁ βα-
σιλεὺς οἰκέσθαι τοῖς ἑβραίοις λαβόντα. καὶ προσχρῆ-
μα τοῦτ' εἰπόντος ἠφάνισε τῆ βατράχων τὸ πλῆθος,
& ἦτε γῆ & ὁ ποταμὸς εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν κατέ-
σαν. φαραώθης ἢ ἅμα τοῖς πάθοις ἀπηλλάχτο ἡ γῆ,
καὶ τῆς ἀτίας ἐπελέλησο, & τοὺς ἑβραίους κατεῖχεν. καὶ
ὥσπερ πλειόνων παθημάτων φύσεις βελόμενος μα- F
θεῖν ἐκ ἐπ' ἐφίει τοῖς περὶ τὸν μωϋσῆν τὴν ἔξοδον,
φόβῳ μᾶλλον ἢ φρονήσει ταύτην αὐτοῖς ὑπεξέπων.
πάλιν οὖν ἄλλου κακοῦ προσβολῆ μετίει τὸ θεῖον
αὐτῆ τὴν ἀπάτην. φθειρῶν γὰρ τοῖς αἰγυπτίοις ἐξώ-
θησεν ἄπειρόν τι πλῆθος ἔνδον ἀναδιδομένων, ὑφ' ὧν
κακοὶ κακῶς ἀπόλλυντο, μή τε λυτροῖς μή τε χρίσε-
σι φαρμάκων διαφθεῖραι τὸ γλῦς αὐτῆ δυνάμενοι.
& πρὸς τοῦτο τὸ δεινὸν ὁ τῆ αἰγυπτίων βασιλεὺς τα-
ραχθεὶς, καὶ δείσας ὁμοῦ τὸν ὄλεθρον τῶ λαῶ, & G
τὴν ἀφχυΐαν ἢ τῆς ἀπωλείας λογισάμενος, ἐξ ἡ-
μίσους γὰρ φαυλότητος ἠναγκάζετο σωφρονεῖν. τοῖς
μὲν γὰρ ἑβραίοις αὐτοῖς ἐδίδου τὴν ἔξοδον. καὶ πρὸς
τοῦτο τ πάθος λωφήσαντος, τέκνα & γυναῖκας ὅμηρα
τ ὑποστροφῆς αὐτῆ καταλιπεῖν αὐτὸς, ἠξίου προσε-
ταχρίαινε δὴ τ θεὸν νομίσας ἀπατήσειν αὐτῆ τ προ-

Rege verò nihili facìente verba Moysis, neque vel tantillum ad eius preces aduertente, grauissima mala in Ægyptios incubuerunt: quæ singulatim recensebo tum propter eorum nouitatem, tum vt eo magis appareat non vanas fuisse vatis nostri prædictiones: postremò quia hominum interest talia cognoscere, quo magis ea caueant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas commoueri solet. Primùm amnis sanguineis *Exod.7.* fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cùm præterea nullum fontem habeant. nec coloris tantùm id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur: erátque talis Ægyptiis solis, Hebræis verò dulcis ac potabilis, & omnino pristinam naturam retinens. quo miraculo rex inops consilij, timens incolumitati gentis, permisit Hebræos abire. cúmque malum cessasset, rursum ad pristinam mentem rediit, sententiam suam reuocans. Deus autem motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus vellet sapere, aliam *Exod.8.9.* plagam Ægypto infligit. Ranarum vis immensa terram eorum populabatur, refertus erat & fluuius, vt aqua inde non nisi sanie harum viciata hauriri posset, immorientibus earum plerisque & imputrescentibus. plena erat & terra turpi limo ex quo enascebantur, rursúsque in eundem resoluebantur: quin & domesticum victum fœdabant in esculentis atque poculentis nusquam non repertæ: & in cubilibus quoque passim oberrantes: ita vt omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cùm exagitarentur Ægyptij, rex iubet Moysen cum Hebræis abire quò velit: & quamprimum hoc dixit, euanuerunt ranæ, terráque simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. vix dum hoc malum cessauerat, cùm Pharaothes denuò mutatus, priorum oblitus retinere populum cœpit: & quasi aliarum etiam afflictionum naturas experiri vellet, negabat exitum quem prius concesserat timore magis compulsus quàm ex animi sui sententia. Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. pediculorum enim magna vis è corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus mali malè perdebantur, neque lauacris neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos valentes, Qua noua peste turbatus rex, & non magis ipso periculo quàm eius fœditate ac turpitudine territus, nequam cùm esset, ægrè dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante, liberos & vxores reditus obsides ab eis exigebat. quo facto magis etiam Deum exasperat, putans se prouidentiam eius circumuenire posse, quasi Moyses & non potius Deus pœnas de Ægyptiis Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergo & multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem vnquam viderat, tan-

πονοιαν, ὥσπερ μωϋσέως, ἀλλ' ἐκ ἐκείνου τιμορέντος τ ἀγυπτον ὑπὸ τ ἑβραίων. θηρίων γὰρ παντοίων καὶ πολυ-
ζόπων ὧν εἰς ὄψιν ἀδεὶς ἀπωλωτήκει, πρότερον τὴν χώραν αὐτῆ ἐχρισεν. ὑφ' ὧν αὐτοί τε ἀπώλλυντο,

ta copia, vt tota regio malo hoc replereturpræ A quarum frequentia & homines plurimi extinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium euadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege verò ne tum quidem resipiscente vt voluntati diuinæ cederet, sed mulieres quidem cũ viris dimittente, pueros verò retinere volente, non defuerunt Deo variæ prioribus etiam grauiores pœnæ, quibus ob regis malitiam in vniuersam gentem seuerè animaduerteret: sed B exulceratis intus in cute corporibus miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cùm ne sic quidem rex resipisceret, grando nunquam antè in Ægyptio cœlo visa, tunc verò maior quàm apud alios hiberno tẽpore, aut in septentrionali regione, vere iam adulto supernè ruens omnes eorum fructus cõtriuit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum superuenientes ita absumpserunt, vt fructuum colligẽdorum spes Ægyptiis C omnibus omnino sit adempta. Quòd si rex stultus tantùm, & non etiam malus fuisset, poterat vel iam dictis cladibus admonitus resipiscere, vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes tametsi non ita insaniebat vt causam non intelligeret, tamen tanta malitia pectus eius obsederat, vt adduci nullo modo posset quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica cõ- D moda sciens volénsque peccare pergeret. itaque tandem Hebræis pueros etiam vnà cum mulieribus concedit, sed iussis vt bona sua Ægyptiis tanquam prædam relinquerent, eo quòd ex ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebantur. Moyse verò negante æquum postulari, alloqui non habituros vnde sacrificarent, atque hac controuersia diutius durante, tam densæ tenebræ omnisque E luminis expertes Ægyptiis sunt circunfusæ, vt prospectu in vniuersum priuati alij alio casu absumerẽtur, illo quoque metu imminente, ne fortè penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis, post tres dies ac totidem noctes, cùm nondum flecteretur Pharaothes vt liberum exitum petmitteret, his verbis eum Moyses aggreditur, Quousque repugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac iubet Hebræos dimitti, nec est aliud præter hoc remedium ad- F uersus mala quibus affligimini? Rex verò iratè ferens hanc dicendi libertatem, minatus est eũ capite plectendum, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturũ, sed ipsum cum optimatibus Ægyptiis vltrò Hebræos rogaturum, vt quamprimum inde proficiscantur. atque his dictis abiit. Deus autem cum decreuisset adhuc vna plaga ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos, iussit Moysen edicere populo vt paratum habeant sacrificium, præ- G paratum tertiadecima Xanthici mensis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: vtque ipse Hebræos ducat omnia sua secum portantes. ille verò instructos prius ad profectionem, & per sodalitia distributos in vno loco continebat.

Exod. 10. 11. 12.

ϰὴ ἡ γῆ τῆς ὑπομελείας τῆς ἀφ' ἑαυτῆς γεωργῶν ἀπεστέρησε. εἰ δέ τι ϰὴ διέφυγε τιὼ ὑπ' ἐκείνους ἀπώλειαν, νόσῳ τοῦτο ϰαὶ τῇ αὐθρώπων ὑσομένων ἐδαπανᾶτο. τῷ ϑ φαραώθου μηδ' ὅπως εἴποντος τοῖς τοῦ ϑεοῦ βελήμασιν, ἀλλὰ τὰς μὲ γυναῖϰας συναπαίρειν τοῖς ἀνδράσιν ἀξιούντος, ϰαταλίπεσθαι ϑ τοὺς παῖδας, ὡς ἠπόρει τὸ ϑεῖον τιὼ παντοίαν αὐτοῦ ποιϰίλοις ϰαϰοῖς μείζοσιν ἐνδεδημιϰόσι μεταρχόμενον ϐασανίσαι. ἀλλὰ γὰ δεινῶς αὐτοῖς ἐλϰουμένου τὰ σώματα τῆς ἐντὸς διαφθειρομένων, ϰὴ τὸ πολὺ τῆς ἀγυπτίων ἔϑνους ἀπώλλυτο. μηδ' ὑπὸ ταύτης ϑ τῆς πληγῆς σωφρονιζομένου τοῦ ϐασιλέως, χάλαζα μήτε ϑερείαν τοῦ ϰατ' ἄγυπτον αἰῶνος τοῦτο πεπονθότος, μήτε ὁμοίᾳ τῇ παρ' ἄλλοις ὥρᾳ χειμῶνος ϰατιόσης, μείζων ϑ τῆς ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς τὰ ϐόρεια ϰαὶ τιὼ ἀρχὴν τεμόμενοις ἔαρος ἀϰμάζοντος ϰατενεχθεῖσα, τοὺς ϰαρποὺς αὐτῶν ϰατέϰλασεν. ἔπειτα φῦλον ἀϰρίδων ὀλοώτατον τὴν ὑπὸ τῆς χαλάζης μὴ ϰαταϐλαϐεῖσαν ἀπορὰν, ὥστε ϑερὸς ἀϰριϐὲς πάσας τοῖς αἰγυπτίοις τὰς ὑπὸ τ' γῆς τῆς ϰαρπῶν ἐλπίδας διολέσαι. ἤρϰει μὲ οὖν τὸν δίϰαν ποείας ἀνοῆσαι ϰὴ τὰ ϑερειρημένα τῆς ϰαϰῶν εἰς σωτηρίαν. τῷ συμφέροντος τὴν ὀρθοτομίαν ὠφελῆσαι. φαραώθης ϑ ὁ Τοσοῦτον ὑπὸ ἀφροσυνης, ὅσον ὑπὸ ϰαϰίας, ἀμαθόμενος τ' αἰτίας, ὅμως ἀντεφιλονείϰει τῷ ϑεῷ, ϰὴ τῷ ϰρείττονος ἐπιϰὼν ϑεσπότης ἐμάχετο. ϰὴ ϰελεύει μὲ τὸν μωϋσιῆ, μετά τε γυναιϰῶν ἀπαγαγεῖν τοὺς ἑϐραίους. τιὼ ϑ λείαν αὐτοῖς ϰαταλιπεῖν ἐφαρμόσης αὐτοῖς τ' οἰϰείας. τῷ ϑ μωϋσέως ἐϰὶ δίϰαια φήσαντος αὐτὸν ἀξιοῦν. δεῖν γὰ αὐτοὺς τῷ ϑεῷ τὰς ϑυσίας ἀπ' λείας ἐπενεγϰεῖν. ϰαὶ τελοῦμεν ὀϐὰ ταύτιω τὴν αἰτίαν τῷ χρόνου, σπότος ϐαθὺ ϰαὶ φύγγοις ἄμοιρον ϑεϊχεῖται τοῖς αἰγυπτίοις, ὑφ' ᾧ τὰς τε ὄψεις ὑποϰλειομένους ὑπὸ πϰυότητος οἰϰείως τε ἀποθνήσϰειν, σωϊϐαγεῖν ϰὴ διδύναι μὴ ϰαταποθῶσιν ὑπὸ τῷ νέφους. ἔπτα ταύτῃ διασεσαδιένος, μετὰ ἓξ ἡμέρας ϰαὶ τοσαύτας νύϰτας, ὡς ἐ μετανόει ϑεὸς τιὼ ἔξοδον τῆς ἑϐραίων ὁ φαραώθης, ϑερσελθὼν ὁ μωϋσῆς φησίν. ἄχει πότε ἀπειθὴς τῇ τοῦ ϑεοῦ ϒνώμῃ; ϰελεύει γὰ σὲ ἀπολύειν τοὺς ἑϐραίους, ὃ ϰὐϰ ἔστιν ἑτέρως ἀπαλλαγῆναι τῆς ϰαϰῶν ὑμᾶς μὴ ταῦτα ποιήσαντας. ὁ ϑ ϐασιλεὺς ὀργισθεὶς ὅτι τοῖς ϑεοειρημένοις ἠπείλησεν αὐτοῦ τιὼ ϰεφαλιὼ ἀποτεμεῖν, εἰ πάλιν ϑεὶ τοιούτων ἐνοχλῶν αὐτῷ ϑερσέλθοι. μωϋσῆς ϑ αὐτὸς ὐϰ ἔφ ποιήσεσθαι ϑεῖ τούτων λόγους, ἔφησεν. αὐτὸν ϑ ἐϰεῖνον σιὼ ϰαὶ τοῖς πρώτοις τῆς ἀγυπτίων ϑρασϰαλίσειν τοὺς ἑϐραίους ἀπελθεῖν. ϰαὶ ὁ μὲ ταῦτ' εἰπὼν ἀπαλλάσσεται. ὁ ϑ ϑεὸς δηλώσας ἔτι μιᾷ πληγῇ τοὺς ἀγυπτίους ϰαταναγϰάσειν ἀπολύσαι τοὺς ἑϐραίους, ἐπέλυσε μωϋσιῆ ὠδαγωγίαν τῷ λαῷ ϑυσίαν ἑτοίμιν ἔχειν, ϑρασϰυσαμένους τῇ ϝισταδεϰάτῃ τοῦ ξανθιϰοῦ μιὼς εἰς τιὼ τεσσαρεσταδεϰάτιω. ὃς ὠδὰ μὲ αἰγυπτίοις φαρμοῦθι ϰαλεῖται, νεισὰν ϑ παρ' ἑϐραίοις. μαϰεδόνες δ' αὐτὸν ξανθιϰὸν ϑερσαγορεύουσιν. ἀπάγειν τοὺς ἑϐραίους πάντα ὑπομιζομένους. ϰὴ ὁ μὲ ἑτοίμους ἔχων ἤδη τοὺς ἑϐραίους ϑερὸς τ' ἔξοδον, ϰ διατάξας εἰς φρατρίας, ἐν αὐτῷ συνεῖχεν. ἑνὸς ϑ τῆς τεσσαρες ϰαιδεϰάτης, πάντας ϑερὸς ἔξοδον ἔχοντας, ἤθροον.

ἐν τῷ αἵματι τὰς οἰκίας ἥγνιζον, ὑσσώπῳ κόμας ἀναλαβόντες. καὶ δειπνήσαντες, τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν ἐκαυσαν, ὡς ἐξελευσόμενοι. ὅθεν νεὼ ἔτι καὶ τὸ ἔθος ἔτους θύομεν, τὴν ἑορτὴν πάσχα καλοῦντες. σημαίνει δὲ ἐμβασία, διὰ ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ θεὸς αὐτὸς ἐμβὰς Αἰγυπτίοις ἐναπέσκηψεν τὴν νόσον. ἡ δὲ φθορὰ τῶν πρωτοτόκων κατ' ἐκείνην ἔπεσε τὴν νύκτα τοῖς Αἰγυπτίοις, ὡς συναλθόντας πολλοὺς τῶν περὶ τὸ βασίλειον διαπεμφθῆναι συμβαλόντων δὲ οὐδενὶ τῶν Ἑβραίων. καὶ μωϋσῆν καλέσας ἐκεῖνος ἀπέναι παρεσκεύασεν, εἰ τὴν χώραν ἐξέλθοιεν παύσασθαι τὴν ἀγυπτον κακοπαθοῦσαν ὑπολαβών. δώρεις τε τοὺς Ἑβραίους τιμῶν, οἱ μὲν ὑπὲρ τάχους ἐξελθεῖν, οἱ δὲ καὶ κατὰ γειτνιακὸν παρὰ αὐτοὺς συνήθειαν. καὶ οἱ μὲν, ἐξιέναι κλαίοντων καὶ μετανοούντων, ὅτι χρήσαντο χαλεπῶς αὐτοῖς τὴν Αἰγυπτίων. τὴν δὲ πορείαν ἐποιοῦντο κατὰ λητοῦς πόλιν ἔρημον οὖσαν ἐν τοῖς τότε. βαβυλὼν γὰρ ὕστερον κτίζεται ἐκεῖ, καμβύσου καταστρεφομένου τὴν Αἴγυπτον. συντόμως δὲ ποιήσωμαι τὸν λόγον, ἐπορεύοντο τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. μηδενὸς δὲ τῶν ἀπὸ τῆς ὑποσιτίας δεῖν διὰ τὴν ἐρημίαν, πεφυραμένοις τοῖς ἀλεύροις καὶ πεπηγόσι μόνον διὰ βραχείας θερμότητος τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἄρτοις διεφέροντο. καὶ τούτους ὅπερ τελέσαντες ἡμέρας ἐχρήσαντο. πρὸς πλείονα γὰρ οὐκ ἐξήρκεσε χρόνον αὐτοῖς, ὅσα ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπεφέροντο, καὶ ταύτην τὴν ζωοφθορὰν ταμιευομένοις, καὶ πρὸς ἀναγκὴν ἀλλὰ μὴ πρὸς κόρον, αὐτῇ χρωμένοις. ὅθεν εἰς μνήμην τῆς τότε συμβάσης ἑορτὴν ἄζυμα ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην. τὸ μὲν οὖν πᾶν πλῆθος τῶν μεταναστευσαμένων γυναῖκάς τε ἅμα καὶ τέκνα συνεπόμπευεν οὐκ ἀριθμητὸν ὄχλον. οἱ δὲ στρατιμώτατον ἔχοντες ἡλικίαν ἑξήκοντα μυριάδες ἦσαν.

A illucescente verò quartadecima omnes ad exitum animati sacrificabant, & sanguine domos lustrabant, aspersas hyssopo: & peracta cœna reliquias carnium exussérunt, tanquam exituri. vnde nunc quoque solemne manet nobis idem sacrificium, quâ festiuitatem vocamus pascha. id transitum significat, eo quòd Deus illa die præteritis illæsis Hebræis, Ægyptios morbo percussit. nam postis illa nocte absumpsit primogenita Ægyptiorum, vt agminatim ad B regiam cõcurreretur à proximis, vociferantib⁹ non amplius detinendos Hebræos. tum rex accito Moyse mandat vt abeant, ratus post eorum exitum regionem cessantibus calamitatibus subleuandam. donis etiam Hebræos honorabant, alij quò celeriùs discederent, alij propter vicinatis consuetudinem. atque hoc pacto exitum est, flentibus Ægyptiis & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter autem faciebant per Latopolim tunc desertam: Babylon enim post eo loco est condita, Cambyse C Ægyptum vastante. cúmque abeuntes iter strenue continuarent, tertia die peruenerunt Beelsephontem ad rubrum mare sitam. cúmque nihil per viam inuenirent propter solitudinem, macerata farina & modico calore in panis speciem solidata se sustentabant: quo victu per triginta dies sunt vsi. neque enim plus commeatus Ægypto extulerant, atque eum ipsum parcè dispensabant ad necessitatem magis quàm ad D satietatem, quapropter in memoriam eius inopiæ festa per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. cæterum multitudo migrantium vnà cum liberis & vxoribus vix erat numerabilis, qui verò militarem ætatem habebant, sexcentorum millium numerum explebant.

Κεφάλαιον ς'.

Ως μωυσῆς αὐτοῖς ἡγούμενος τὴν ἄγυπτον ἐξέλιπεν.

CAP. VI.

E *Quomodo Moyse duce Ægyptum reliquerunt.*

ΚΑτέλιπον δὲ τὴν ἄγυπτον, μηνὶ ξανθικῷ, πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς σελήνης, μετὰ ἔτη τριακόντα καὶ τετρακόσια καὶ τετρακοσιοστὸν ἤδη ἀβραμον εἰς τὴν χαναναίαν ἐλθεῖν. τὴν δὲ ἰακώβου μετανάστασιν εἰς τὴν αἴγυπτον γηρωμένης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δεκαπέντε ἐνιαυτοῖς ὕστερον. μωϋσῆς δὲ γεγόνει τὸ ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀαρὼν τρισὶ πλείοσιν. ἐπωκνόμιζον δὲ τὰ τῶ ἰωσήπου ὀστᾶ, ταῦτ' ἐκείνῳ τοῖς ὑοῖς αὐτοῦ κελεύσαντος. αἰγύπτιοι δὲ ὅπῃ τοῖς ἑβραίοις ἐξελθοῦσι μετέοιεν. καὶ τοῦ βασιλέως δεινῶς φέροντος, ὡς κατὰ γοητείαν τοῦ μωϋσέως τέκνων γεγονότων ἐπ' αὐτοὺς, ἐγκαλέσαν ἀπέναι. καὶ λαβόντες ὅπλα κατεδίωκον, ἐλπίζοντες ὡς ἐπανάξοντες αὐτοὺς, εἰ καταλάβοιεν. καὶ δὲ ἐκέτ' αὐτοὺς ἐνεδέξεσθαι τῷ θεῷ. τὴν δὲ ἔξοδον αὐτοῖς γεγονέναι. κατήσειεν δὲ ῥᾳδίως αὐτῷ ὑπέλαβον, ἀόπλων τε ὄντων καὶ τοῦ τῆς ὁδοιπορίας κακοπαθοῦντας. παρῆκαν δὲ ἀπαπειθανόμενοι ἢ χωρήσειαν ἐπὶ πολὺ τὴν δίωξιν, καίτοι χαλεπῆς οὔσης ὁδοῦ θεῖαν τῆς γῆς, ἀ στρατοπέδοις μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα. μωϋσῆς δὲ ταύτῃ τοὺς ἑβραίους ἀπήγαγε, ἵν' εἰ μετανοήσαντες οἱ αἰγύπτιοι δίωξιν ἐθέλοιεν, τιμωρίαν τῆς πονηρίας καὶ τῆς βάσεως τῶν ὁμολογημένων ὑπόσχοιεν.

Reliquerunt autem Ægyptum mense Xanthico, luna quintadecima, anno quadringentesimo trigesimo postquam Abraham pater noster in Chananæam venit: & post Iacobi migrationem in Ægyptum anno ducentesimo decimoquinto. Moyses verò annum tunc agebat octuagesimum, & frater eius Aaron triennio erat maior. deferebant etiam secum ossa Iosephi, ita vt filiis suis mandauerat. Ægyptios autẽ pœnituit quòd Hebræos dimisissent: cumq; rex præ cæteris hanc rem ægrè ferret, totum præstigiis Moysis imputans, decretum est vt in eos irruerent. & correptis armis reliquóque apparatu, persequebantur, retracturi si possent assequi, non enim timendum ne Deus offendatur, cum iam semel exitus illis sit cõcessus. sperabant etiam facilè se in potestatem redacturos inermes & de via lassos. itaque obuium quemque rogantes quà tenderent, raptim insequebantur, tametsi per viam difficilem non solùm exercitibus, sed expeditis quoque viatoribus. Moyses autem hac Hebræos ideo duxit, vt si Ægyptij mutata sententia persequi eos vellent, pœnas malitiæ violatíque pacti persoluerent:

Exod. 12.

XIIII.

néue Palæstini, quos ob veterem simultatem infensos habebat, de hac profectione certiores fieri possent. est enim illorum regio Ægypto contermina. quapropter omissa via quæ in Palæstinam ducit, per desertum via dispendiosa ac difficili voluit Chananæam inuadere: obitérque iuxta Dei mandata, in montem Sina populum sacrificaturum adducere. sed vbi ad rubrum mare peruentum est, ecce Ægyptiorum multitudo circonfusa in arctum eos compellit. aderant enim sexcenti currus cum equitum quinquaginta millibus, & ducenta millia scutatorum peditum. hi vias omnes obsederant, quibus effugium Hebræis patere poterat, inter rupes & mare conclusis, quo loco mons præ aspretis inuius ad littus vsque procurrit. atque ita ne fugæ quidem spe relicta Hebræos mare inter & montem obsidione premebant, oppositis armatis quà exitus in campos aperiebatur. in hac locorum iniquitate conclusi, cùm nec obsidionem præ inopia tolerare, nec exitum ad fugam inuenire possent, nec arma adessent etiamsi maximè pugnare cuperent, nihil superesse videbant nisi vt turpi deditione saluti consulerent: quo factum est vt Moysen incusarent, obliti prodigiorum quibus libertatem eis Deus significauerat; minimúmque aberat quin propheta lapidato, cõtemptísque per incredulitatem pollicitationibus, deditione in pristinam seruitutem redirent. nam & lamentis mulierum ac puerorum exasperabantur, nihil nisi perniciem expectãtium, cum essent rupibus & mari & armatis circumcirca cincti, nec vlla spes effugij relinqueretur: Moyses autem efferata licet cõtra se turba nulli succumbens difficultati non cessabat eis prospicere, Deo fretus, quem post tot libertatis præsagia probabile non erat permissurum vt aut deleretur, aut in potestate inimicorum relaberentur. cúmque medius in concione constitisset, sic ad eos verba fecit. Si homo aliquis res vestras bene ac prudenter hactenus administrasset, oportebat & in posterum similem eius curam & diligentiam expectare: nunc postquã Deus ipse gubernandos vos suscepit, quantæ insaniæ fuerit eius opem non sperare, qui per me vltro vobis præstitit quicquid ad vestram salutem ac libertatem conferre videbatur? imò hæc ipsa difficultas & angustia magis vos ad sperandum accendere debuerat. ipse enim vos in arctum hunc locum concludi voluit, vt exranta necessitate præter vestram æquè ac hostium opinionem seruaret, atque in hunc modum declararet, non solùm potentiam suã, sed fauorem etiam quo vos perpetuò prosequitur. non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre solet, sed tum potissimùm quando spei supereſt minimum. ergo huius ope freti, qui potest & ex paruis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreamini Ægyptiorum apparatu, neque propter fugam mari & montibus impeditam animum despondere. potest enim Deus & hos in planiciem & mare in terram vertere.

κὴ δζὰ παλαιστίνους δυσμενῶς ἔχοντας κ᾽ παλαιὰν ἀπέχθειαν ὖσαν ὁπωσοῦν ἐβελτίστο λανθάνειν ἀπερχόμενος. ὅμηρος γάρ ὅτιν τῇ τ᾽ αἰγυπτίων χώρᾳ. κὴ δζὰ τοῦτο, τ᾽ μὲ ἄγουσαν εἰς τ᾽ παλαιστίνην ὐκ ἀπήγαγε τὸν λαόν. ἀλλὰ δζὰ τ᾽ ἐρήμου πολλὴν αὐτοὺς ὁδὸν ☾ κακοπαθήσας ἠθέλησεν ἐμβαλεῖν εἰς τ᾽ χαναναίαν, ἔτι ὃ κὴ δζὰ τὰς ἐντολὰς τ᾽ θεῦ κελεύσαντος ἀγαγεῖν τ᾽ λαὸν εἰς τὸ σπαῖον ὄρος ἐκεῖ ποιησοντας θυσίας. καταλαβόντες ὃ τοὺς ἑβραίους αἰγύπτιοι εἰς μέχλιν παρεσκευάζοντο, ☾ συνελαύνουσιν αὐτοὺς ὑπὸ πολυχειρίας εἰς ὀλίγον χωρίον. ἑξακόσια γὰρ αὐτοῖς ἅρματα εἶπετο σὺν ἱππεῦσι πεντακισμυρίοις, ☾ ὁπλίταις μυριάδες ἦσαν εἴκοσι. τάς τε ὁδοὺς ἀπεφράγνυσαν αἷς φεύξεσθαι τοὺς ἑβραίους ὑπελάμβανον, μεταξὺ κρημνῶν αὐτοὺς ἀπορρωγάτων κὴ τ᾽ θαλάττης ὑπολαμβάνοντες. τελευτᾷ γὰρ εἰς αὐτὴν ὄρος ὑπὸ ταχύτητος ὁδοῦ ἄπορον. κὴ φυγὴς ὑπολαμβανόμενοι τοιαύτῃ ἐν τῇ παρεμβολῇ τῇ παρὰ θαλάττην τὸ ὄρος τοὺς ἑβραίους ἀπέφραττον τῷ στρατοπέδῳ κ᾽ σόμα τοῦτο ἱδρυσάμενοι, ὅπως τιμὴ εἰς τὸ πεδίον ἔξοδον ὦσιν αὐτοῖς ἀφηρημένοι. μή τ᾽ οὖν ὑπομένειν πολιορκημένων ἕνεκα τ᾽ ἐνδειαν τ᾽ ὑπαρχόντων δυνάμενοι, μήτε φυγῆς ἀπορίαν ὁρῶντες, ὅπλων τε ἀπαιζόντες εἰ κὴ μάχεσθαι δόξειεν αὐτοῖς, ἐν ἐλπίδι τοῦ πάντα ἀπωλέσθαι καθίστασαν εἰ μὴ παραδώσουσιν ἑαυτοὺς τοῖς αἰγυπτίοις ἐθελουσίους. κὴ τ᾽ μωϋσῆν ἠτιῶντο, πάντων ὑπολελησμένοι τ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ παρὸς τιμὴ ἐλευθερίαν αὐτοῖς σημείων γεγονότων, ὡς ☾ τ᾽ παρφήτην τιμὴ παρορμῶντα ☾ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενον, ὑπὸ ἀπιστίας λίθοις ἐθελῆσαι βαλεῖν, παραδόναι τε σφᾶς τοῖς αἰγυπτίοις διεγνωκέναι. πένθος τε ἦν κὴ ὀδυρμὸς γυναικῶν κὴ παίδων παρ᾽ ὀφθαλμοῖς ἐχόντων τ᾽ ὄλεθρον, ὄρεσι κὴ θαλάττῃ παρικεκλεισμένων ☾ πολεμίοις, καὶ φυγὴν ὁπαμόθεν ὢν τούτων ὑπονοούντων. μωϋσῆς ὃ κὴ περ ἀχριάνοντος παρὸς αὐτὸν τ᾽ πλήθους, ὅτ᾽ αὐτὸς ἐνέκαμνε τῇ παρὶ αὐτοὺς παρονοίᾳ, κὴ πρὸς θεὸν κατεφέρνει. τά τε ἄλλα παρὸς τ᾽ ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα παρεῖπεν παρεχηκότος, ☾ μηδὲ τότ᾽ αὐτοὺς ἐάσοντος ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γνωμένους ἢ δουλεύειν ἢ ἀπολέσθαι. κὴ σας ὢν μέσους, ὑδὲ ἀνθρώποις εἶπεν καλῶς τὰ παρόντα πεπολιτευμένοις παρὸς ἡμᾶς δίκαιον ἦν ἀπιστεῖν, ὡς ὐχ ὁμοίοις ἐσομένοις παρὸς τὰ μέλλοντα. τ᾽ ὃ θεὸν νῦν ἀπογινώσκειν ὑμᾶς παρονοίας, μανίας ἔργον ἂν εἴη, παρ᾽ ἓ πάντ᾽ ὑμῖν ἀπλώτηκεν, ὅσα δι᾽ ἐμοῦ παρὸς σωτηρίαν καὶ τιμὴ ἀπαλλαγὴν τ᾽ δουλείας, ὑδὲ παρσδοκῶσιν ὑπερέβη. μᾶλλον ὃ χρὴν ἐν ἀπόροις γενομένους βοηθὸν ἐλπίζειν τὸν θεόν. ἐ κὴ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ἡμᾶς παρενεκλεῖσθαι τ᾽ δυχωρίαν ἔργον, ἵν᾽ ἐξ ἀμηχάνων ὅτι ἔτ᾽ αὐτοὶ νομίζητε σωτηρίαν ἕξειν ἔνθ᾽ οἱ πολέμιοι, ὁ ἐν τούτων ῥυσάμενος τιμή τε ἰσχὺν ὑπολίξηται τ᾽ ἑαυτοῦ ☾ τιμὴ παρ᾽ ἡμᾶς παρόνοιαν. ὁ γὰρ ὑπὲ μικροῖς τὸ θεῖον τιμὴ ἑαυτοῦ συμμαχίαν ὖσαν δύνοιο δίδωσιν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀνθρωπίνῃ ἐλπίδα μὴ βλέποι παρὸς τὸ κρεῖττον παρεῦσαν. ὅθεν τιστῷ βοηθῷ πεπεισμένοι, ᾧ δυνάμις ☾ τὰ μικρὰ ποιῆσαι μεγάλα, κὴ τῇ τῶν πολεμίων ἀθένειαν καταψηφίσασθαι, μὴ καταπεπλῆχθαι τιμὴ αἰγυπτίων παρασκευήν. μήσ᾽ ὅτι θάλασσα κάθοπεν ὑμῖν, ὁρᾶτε φυγῆς ὁδὸν ὐ παρέχοντα, δζὰ τοῦτ᾽ ἀπογινώσκετε τ᾽ σωτηρίας. γένοιτο γὰρ ἂν κὴ ταῦθ᾽ ὑμῖν πεδία τῷ θεῷ θελήσαντος κὴ γῆ τὸ πέλαγος.

Κεφά-

A

Κεφάλαιον ζ.

Ὡς ἡ θάλασσα τοῖς ἑβραίοις διωρυμένη ὑπὸ τοῦ αἰγυπτίων ἀσεβοῦς, φυγεῖν δι' αὐτῆς παρέσχεν.

ΤΟσαῦτα εἰπὼν ἦγεν αὐτοὺς ὅθι ἡ θάλαττα τοῖς αἰγυπτίοις ὁρώντων. ἐν ὅσῳ γὰρ ὄντων, καὶ τῷ πόνῳ τεταλαιπωρημένοι καὶ διώξεως, εἰς ἡ ὑστεραίαν τὴν μάχλιν ἀναβάλλεσθαι, καλῶς ἔχειν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δὲ θεὸς τοῦ ἁμαρτεῖν μωϋσῆς ἐγεγόνει, λαβὼν τὴν βακτηρίαν θεὸν ἱκέτευε, καὶ σύμμαχον καὶ βοηθὸν ἐκάλει λέγων. σοὶ γὰρ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖς ὅτι φυγεῖν ἡμῖν ἐκ τοῦ παρόντων, ἔστι καὶ ῥᾴδιον ἔστι κατ' ὄψιν ἐστὶν ἀνθρωπίνῳ. ἀλλ' ἤδη τὰ πάντως σωτήριον στρατῷ τοῦ καὶ τὴν σὴν βάλησιν ἀφέντι τὴν ἀγυπτίων σὸν ὄχλον σπουδάζειν. ἡμεῖς τε ἄλλων ἀπεγνωκότες ἐλπίδα καὶ μηχανῶν, εἰς σὲ μόνον καταφεύγομεν. καὶ εἰπὼν ταῦτα τὸν σῆς θεραπείας ἔλθοι ἐξαρπάσαι τῆς αἰγυπτίων ὀργῆς ἡμᾶς δυνάμενον ἀφορῶμεν. ἀφίκοιτο ἂν τάχιστα τοῦτο σὸν ἐμφανίζον ἡμῖν δύναμιν. καὶ τὸν λαὸν ὑπὸ ἀπελπισίας καταπεπτωκότα πρὸς τὸ χεῖρον, ἀνάστησον εἰς εὐθυμίαν, καὶ τὸ πρὸ τῆς σωτηρίας θάρσος. ἐν ἐκ ἀλλοτρίοις δὲ ἐσμὲν τοῖς ὑποπτεύοις. ἀλλὰ σὴ μὲν ἡ θαλάσσα, σὸν ἂν τὸ πρόπυλον ἡμᾶς ὁρᾷς. ὡς αὐτοῦ γένηται μὲν τοῦτο σοῦ κελεύσαντος, ἐπειρωθῶμεν καὶ τὸ πέλαγος. εἰ δὲ ἡμῶν ὑποδράσαι καὶ δὲ αἴρεις, δόξαν ἐμοὶ τὴν σὴν τοῦτον ἡμᾶς σώζεσθαι τὸν τρόπον. τοσαῦτα ὑπολαβοῦσας τύπτει τῇ βακτηρίᾳ τὴν θάλασσαν. ἡ δὲ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀνέκοπη, καὶ εἰς ἑαυτὴν ὑποχωρήσασα, γυμνὸν ἀφῆκε τὴν ὁδὸν ἐβεβήκοις εἰ καὶ φυγήν. μωϋσῆς δὲ ὁρῶν τὴν ὑπεφάνειαν τοῦ θεοῦ, ὅτι πέλαγος ἐκκεχωρηκὸς αὐτοῖς τὰ ἰδίας ἠπείρου, πρῶτος ἐνέβαινεν αὐτῇ καὶ τοῖς ἐβεβήκοις ἐπέλθοιεν ἐπειδὴ ἐκ θείας ὁδοῦ ποιεμένους τὴν πορείαν, καὶ τοῦ κινδύνου τῶν παρόντων πολεμίων ἡδομένους καὶ χάριν ἔχοντας, ὅτι τὴν παράλογον ἔτους ἐξ αὐτοῦ σωτηρίαν ἀναφανεῖσαν. τοῦ δὲ ἐκ ὀκνοῦντων ἀλλ' ἐρρώμενων μᾶλλον ἀσμένως, ὡς συμπαρόντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ, μένειν μὲν αὐτοὺς αἰγύπτιοι τὸ πρῶτον ἐδόκουν ὡς ὅτι πρόδηλον ὅλεθρον ὁρμωμένους. ἐπεὶ δὲ ἑώρων ἀβλαβῶς ὅτι τὸ πολὺ προκεκοφότας, καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἐμπόδιον μηδὲ δυσχερὲς ἀπαντῆσαν, διώκειν ὡρμήκεσαν αὐτοὺς, ὡς κἀκείνοις πρεμήσοντος τὸ πελάγους. καὶ προτάξαντες τὴν ἵππον κατέβαινον. ἑβραῖοι δὲ καθοπλιζομένους, καὶ τὸ χεῖρον εἰς ταὐτὸ ξέβοντας ἔφθασαν εἰς τὴν ἀπέραντον γῆν ἀπαθεῖς σωφρονοῦντες. ὅθεν καὶ θαρσαλεωτέρους συνέβαλλεν πρὸς τὴν διωξιν ὡς ἤδη καὶ αὐτοῖς πεισομένων εἰ. αἰγύπτιοι δὲ ἐλαττονὸν ἰδίαν ὁδὸν ἑβραίοις γεγυμνημένοις, ἀλλ' ἐκ κοινῶν ἐμβαίνοντες, καὶ μέχει σωτηρίας τὸ κεκινδυνευκότων πεποιημένοις, ἀλλ' ἐκ καὶ τοῖς ἐπ' ἀπωλείᾳ τῇ τούτων ὡρμημένοις, χρῆσθαι θέλουσιν. ὡς οὖν ὁ τοῦ αἰγυπτίων στρατὸς ἅπας εἰς τοῦτο, ὅπερ ἔστιν πάλιν ἡ θάλασσα καὶ ἀνελαμβάνει ῥοώδης ὑπὸ πνευμάτων κατῶσα τοῖς αἰγυπτίοις. ὁμβροι τε ἀπ' οὐρανοῦ κατέβαινον, καὶ βρονταὶ σκληραὶ σφοδραπομένης ἀστραπῆς, καὶ κεραυνοὶ ἂν κατηνέχθησαν, ὅλως δὲ ἁδὲν ἦν τοῦτο ἐπ' ἀπωλείᾳ καὶ μέλλων θεοῦ συμπιπτόντων ἀνθρώποις ὃ μὴ τότε συνῆλθεν. καὶ γὰρ νὺξ αὐτοῖς ζοφώδης καὶ σκοτόμη κατέλαβεν. καὶ οἱ μὲν ὅπως ἀπώλοντο πάντες ὡς μηδὲ ἄγγελον τὰ συμφορᾶς τοῖς ὑπολελειμμένοις ὑποστρέ-

Cap. VII.

Quomodo mare scissum Hebræis Aegyptios fugientibus viam aperuit.

HÆc effatus ad mare eos Ægyptiis spectantibus ducebat. Habentes enim eos sub oculis, quòd essent persequendo defatigati, pugnam in sequentem diem differre consultius putabant. vt verò ad extremum littus ventum est, tum Moyses sumpta virga Deum in auxilium supplex inuocat, dicens, Tu domine scis ipse quòd nec viribus nec artibus humanis vllum hinc nobis patet effugium: superest vt ipse salutem huic populo expedias, qui Ægypto relicta huc est delatus, tuam voluntatem tuámque fidem secutus. ad te solum omni alia spe, omni consilio destituti, confugimus: ad tuam tantùm prouidentiam respicimus, quæ sola nos iratis Ægyptiis eripere potest. succurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam conclamatæ salutis ad fiduciam & spem excita, in difficultatibus constituti sumus, sed nostris non tuis. tuum est Domine hoc mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic potest te iubente aperiri, & illud in terram verti. possumus & per aërem sublimes effugere, si ita nos seruari tibi placeat. hæc precatus, mare virga percutit: quo ictu repentè scissum, & retrorsum se recipiens, nudum solum Hebræis ad fugam capessendam relinquit. Moyses autem videns adesse Deum, & mare de suo solo cessisse, primus progreditur, hortatur Hebræos vt alacriter sequantur per viam diuinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem salutis rationem tam subito exortam. illis verò impigrè subsequentibus nimirum diuina ope fretis, Ægyptij primum insanire eos putabant in manifestam perniciem ruentes. postquam verò viderunt eos longè processisse, & impunè absque omni impedimento iter facere, impetu facto persequi eos cœperunt, quasi & ipsi tutum per mare iter habituri: & præmissis equitibus à littore descendebant: iámque in aduersum littus euaserant Hebræi, hostibus à tergo relictis, quos armis graues ipsa etiam miraculi nouitas non nihil est remorata: sed cùm incolumes illos terram tenere viderent, sibi quoque eundem euentum pollicebantur. Verùm fefellit eos hæc opinio, nescientes non quorumuis talem viam esse, sed Hebræorum tantùm, & fugientibus tantùm ad salutem patere, non hostibus qui eos perdendi animo insectarentur. ergo cùm iam vniuersus exercitus introgressus esset, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus inuoluit, ventis etiam eodem impellentibus: accesserunt & imbres de cœlo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus, fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent: nam & nox eos caliginosa nimis ac tenebrosa comprehendit. atque ita totus ille exercitus est delerus, vt ne nuncius quidem cladis domum reuertere-

tur. Hebræi verò vix sui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, quo maior esset libertatis securitas, nemine superstite qui eos in seruitutem vindicare cuperet, & Deo ex professo illis auxilium submittente. quapropter tum sua salute, tum inimicorum supplicio læti magis quàm vlli antehac homines in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moyses carmen laudes Dei & ob præsentem fauorem gratiarum actiones continens hexametro versu composuit. Hæc ego vt in sacris codicibus inueni, ita figillatim conscripsi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, si priscis hominibus & ad malitiam etiam tum rudibus, de salute periclitantibus via per mare patuit, siue Dei voluntate, siue naturæ sponte: quandoquidem heri & nudiustertius Alexandri ductu Macedonibus Păphylium mare cessit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cùm Deus eius opera ad destruendum Persarum imperium vti decreuisset: id quod omnes testantur qui res gestas illius regis scripto prodiderunt. Sed de his vt cuique libet ita sentiat. Postera verò die cùm æstus & ventus arma Ægyptiorum in littus expulisset, in quo tum Hebræi castra posuerant, Moses id quoque diuina prouidentia factum interpretatus, ne posthac inermes essent, collecta viritim distribuit: atque ita iam probè munitos ad Sina montem duxit, sacrificaturus ibi Deo, & munera pro salute populi oblaturus, quemadmodum iussum esse iam antè dictum est.

Exod. 8. 9.

ψαν. τοὺς δ' ἑβραίους ἐδὲ καταχεῖν ἰῶ ὅτι τῇ χαρᾷ τ῀ ὑπερδόξῳ σωτηρίας καὶ τῇ τ῀ πολεμίων ἀπωλείᾳ, βεβαίως νομίζοντας, ἐλευθερωθῆ τ῀ ἀναγκαζόντων δεδούλῳ διεφθαρμένων, καὶ τ῀ θεὸν ὕπτως ἐναργῶς ἐχόντας βοηθοῦντα. καὶ οἱ μὲ αὐτοί τε τὸν κίνδυνον ὕτως ἐκφυγόντες, καὶ προσέτι τοὺς ἐχθροὺς ὑπεδύντες κεκολασμένους, ὡς ὐκ ἄλλοι τινὲς μνημονεύονται τῷ πρόσθεν ἀνθρώπων, ἐν ὕμνοις ἦσαν καὶ παιδιαῖς ὅλην τ῀ νύκτα. καὶ μωϋσῆς ὠδὴν εἰς τ῀ θεὸν ἐγκώμιόν τε καὶ τ῀ δικαίας δωρεᾶς εὐχαριστίαν πεποίηκεν, ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συνθήσιν. ἐγὼ μὲ ὖν ὡς κεῖτο ἐν τ῀ ἱερᾶς βίβλοις, ὕτως ἕκαστον τούτων παρέδωκα. θαυμάσῃ ὃ μηδὶς τ῀ λόγε τὸ ὑπερδόξον, εἰ ἀρχαίοις ἀνθρώποις καὶ πονηρίας ἀπείρους δύρεθη σωτηρίας ὁδὸς καὶ διὰ θαλάσσης, εἴτε κατὰ βέλησιν θεῦ, εἴτε κατ' αὐτόματον, ὁπότε καὶ πρὸ τ῀ ἀλέξανδρον τ῀ βασιλέα τ῀ μακεδονίας χθὲς καὶ πρώϊον γεγονόσιν ὑπεχώρησεν τὸ παμφύλιον πέλαγος, καὶ ὁδὸν ἄλλως ἐκ ἔχουσιν, παρέχειν τ῀ δι' αὐτ῀ καταλύσαι τ῀ περσῶν ἡγεμονίαν τ῀ θεῦ θελήσαντος. καὶ τοῦτο πάντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς ἀλέξανδρε πράξεις συγγραφάμενοι. πρὸς μὲ οὖν τούτων ὡς ἐκάστῳ δοκεῖ διαλαμβανέτω. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὰ ὅπλα τ῀ αἰγυπτίων προσενεχθέντα τῇ ς῀ ἑστοπέδῳ τῇ ἑβραίων διὰ τὸ ῥᾷ καὶ τ῀ βίας τοῦ πνεύματος ἐπ' ἐκεῖνο ἐκδιδούσης, ὁ μωϋσῆς καὶ τοῦτο εἰκάσας τῇ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ γεγονέναι, ὅπως μηδ' ὅπλων ὦσιν ἄποροι, συναγαγὼν καὶ τούτους διεπάσας τοῖς ἑβραίοις, ἦγεν ὅτι τὸ σίναιον ὄρος θύσων ἐκεῖ τῷ θεῷ, καὶ τὰ σῶτρα τ῀ πλήθους ἀποδώσων καθὼς αὐτῷ ℂ προείρητο.

ΦΛΑΒΙΟΥ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ

Ιωσήπου ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Πῶς μωϋσῆς τὸν λαὸν ἐξ αἰγύπτου εἰς τὸ σινᾶιον ὄρος ἐξήγαγεν. Κεφ. α.

Περὶ τῆς τῶν ἀμαλεκιτῶν καὶ συμμάχων ἥττης, καὶ ὅσων ἐκ τῶν πολεμίων λείαν ἰσραηλῖται ἐκτήσαντο. Κεφ. β.

Ποίας συμβουλὰς ῥαγουήλος τῷ γαμβρῷ μωϋσῆ ἔδωκεν. Κεφ. γ.

Πῶς μωϋσῆς ἀναβὰς εἰς τὸ σινᾶιον ὄρος, καὶ λαβὼν ὡδῷ θεοῦ τὰς τῶν δέκα λόγων πλάκας, τῷ λαῷ αὐτὰς παρέδωκεν. Κεφ. δ.

Περὶ τοῦ σκηνῆς ἣν μωϋσῆς ἐποίησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἣ μεταφερομένη ναοῦ ἐδέν διαφερεν. Κεφ. ε.

Περὶ τῆς κιβωτοῦ, ἐν ᾗ μωϋσῆς τοὺς νομικοὺς πλάκας ἐναπέθηκεν. Κεφ. ς.

Περὶ ξαπίδος καὶ λυχνίας χρυσῆς καὶ θυμιᾶ τῶν ἐν τῇ σκηνῇ. Κεφ. ζ.

Περὶ τῆς τῶν ἱερέων καὶ τοῦ ἀρχιερέως στολισμοῦ. Κεφ. η.

Περὶ τοῦ τῶν ἀάρων ἱερωσύνης, καὶ ἃ τινα θεῖ ἑορτῶν καὶ ἱερουργιῶν νενόμισται. Κεφ. θ.

Νόμοι θεῖ θυσιῶν καὶ θεῖ καθαρμῶν. Κεφ. ι.

Νόμοι καὶ ἤθη θεῖ τοῦ πολεμικοῦ. Κεφ. ια.

Στάσις κατὰ μωϋσέως διὰ ἀπορίαν, καὶ τῶν στασιαστῶν πάλασις. Κεφ. ιβ.

Περὶ κατασκόπων οἳ διεσκέψαντο τὴν χαναναίων γῆν, καὶ ἐπανελθόντες τοῖς ἰσραηλίταις διέφθειραν. Κεφ. ιγ.

Quomodo Moyſes populum ex Ægypto in Sina montem eduxit. CAP. I.

De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraëlitis inde obtigit. CAP. II.

Raguelis conſilium quod genero ſuo Moyſi dedit. CAP. III.

Moyſes conſcenſo Sina monte acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat. CAP. IV.

De tabernaculo per Moyſem in terra deſerta facto, quod ſimilitudinem templi portalis referebat. CAP. V.

De arca in qua tabulas legis Moyſes collocauit. CAP. VI.

De menſa & candelabro aureis, déque altaribus tabernaculi. CAP. VII.

De pontificali ac ſacerdotali ornatu. CAP. VIII.

De Aaronis ſacerdotio, & quæ leges ad feſta ac ſacrificia ſpecten CAP. IX.

Leges de ſacrificiis & purificationibus. CAP. X.

Leges belli & conſuetudines. CAP. XI.

Seditio contra Moyſem propter egeſtatem, & ſeditioſorum pœna. CAP. XII.

De ſpeculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuerſi Iſraelitis terrorem hoſtium incuſſerunt. CAP. XIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
& nullam oppugnandi rationem prætermitti. Interim Achabus cum omni populo minimũ à desperatione aberat. Sed hunc timorem ei propheta quidam superueniens exemit, dicens Deum polliceri, daturum se victoriam de tam multis hostium millibus. Rogatus deinde per quos hæc victoria contingeret: Per filios, inquit, principum, sed te regente illorum imperitiam. Accitis igitur principum filiis, qui triginta duo erant supra ducentos, cognito quòd Syrus ad epulas & luxum se dedisset, patefactis repentè portis emittit iuuenes. Id postquam ei per speculatorem est significatum, mittit quosdam eis obuiam cum his mandatis, vt siue pacati veniant, siue pugnatum, vinctos ad se pertrahant. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mœnia paratum cum armis habuit. Filij verò principum congressi cum excubiis, multis occisis reliquos vsque ad castra persequuti sunt. Quod vbi succedere Israelitarum rex animaduertit, vniuersum reliquum exercitum emittit. At illi repentino impetu in Syros delati, facilè eos profligant, nihil tale expectantes. quo factum est vt in ebrios & inermes impingerent, ita vt relicta in castris armatura fugerent, & rex ipse præceleri equo vix euaserit. Achabus verò longo spacio Syros persequutus est, cędendo quotquot assequi datum est. Direptis deinde opulentis castris, auro & argento refertis captis etiam equis Adadi & curribus, domum in vrbem reuersus est. Cæterùm propheta monente vt in sequentem etiam annum paratus sit, & exercitum in promptu habeat, reuersurum enim Syrum iterum, rex omni ope bellum apparat. Porrò Adadus seruatus è clade cum reliquiis exercitus, aduocatis amicis, consultabat quomodo cum Israelitis bellum gerere debeat. Illi suaserunt non esse posthac cum eis in montanis confligendum. Deum enim eorum in talibus locis pollere, & ideo se nunc ab eis victos. Sed si in campestribus committatur prælium, facilè se superiores fore. Præterea consuluerunt vt dimissis regibus quos secum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & satrapas illis præficeret, supplemẽtumque in sua ditione tam equitum quam peditum conscriberet. Placuit regi consilium, dedítque operam vt talis apparatus fieret. Mox vbi primum veris signum se protulit, exercitum in Hebræos duxit, & quum peruenisset propè oppidum Apheca, in magno campo castra posuit. Achabus verò cum suis copiis obuiam illi progressus, castra cum castris contulit, quamuis numero militum longè inferior. Superueniente deinde propheta, & victoriam pollicente, vt hostis contra quàm opinabatur sentiret Deum Israelitarum non minus potentem in campis quàm in mõtibus, per sex dies à neutris castris quicquam motum est. Septima verò quum hostis pro castris aciem explicuisset, Achabus quoque suos ex aduerso instruxit.

Nec mora collatis signis acriter vtrinque pugnatum est, donec Syri non ferentes Hebræorum vim terga verterent. quibus impigrè victoriam prosequentibus, confusum agmen trepidè fugientium equitum, peditum, curruũ, à seipsis proculcatum obterebatur, non multis pro tanto numero in Aphecam amicam vrbem euadentibus: qui & ipsi murorum ruina oppressi sunt circiter viginti septem millia, in prælio verò centum millia hostium ceciderunt. Adadus aliquot fidissimis famulis comitatus in quandam subterraneã cellam se abdidit, quibus clementiam Israelitici regis prædicantibus, & spem veniæ facientibus, si consueto supplicum habitu ad eum mitterentur, permissi sunt hoc facere. Illi induti saccos, & restibus capita redimiti, qui tum priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & salutis tantùm gratiam petere Adadum significant, dedititicium eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari se ei dixit, quòd è pugna euasisset, fratrisque loco eum se habiturum pollicitus est. Famuli accepta sacramenti fide nihil mali passurum, producunt è latebris hominem, & adducunt ad Achabum, qui tum sublimis curru vehebatur. Et quum adorasset, Achabus porrecta dextra in currum eum sustulit, exceptúmque osculo iussit esse bono animo, & nihil se indignum timere. Adadus actis gratiis quàm longa sibi vita daretur memorem se fore huius beneficij professus est, redditurúmque Israelitici iuris vrbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam potestatem commeandi Damascum, sicut pater ipsius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregiè donatus in suum regnum remissus est. Post talem Sirorum contra Israelitas expeditionis exitum propheta quidam, nomine Michæas, accessit ad quendam Israelitam iussitque eum vt vulnus sibi in caput infligeret, addẽs Deum ita velle. Qui quum parere nollet, daturum inobedientiæ pœnam prædixit, & leonis incursu periturum. Quod quum ita euenisset, alterum propheta adiit, idem imperans. A quo incunctanter ictus, & verticem saucius, obligato capite venit ad regem, dicens se commilitonem eius esse, & à tribuno captiuum quendam asseruandum accepisse: quo fuga elapso periclitari se nunc ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quandoquidem hoc interminatus sit si captiuus effugeret. Respondente verò Achabo meritò id passurum, soluto capite agnoscendum se Michæas præbuit. Hac autem arte vsus est, quo maiorem vim verbis suis adderet. Ait enim Deum in regem animaduersurum, quòd Adadum hominem impium & contra diuinitatem contumelios dictis furentem elabi permisisset. Futurum enim vt ipse ab eo cui pepercit interficiatur, & populus eius ab exercitu. Rex libertate prophetæ offensus, iubet eum in carcerem coniici, & vehementer ea prædictione contristatus domum se recipit.

A

B

C

D

E

F

G

ἡ διώκων ἐπέκειτο κτείνων. οἱ δ', ἡνίκα τοῦτ' ἐφάνησαν, ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλλυντο. ἴσχυσαν δ' ὀλίγοι διαφυγεῖν, εἰς τ' ἄφεκα πόλιν αὐτοῖς, ἀπέθανον δ' ἡ αὐτοὶ ὑπὸ ταιχέων αὐτοῖς ἐμπεσόντων, ὄντες δισμύριοι ἑπτακισχίλιοι. διεφθάρησαν δ' ἐν ἐκείνῃ τῇ μάχῃ ἄλλαι μυριάδες δέκα. ὁ δ' βασιλεὺς τῶν σύρων ἄδαδος, φεύγων μετά τινος πιστότατα τῶν οἰκετῶν, εἰς ὑπόγαιον οἴκησιν ἐκρύβη. τέκτων δ', φιλανθρώπως ἡ ἐλεήμονας ἔχ' φησάντων τοὺς τ' ἰσραηλιτῶν βασιλέας, ἡ δυνήσεσθαι τῶν σωνήθη ζόανα δ' ἱκετείας χρησαμένους τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἐλπίδα ἀχάβου λαβεῖν εἰ συγχωρήσειεν αὐτοῖς, πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀφῆκεν. οἱ δ', σάκκους ἐνδυσάμενοι, ἡ χοινίκια τ' κεφαλᾶς περὶ θέμενοι, ἅπερ ἐν τῷ παλαιὸν ἱκέτευον οἱ σύριοι, πρὸς ἄχαβον παρεγένοντο, ἡ δεῖσθαι τ' ἄδαδον σώζειν αὐτὸν ἔλεγον, εἰς ἀεὶ δοῦλον αὐτῷ δ' χάριτος ἡγησόμενον. ὁ δ', σωνήδεσθαι φήσας αὐτῷ πρεσβύτῃ, ἡ μηδὲν ἐν τῇ μάχῃ πεπονθότι, πιμῶ ἡ δύνοιαν ἵν' αὖτις ἀδελφῷ προσφιλοτέχνως κατεπηγγείλατο. λαβόντες δ' ὅρκους παρ' αὐτοῦ μηδὲν ἀδικήσειν φανέντα, προάγουσι παρελθόντες ἐκ τῆς οἰκίας ἐν ᾗ ἐκέκρυπτο, ἡ προσάγουσι τῷ ἀχάβῳ, ἐφ' ἅρματος καθεζομένῳ. ὁ δ', προσεκυνήσεν αὐτῷ. ἄχαβος δ' ὑπηδοὺς αὐτῷ τὴν δεξιὰν, ἀνεβίβασεν ὑπὸ τὸ ἅρμα, ἡ καταφιλήσας, θαρρεῖν ἐκέλευσε ἡ μηδὲν τ' ἀτόπων προσδοκᾶν. ἄδαδος δ' εὐχαρίστει, ὡς παρ' ὅλον τὸν τε ζῶν χρόνον ὑπομνημονεύειν τῆς εὐεργεσίας ὡμολόγει. ἡ τὰς πόλεις τῷ ἰσραηλιτῷ ἃς ἀπώλεσαν οἱ πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς, ἀποδώσειν ἐπηγγείλατο. ἡ δαμασκὸν, ὡς τε ἐξελαυνεῖν εἰς αὐτὴν, καθὼς ἡ οἱ πατέρες αὐτοῦ εἰς σαμάρειαν εἶχον τοῦτο ποιεῖν, ἀνῆσεν. ὀμοῦντων δ' αὐτοῖς ὅρκων ἡ συνθηκῶν, πολλὰ δωρησάμενος αὐτῷ ἄχαβος, ἀποπέμπει εἰς τὴν ἰδίαν βασιλείαν. ἡ τὰ μὲν πρὸς τῆς ἀδάδου τοῦ σύρων βασιλέως στρατείας, ὅτι ἄχαβον ἡ τοὺς ἰσραηλίτας, τοιοῦτον εἶχε τὸ τέλος. προφήτης δέ τις μιχαίας τοὔνομα προσελθὼν ἑνὶ τῷ ἰσραηλιτῶν, ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν πλῆξαι. τοῦτο δὲ ποιήσειν, ἡ βλάψειν τοῦ θεοῦ. τοῦ δ' μὴ πειθέντος προφῆπεν αὐτῷ πληγήσεσθαι, διὰ τὸ θεοῦ προσαγμάτων, λέοντι περιτυχόντα διαφθαρήσεσθαι. συμβαίνοντος δ' τούτου τῷ ἀνθρώπῳ, προσεῖπεν ἑτέρῳ πάλιν ὁ προφήτης, ταὐτὸ προσάσσων. πληγέντος δ' ἐκείνου, ἡ θραύσαντος αὐτοῦ τὸ κρᾶνιον, καταδησάμενος τ' κεφαλὴν, προσῆλθε τῷ βασιλεῖ λέγων αὐτῷ, συστρατεῦσθαι, ἡ φυλακὴν τινὰ τ' αἰχμαλώτων παραλαβεῖν ὑπὸ τῶν ταξιάρχων. φυγόντος δ' αὐτοῦ κινδυνεύειν ὑπὸ τ' παραδεδωκότος ἀποθανεῖν. ἀπειλήσας δὲ αὐτῷ εἰ διαφύγοι ὁ αἰχμάλωτος ἀποκτενεῖν. δίκην δ' φήσαντος ἀχάβου τὸν θάνατον εἶναι, λύσας τὴν κεφαλὴν, ὑπεμνώσκεται ὑπ' αὐτοῦ μιχαίας ὁ προφήτης ὡς κέχρηται δ' σοφίσματι πρὸς αὐτὸν τῷ ἡγουμένῳ πρὸς τοὺς μέλλοντας λόγους. εἶπε γὰρ ὡς ὁ θεὸς ἀφέντα αὐτ' διαφυγὴν τῶν τιμωρίαν ἄδαδον βλασφημήσαντα εἰς αὐτὸν μετελεύσεσθαι, ἡ ποιῆσαι αὐτ' ὑπ' ἐκείνου, τὸν δ' λαὸν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ. παροξυνθεὶς δ' ἄχαβος πρὸς τὸν προφήτην, τ' μὲν, ἐγκλεισθέντα φυλάττεσθαι ἐκέλευσεν. συσκευαζόμενος δ' αὐτὸς ὑπὸ τοῖς μιχαίου λόγοις, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν οἰκίαν.

Κεφάλαιον Θ'. A CHAP. IX.

Περὶ ἰωσαφάτου τῦ ἱερουσλύμων βασιλέως.

De Ioſaphato rege Hieroſolymorum.

ΚΑὶ ἄχαβος μὲν ἐν τούτοις λῶ, ἐπάνειμι ἐπὶ τὸν ἱεροσολύμων βασιλέα ἰωσάφατον. ὃς εἰς ἡσας τὴν βασιλείαν, καὶ δυνάμεις ἐν τοῖς πόλεσι ταῖς ἐν τῇ τῦ ἰούδα χώρᾳ κατασήσας, οὐδὲν ἦττον ὑπὸ ἀβιᾶ τῦ πάππου καταλειφθείσας τῆς ἐφραὶμ πλεοναζούσης, ἱεροβοάμου βασιλεύοντος τῆς δέκα φυλῶν, φεύγειν ἠνάγκασεν. ἀλλ' εἶχεν ὑμνεῖν τε καὶ σεμνύειν τὸ θεῖον, δίκαιος ὢν καὶ εὐσεβὴς, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ πᾶσι καὶ προσευχὰς τῷ θεῷ ζητῶν. ἐτίμων δ' αὐτὸν οἱ πέριξ βασιλεῖς δωρεαῖς, ὡς πλεῖστον τε ποιῆσαι βαθύπλουτον, καὶ δόξαν ἀραθῆ μεγίστην. ζῆτῳ δὲ καὶ βασιλείας ἔτει, συγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τοὺς ἱερεῖς τὰ χώρας, ἐπέλθειν τὴν γῆν ὠφελήσοντας, ἅπαντα τὸν λαὸν τὸν θεὸν αὐτὸν διδάξαι καὶ πόλεις τοὺς μωυσέως νόμους, καὶ φυλάττειν τούτους, καὶ ἀσεβάζειν τὴν θρησκείαν τῦ θεῦ. καὶ ἤδη πᾶν τὸ πλῆθος ἦτος, ὡς μηδὲν ἄλλο φιλοτιμεῖσθαι μηδὲ ἀγαπᾶν, ὡς τὸ τηρεῖν τὰ νόμιμα. οὔτε προχώρει διετέλουν σήργοντες τὸν ἰωσάφατον, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰρήνην ἄγοντες. οἱ δὲ παλαιστινοὶ, ταχτὰς ἐτέλουν αὐτῷ φόρους, καὶ ἄραβες ἐχορήγουν κατ' ἔτος ἀρνας ἑξήκοντα καὶ ἑπτακοσίους. ἐκ ἐλάφων τοσούτους. πόλεις τε μεγάλας ὀχυρώσαν, ἄλλας τε καὶ βαρεῖς, καὶ δύναμιν στρατιωτικὴν, καὶ ὅπλα πρὸς τοὺς πολεμίους πλέιστα. μία δὲ ἐκ μὲν τῆς ἰούδα φυλῆς, στρατὸς ὁπλιτῶν μυριάδας ἑπτακαίδεκα, ὧν ἐδραῖος τὴν ἡγεμονίαν εἶχεν, ἰωαννῆς δὲ, μυριάδων εἴκοσι. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ἡγεμὼν, καὶ τῆς βενιαμῖτιδος φυλῆς εἶχε τοξότων πελτῶν μυριάδας εἴκοσι. ἄλλος δ' ἡγεμὼν, ὀχόβατος ὄνομα, μυριάδας ὁπλιτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ πλῆθος τῦ βασιλεῖ προσέπεμψε πάρεξ ὧν εἰς τὰς ὀχυροτάτας διέπεμψε πόλεις. ἠγάγετο δὲ τῷ παιδὶ ἰωσάμῳ τῷ ἀχάβου θυγατέρα τὴν δέκα φυλῶν βασιλέως, γοθολίαν ὄνομα. παρεδίδου δ' αὐτὸν μὴ χεῖρον τινὰ εἰς συμμαχίαν, φιλοφρόνως ἄχαβος ὑπεδέξατο, καὶ τὸν ἀπολυθήσοντα στρατὸν ἐξένισε λαμπρῶς, σίτου τε καὶ οἴνου καὶ θυμάτων ἀφθονία. παρεκάλεσε δὲ συμμαχῆσαι κατὰ τὴν σύρων βασιλέως, ἵνα τῷ ἐν γαλαδίτιδι πόλιν ἁρπάσαντα ἀφελῆται. τῦ δὲ πατρὸς αὐτὸ πρῶτον τυγχάνοντος, ἀφῃρῆσθαι τὸν ἐκείνου πατέρα. τῦ δὲ ἰωσαφάτου τῷ βούλεσθαι ἐπαγγειλαμένου, καὶ δὴ σὺν δυνάμει αὐτῷ, μὴ ἐλάττονι τῆς ἐκείνης, καὶ μεταπεμψαμένου τὴν δύναμιν ἐξ ἱεροσολύμων εἰς σαμάρειαν, προεξελθόντος ἔξω τῆς πόλεως αὐ δύο βασιλεῖς, καὶ καθίσαντος ἑκάτερον ἐπὶ τοῦ ἰδίου θρόνου ἐκάστους, τοῖς εἰκόσι στρατιώταις τὸ στρατιωτικὸν διέτιμον. ἰωσαφάτης δὲ ἐπέλθοιεν εἴ τινές εἰσι προφῆται, καλέσαντ' αὐτοὺς ἀναπεῖναι, εἰ δεῖ τῆς ἐπὶ τὸν σύρων ἐξόδου, οἱ συμβουλεύσουσι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν αὐτῷ ποιήσασθαι στρατιάν. ἐδ' εἰρήνη καὶ φιλία τότε τῷ ἀχάβῳ πρὸς τὸν σύρων ὑπῆρχεν, ἐπὶ ζῆλα τι ἐξαμείνασα, μᾶλλον δὲ λαβοῦσα αὐτὸν αἰχμάλωτον ἀπέλυσεν, ἄχρις ἐκείνης τὸν ἡμέρας.

HActenus de Achabi rebus, nunc ad Ioſaphatum Hieroſolymorum regem reuertor: qui auctо ſuo regno, & præſidiis per vrbes ditionis ſuæ diſpoſitis, ne illas quidem ſine præſidio reliquit, quas Abias auus in ſorte Ephræmitica de Hieroboamo decem tribuum rege ceperat. Hic rex perpetuò propitium & auxiliatorem Deum habuit, quòd eſſet vir iuſtus ac pius, & per ſingulos dies dabat operam vt aliquid gratum Deo faceret. Quo factum eſt vt & ipſi à circumquaque vicinis regibus multus honos haberetur, id quod miſſitandis ad eũ muneribus declarauerunt, vt hinc quoque tam diuitiæ regis quàm fama non mediocre crementum caperent. Anno autem regni ſui tertio conuocatis principibus & ſacerdotibus eius regionis, iuſſit eos obire vniuerſam ditionem, & populum oppidatim leges Moyſis, earúmque obſeruãtiam atque religionis cultum docere. quod adeò libenter ciues complexi ſunt, vt certamen huius ſtudij inter eos ſuſceptum videri poſſet. Finitimæ quoque gentes conſtanter hunc regem amabant, pacem inuiolatam cum eo ſeruantes. Palæſtini etiam ordinaria tributa perſoluebant, & Arabes annuos ſexcentos triginta agnos, parémque hœdorum numerum. Muniuit etiam magnas vrbes ac validas, & exercitus armis bene inſtructos contra hoſtem aluit: ex tribu Iudæ ſcutatorum trecenta millia, quibus præerat Edraus, Ioannes verò ducentis millibus. Idem dux habebat ex tribu Beniamitica ſagittatorum peditum ducenta millia. alius præterea dux nomine Ochobatus ducebat centum octoginta ſcutatorum millia abſque militibus, qui per oppidorum præſidia fuêre diſpoſiti. Duxit deinde filio ſuo Ioramo Achabi decem tribuum regis filiam Gotholiam. Cúmque libuiſſet ei Samariam inuiſere, benigniſſimè ab Achabo exceptus eſt, atque etiam militia quæ ſuum regem comitabatur, publicè exhibito frumento, vino & carnibus. rogatúſque eſt ab Achabo, vt contra Syrorum regem arma cum eo coniungeret, ad recipiendam vrbem Ramatham in regione Galaditica, quam de ipſius Syri patre ceperat. Ioſaphato verò auxilium pollicito, quòd non minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hieroſolymis copiis, progreſſi extra mœnia duo reges, & ſedente in ſuo quiſque ſolio, ſtipendia militibus numerabant. Ioſaphatus verò cenſebat (ſi qui prophetæ eſſent) accerſendos, & conſulendos de expeditione quæ contra Syrum parabatur, an & illis videretur eo tempore ſuſcipienda. Etenim Achabo amicitia cum Syro intercedebat triennio continuo, ex quo captum eum dimiſerat vſque in illam diem.

CAP. X.

Achabus à Syris bello lacessitus in prælio victus occiditur.

ACHAB verò accitis suis prophetis numero quadringẽtis iussit eos ex Deo scitari, an daturus sit regi bellum contra Adadum mouenti victoriam, & vrbis dominium propter quam bellum instaurare placuit. Prophetis verò bellum suadentibus: vincendum enim Syrum, & in potestatem venturum, quemadmodum antea: Iosaphato suboluit fucus ex eorum verbis, & quòd falsi vates essent: percõtatusque est Achabum, num quem alium præterea prophetam habeat, vt certiùs etiam futura præscire valeant. Respondit ille, esse quidem & alium, sed sibi inuisum, quòd malum euentum prædicat, foréque vt ipse à Syrorum rege occisus pereat, & ob eam causam in carcerem eum nunc esse inclusum. Eum vocari Michæam Iemblæ filium. Iosaphato verò postulante eum produci missus cubicularius prophetam adduxit: qui inter eundum ei indicauerat, cæteros omnes prophetas victoriam regi prædicere. Respondit vates, sibi non licere contra quàm Deus moneat mentiri, sed dicturum se quicquid ex eo de rege cognouerit. Vbi verò ad regem peruenit, adiuratus vt vera loqueretur: ait sibi Deum ostendisse Israelitas fugientes, & insequentibus Syris dispersos, non aliter quam greges sublatis pastoribus. Hoc quoque significare Deum dicebat, quòd cæteris incolumibus redeuntibus, solus Achabus in prælio cadere debeat. Hæc loquuto Michæa, versus ad Iosaphatum Achabus: Nónne, inquit, modò tibi dixi quam malè mihi velit iste. Michæa verò constanter asseuerante se nihil nisi iussu Dei prædicere, illum verò spe victoriæ solicitari à pseudoprophetis ad bellum, in quo ipsi cedendum sit, rex attentiùs cogitare cœpit. Interea Sedecias quidam vnus è pseudoprophetis in medium progreditur, negans curandum quid Michæas garriat. nihil enim veri eũ prædicere, argumento esse prædictionem Eliæ, qui sine dubio melius quàm iste futura cerneret. illum enim prædixisse, apud Iezraelam in Nabuthi suburbano lambendum à canibus regis sãguinem, quemadmodũ lampsissent cruorem Nabuthi opera ipsius lapidati à populo. perspicuum igitur esse istum mentiri, qui longe præstantiori prophetæ non vereatur cõtrarium dicere, quòd perituus sit rex ab hinc die tertia. sed mox fore euidentius etiam quàm verax sit aut afflatus diuino spiritu. Percussus, inquit, à me in faciem, arefaciat mihi dexteram, sicut Iadon fecit Hieroboamo, cùm cõprehẽdi eum propheram iussisset. Puto enim te audiuisse quòd hoc ita factum sit. & cum dicto inflixit ei alapam. cúmq; ei nihil mali propter hoc accideret, securus iam Achabus non amplius dubitauit copias contra Syrum ducere. vincebat enim opinor, fati vis, plus fidei falsis quàm veris prophetis astruens, & causas ad futurum euentum præstruens. Sedecias verò aptatis sibi ferreis cornibus, dicit Achabo, Deum significare ventilandã cornibus vniuersam Syriã. Michæa contrà asseuerante breui fore vt Sedecias

Κεφάλαιον ε'.

Ως Ἄχαβος ὑπὸ Σύρων στρατευσάντων ἐπῆλθε τῇ μάχῃ, καὶ αὐτὸς ἀπώλετο.

ΚΑλέσας δ' Ἄχαβος τοὺς αὐτοῦ προφήτας, τετρακοσίους τὸ ἀριθμὸν ὄντας, ἐπέλυσεν ἐρεσθαι τὸν θεὸν, εἰ δώσων αὐτῷ στρατευσαμένῳ ὅπως τὸν Ἀδάδον νίκην καὶ καθάρσιον πόλεως, δι' ἣν ἐκφέρειν μέλλει τὸν πόλεμον. οἱ δὲ προφῆται συμβουλεύσαντες ἐκστρατεῦσαι. κρατήσειν γὰρ τοῦ Σύρου, καὶ λήψεσθαι ὑποχείριον αὐτὸν ὡς τὸ πρῶτον. σωεὶς δὲ τοῖς λόγοις Ἰωσαφάτου, ὅτι ψευδοπροφήτας ἐώρα τυγχάνοντας, ἐπύθετο τοῦ Ἀχάβου, εἰ καὶ ἕτερός τις εἴη προφήτης τοῦ θεοῦ, ἵνα ἀκριβέστερον μάθωμεν περὶ τῶν μελλόντων. ὁ δ' Ἄχαβος, ἔφη, μισεῖν ἑαυτὸν καὶ προφητεύοντα, καὶ προφητεύοντα ὅτι τελευτήσει νικηθεὶς ὑπὸ τοῦ Σύρων βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτο ἐν φυλακῇ νεῶ αὐτὸν ἔχει, καλεῖσθαι δὲ Μιχάαν, υἱὸν Ἰεμβλαίου. τοῦ δ' Ἰωσαφάτου κελεύσαντος αὐτὸν προαχθῆναι, πέμψας δοῦλον ἄγει τὸν Μιχάαν. κἀκεῖνος ὁ δοῦλος ἐδήλωσεν αὐτῷ πάντας τοῖς ἄλλοις προφήτας, νίκην τῷ βασιλεῖ προειρηκέναι. ὁ δ' οὐκ ἐᾶν αὐτῷ καταψεύδεσθαι τοῦ θεοῦ φήσας, ἀλλ' ἐρεῖν ὅπερ ἂν αὐτῷ περὶ τοῦ βασιλέως αὐτὸς εἴπῃ. ὡς ἦκε πρὸς τὸν Ἄχαβον, καὶ λέγειν αὐτῷ τἀληθῆ ἠξίωσεν, ἐδείξατο τοὺς Ἰσραηλίτας φεύγοντας ἔφη, καὶ διωκομένους ὑπὸ τῶν Σύρων, καὶ διασπαρτιζομένους, καθάπερ ποιμένων ἀπεστερημένων τὰ πρόβατα. ἔλεγέ τε σημαίνειν τοῖς μὲν, μετ' εἰρήνης ἀναστρέφειν εἰς τὰ ἴδια, πεσεῖσθαι δ' αὐτὸν μόνον ἐν τῇ μάχῃ. ταῦτα φήσαντος τοῦ Μιχάα πρὸς Ἰωσάφατον, ὁ Ἄχαβος, ἀλλ' ἔγωγε μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδήλωσά σοι τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ πρός με δόξαντα. τοῦ δὲ Μιχάα εἰπόντος, ὡς προσῆκεν αὐτῷ πάντων ἀκροᾶσθαι τῶν ὑπὸ θεοῦ προλεγομένων, καὶ ὡς παρωρμήσειεν αὐτὸν οἱ ψευδοπροφῆται, ποιήσασθαι τὸν πόλεμον ἐπ' ἐλπίδι νίκης, καὶ ὅτι δεῖ πεσεῖν αὐτὸν μαχόμενον, αὐτὸς μὲν ἐν εἰρωνείᾳ. σεδεκίας δέ τις τῶν ψευδοπροφητῶν προελθὼν, τῷ μὲν Μιχάᾳ μὴ προσέχειν παρήνει. μὴ λέγειν γὰρ αὐτὸν ἀληθές. τεκμηρίοις δὲ ἐχρήσατο οἷς ἠλίας προεφήτευσεν ὁ τούτου κρείττων τὰ μέλλοντα σωιδεῖν. ἐν γὰρ τούτοις ἔλεγε προφητεύσαντα ἐν Ἰεζαρᾷ πόλει, ἐν τῷ ναβουθαίου ἀγρῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ κυνὰς λιχμήσασθαι προειπεῖν, καθὼς καὶ ναβὲθ τοῦ δι' αὐτὸν καταλυθέντος ὑπὸ τοῦ ὄχλου. δῆλον οὖν, ὡς ἔοικε ψεύδεται τῷ κρείττονι προφήτῃ τἀναντία λέγων, ὑπὸ ἡμερῶν ἓξ ἐκ φάσεως ταύτης τελευτήσειν. γνώσεσθαι δ' εἰ ἐπ' ἀμφότερα ἐστὶν ἀληθὴς καὶ τοῦ θείου πνεύματος τὴν δύναμιν ἔχει. διὸ καὶ ῥαπισθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, βλαψάτω με τὴν χεῖρα, ὥσπερ ἰάδων τὴν ἱεροβοάμου τοῦ βασιλέως συλλαβεῖν θελήσαντος ἀπεξήρανε δεξιάν. ἀκήκοας γὰρ οἶμαι τοῦτο πάντας ἡμᾶς. ὡς οὖν πλήξαντος αὐτὸν τὸν Μιχάαν, σωιέναι μηδὲν παθεῖν, Ἄχαβος θαρρήσας ἄγειν τὴν στρατιὰν προὔθυμος ἦν ὅπως τὸν σύεον. ἐπὶ τὰ δὲ οἶμαι, τὸ χρεὼν, καὶ πιθανοτέρους ποιεῖ τοὺς ἀληθῆ, τοῖς ψευδοπροφήταις, ἵνα λάβῃ τὴν ἀφορμὴν τοῦ τέλους. σεδεκίαν δ', σιδήρεια ποιήσας κέρατα λέγει πρὸς Ἄχαβον, θεὸν αὐτῷ σημαίνειν τούτοις πᾶσαν κατασκέψαι συρίαν, Μιχάαν δ' μετ' ὀλίγας ἡμέρας εἰπόντα

τὸν

τὴ σεδεκίαν ταμεῖον ἐκ ταμείου κρυβησόμενον ἀμείψῃ, A
ζητοῦντα φυγεῖν τὴ ψευδολογίας τὴ δίκην, ἐκέλευσεν
ὁ βασιλεὺς ἀπαχθέντα φυλάττειν πρὸς ἀχάμωνα
τὸν τῆ πόλεως ἄρχοντα, κὴ χορηγεῖσθαι μηδὲν ἄρτου κὴ
ὕδατος αὐτῆ σφιγατότερον. κὴ ἄχαβος μὲ, κὴ ἰωσάφα-
τος ὁ τῆ ἱεροσολύμων βασιλεὺς, ἀναλαβόντες τὰς δυ-
νάμεις, ἦλασαν εἰς ἀραμάθ τὴν γαλααδίτιδος.
ὁ δὴ τῆ σύρων βασιλεὺς ἀκούσας αὐτῆ τὴ στρατείαν, ἀπε-
πήγγειλε αὐτοῖς τὴν αὐτῆ σφαγήν. κὴ ὐκ ἄποθεν τῆ ἀρα- B
μάθης στρατοπεδεύει. συνέβαινε δὴ, ὅτε ἄχαβος κὴ ἰωσά-
φατος, ὑποθέσθαι τὸ βασιλικὸν χῆμα. τῆ δὴ ἱεροσολύ-
μων βασιλέα, τὴν αὐτῆ στολὴν ἔχοντα σωτῆρα ἐν τῆ πα-
ρατάξει κατασοφιζόμενον τὰ ὑπὸ τὸ μιχαίου προφη-
μένα. ὅρᾳ δὲ αὐτὸν τὸ χρεὼν κὴ δίκα τὸ χήματος. ὁ μὲ
γὸ ἀδαδος ὁ τῆ σύρων βασιλεὺς, παρήγγειλε τῆ στρατῆ
ἄρχ τῆ ἡγεμόνων, μηδένα τῶν ἄλλων αἱρεῖν, μόνον δὴ τῆ
βασιλέα τῶν ἰσραηλιτῶν. οἱ δὴ σύρες, τῆς συμβολῆς C
γενομένης, ἰδόντες τὸν ἰωσάφατον ἐσῶτα πρὸ τῆ τά-
ξεως, κ τοῦτον εἰκάσαντες εἶν τὸν ἄχαβον, ὥρμησαν ἐπ'
αὐτὸν, κὴ περικυκλωσάμενοι, ὡς ἐγγὺς ὄντες ἔγνωσαν
μὴ ὄντα τοῦτον, ἀνεχώρησαν ὀπίσω πάντες. ἀρχομένης
δὲ ἠοῖς ἄχει δείλης ὀψίας γενομένης, μαχόμενοι καὶ
νικῶντες, ἀπέκτειναν ἑδένα κῆ τῆ βασιλέως ἐν τά-
λλοις, ζητοῦντες τὴν ἄχαβον ἀπελεῖν μόνον, κὴ δύρειν ἀ
δυνάμενοι. παῖς δέ τις βασιλικὸς τῆ ἀδάδου ἄμανος
ὄνομα, τοξεύσας εἰς τοὺς πολεμίους, πεῴσκῃ τὴν βασιλέα D
δὲ τῆ θώρακος, κῆ τῆ πνεύμονος. ἄχαβος δὴ τὸ μὲ συμ-
βεβηκὸς ὐκ ἔγνω ποιῆσαι τῷ στρατεύματι φανερὸν μὴ
ταπείνωσαν. τῆ δὲ ἡνίοχον ἐκέλευσεν ὅπισθέν μ τὸ
ἅρμα κ ἐξηγαγεῖν τῆς μάχης. χαλεπῶς γὸ βεβλῆσθαι
κ ἡμείως. ὁδυνώμενος δὴ, ἕως ὅδη τὸ ἅρματος, ἄχει
δύοντος τῆ ἡλίε, κ λιποθυμήσας, ἀπέθανε. κ τὸ μὲ
σύρων στράτευμα, νυκτὸς ἤδη γενομένης, ἀνεχώρησεν
εἰς τὴν παρεμβολήν. διηλώσαντος δὴ τῆ στρατοκήρυκος ὅτι E
τέθνηκεν ἄχαβος, ἀνέζευξαν εἰς τὰ ἴδια. κομίσαντες
δὴ τὸν ἄχαβον νεκρὸν εἰς σαμάρειαν, ἐκεῖ θάπτουσι. κ τὸ
ἅρμα ἐκπλυνάντες ἐν τῆ ἰεζάρα κρήνῃ, ὧ δὴ καθη-
μαγμένον τῷ τῦ βασιλέως φόνῳ, ἀληθῆ τὴν ἡλία προ-
φητείαν ἐπέγνωσαν. οἱ μὲν γὸ κύνες, ἀπελιχμήσαντο
τὸ αἷμα. αἱ δὲ ἑταιριζόμεναι, ἐν τῆ κρήνῃ τὸ λοιπὸν
λούονται τοῦτο διατελοῦσι. ἀπέθανε δὲ ἐν ῥαμαθῶνι,
μιχαίου τοῦτο προειρηκότος. συμβαίνειν οὖν ἀχάβῳ τὴ
ὑπὸ τὴ δύο προφητῶν εἰρημένων, δεῖ μέγα τι τὸ θεῖον F
ἡγεῖσθαι, κὴ τιμᾶν αὐτὸ παντάχε κὴ σέβειν, κὴ τῆς ἀλη-
θείας μὴ τὰ πρὸς ἡδονὴν κὴ βέλησιν πιθανώτερα δο-
κεῖν. ὑπολαμβάνειν δὲ ὅτι προφητείας, κὴ τὴ δίκη τῶν
τούτων προγνώσεως ὠδὲν ὄφελος, παρέ-
χοντος ἑαυτὸ τοῦ θεοῦ, τὶ δεῖ φυλάξασθαι. λογίζεσθαί τε
πάλιν ἐν τῶν τὸν βασιλέα ἡγουμένων σοχαζο-
μένους προστῆκε τῶν χρεὼν ἰσχύ, ὅτι μηδὲ προ-
γινωσκόμενον αὐτὸ διαφυγεῖν ἔστι. ἀλλ' ὑπέρχεται
τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἐλπίσι κολακεύον χρησάς, αἷς εἰς τὸ πόθεν αὐτῆ κρατήσῃ προσάγῃ. φάνη δὲ κὴ
ἄχαβος ὑπὸ τούτου τῶν ψευδοπροφητῶν ἀπατηθείς, ὡς ἀπιστῆσαι μὲ τοῖς προλέγουσιν τῶν ἥτταν. τοῖς δὲ τὰ πρὸς
χάριν προφητεύσασι πειθθείς, ὑπεθανεῖν. τοῦτον μὲν οὖν ὁ παῖς ὀχοζίας διεδέξατο.

è cella in cellã fugiat latebras quæritãs ne luat
pœnas vaniloquij, iratus rex iubet eum apud
Achamonẽ magistratum vrbis haberi in custo-
dia, nec aliud quicquam præter panem & aquã
ei præberi. Atque ita duo reges versus Rama-
tham cum copijs profecti sunt. quo audito rex XV.
Syriæ cum exercitu eis occurrens, non procul 3. Reg. 22.
à Ramatha castra posuit. Conuentum autem e-
rat inter reges socios, vt Achabus priuato ha-
bitu versaretur in prælio, Hierosolymitanus
verò sumpto Achabi cultu staret in acie, quo
facilius Michææ vaticinium eluderent. sed in-
uenit eum fatum etiam sine insignibus. Ada-
dus enim mandauit per tribunos militi, vt ne-
minem alium occideret, sed solum regem Isra-
elitarum. Syri verò primo congressu videntes
Iosaphatum stantem ante aciem, rati esse A-
chabum impetu facto eum circumuenerũt: sed
postquam è propinquo cognouerunt esse aliũ,
omnes se retro receperunt. à mane autem vsque
ad vesperam pugnantes & vincentes occide-
bant neminem, sicut eis mandatum fuerat, solũ
Achabum ad necem quærendo, nec tamen in-
ueniendo. tãdem vnus ex Adadi famulis Ama-
nus nomine, missa in incertum sagitta, regem
per thoracem in pulmonem sauciat. Achabus
autem noluit hoc scire suum militem, ne terga
verteret: sed aurigam iussit currum extra præ-
lium cuehere, quòd graue ac lethale vulnus ac-
ceperit. Cúmque vehementer cruciaretur, per-
stitit tamen in curru vsque ad solis occubitum,
& tandem profluuio sanguinis viribus deficiẽs
interiit. iámque appetente nocte Syri se in ca-
stra recipiunt: & quamprimùm per caduceato-
rem de Achabi morte cognitum est, solutis ca-
stris domum quisque reuertitur. Cadauer regis
Samariam relatum, illuc sepulturæ traditur. &
cùm currus regius cruore fœdatus ad Iezarę fõ-
tem esset ablutus, veritatem Eliæ prædictionis
euentus comprobauit. Canes enim lambebant
eius sanguinem: & meretrices posthac ex eo
fonte aquabantur. Mortuus autem est apud Ra-
matham, iuxta Michææ vaticinium. Ergo quo-
niam vtriusque prophetæ prædictionem euen-
tus consecutus est, veneranda sunt illorum o-
racula, eísque semper plus oportet tribuere,
quàm eorum qui ad gratiam loquuntur ser-
monibus: nec aliter existimare quàm quòd ni-
hil sit illis vtilius, quandoquidem per ea diui-
nitus monemur quid cauere debeat. Quin & ea
reputatio hoc loco subit animum, quòd insu-
perabilis sit fati necessitas, quæ etiamsi præscia-
tur, præcaueri tamen non potest: sed tamdiu
homines sibi vana spe blandiuntur, donec in
illius casses incidant. nam hoc quoque Achabo
fatale fuerat, vt prænuntiantibus cladem non
crederet, & à prophetantibus ad gratiam dece-
ptus, in mortem rueret. cui in principatum O-
chozias filius succedit.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΝΑΤΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως ϛρατευσάμενος ὁ ἀχάβου παῖς, ἰώραμος ὅτι μωαβίτας, κρατήσειεν αὐτοῦ. Κεφ. α.

Ως ἰώραμος βασιλεὺς τοῦ ἱεροσολυμιτῶν, τιμὴ ἀρχῇ πᾶσαν λαβών, τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς πατρῴους φίλους ἀπέκτεινεν. Κεφ. β.

Οπ ϛρατοπεδευσάντων ἐπ' αὐτὸν ἀράβων, ἥτε δύναμις αὐτοῦ πᾶσα διεφθάρη καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ πάρεξ ἑνὸς ὄντος ἔτι νηπίου, καὶ σφεῖς τούτοις αὐτὸς ἀσεβὴς γενόμενος, κακῶς τὸν βίον κατέϛρεψε. Κεφ. γ.

Στρατεία τοῦ ἰωράμου τοῦ ἰσραηλιτῶν βασιλέως ὅτι τοὺς σύρους. Κεφ. δ.

Ως ἰώραμος ἀπέθανεν ὑπὸ ἰηοῦ αἱρεθεὶς τῆς ἱππάρχου καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ τοῦ ἱεροσολύμων βασιλεὺς ὀχοζίας. Κεφ. ε.

Οπ ὁ ἰηοὺς ἐβασίλευσε τοῦ ἰσραηλιτῶν ἐν σαμαρείᾳ ἔτη εἴκοσιν, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ὅτι γυναῖκα τέσσαρας. Κεφ. ϛ.

Ως γοθολία, τοῦ ἱεροσολυμιτοῦ ἐβασίλευσεν ὅτι ἔτη πέντε. καὶ αἰτιῶν αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς ἰώδας, τὸ ὀζίου παῖδα βασιλέα ἀπέδειξεν. Κεφ. ζ.

Αζαήλου τοῦ δαμασκηνῶν βασιλέως ὅτι τοὺς ἰσραηλίτας, καὶ ὕστερον ὅτι τοὺς ἱεροσολυμίτας ϛρατείαι. Κεφ. η.

Ως ἀμασίας, ὁ τῶν ἱεροσολυμιτῶν βασιλεὺς, ϛρατευσάμενος ὅτι ἰδουμαίους, καὶ ἀμαληκίτας ἐνίκησεν. Κεφ. θ.

Ως ἀμασίας πολεμῶν πρὸς τὸν ἰσραηλιτῶν βασιλέα ἰώασον, ἥττητο. Κεφ. ι.

Καὶ ὡς ὁ παῖς αὐτοῦ ὀζίας, τὰ πέρυξ ἔθνη ἐχειρώσατο. Κεφ. ια.

Οπ ϛρατεύσαντος ἀράσιν ὁ δαμασκῶν βασιλεὺς ὅτι ἱεροσολυμίτας, ἠνάγκασεν ἀχάζιον τὸν βασιλέα, πέμψαντα χρήματα πολλὰ πρὸς τὸν βασιλέα ἀσσυρίων, πεῖσαι τοῦτον αὐτὸν, ὅτι δαμασκὸν ϛρατεύσασθαι. Κεφ. ιβ.

Ως καὶ κράτος ἔλαβεν ὁ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς δαμασκοῦ. καὶ διέφθειρε μὲν αὐτοῦ τὴν βασιλέα. τοὺς δὲ ἀνθρώπους αἰχμήσας εἰς μηδίαν, ἕτερα ἔθνη κατῴκισεν ἐν δαμασκῷ. Κεφ. ιγ.

Ως σαλμανάσαρος ὁ τοῦ ἀσσυρίων βασιλεὺς, εἷλε καὶ κράτος τιμὴ σαμάρειαν, καὶ τὰς δέκα τοῦ ἰσραηλιτῶν φυλὰς εἰς τιμὴ μηδίαν κατῴκισας ἐκ τῆς περσίδος τὸ τοῦ κυθαίων ἔθνος εἰς τιμὴ ἐκείνων μετήγαγε χώραν. Κεφ. ιδ.

HÆC IN NONO IOSEPHI HISTORIARVM DE Antiquitate Iudaica libro continentur.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos superat. CAP. I.

Ioramus Hierosolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interficit. CAP. II.

Quomodo inuadentibus Ioramum Arabibus, exercitus eius deletus fuerit, ac filiis peremptis, vnico excepto adhuc infante, postremo ipse Deo inuisus miserâ morte sublatus sit. CAP. III.

Expeditio Iorami Israelitarum regis aduersus Syros. CAP. IV.

Ioramus à Ieu magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanorum rex Ochozias. CAP. V.

Ieus inter Israelitas regnat apud Samariam, & post eum vsque quartam generationem eius progenies. CAP. VI.

Gotholia per summum nefas Hierosolymis regnum occupat, quâ post sextum annum cæsâ pontifex Ioadus Ochoziæ filium regem constituit. CAP. VII.

Azaelis Damascenorum regis contra Israelitas, ac mox contra Hierosolymitas expeditiones. CAP. VIII.

Amasias rex Hierosolymitanus exercitu contrà Idumæos & Amalecitas ducto victor euadit. CAP. IX.

Amasias pugnans contra Ioam Israelitarum regem vincitur. CAP. X.

Quomodo Amasiæ filius Ozias vicinas gentes subegerit. CAP. XI.

Rasè Damascenorum rege Hierosolymitas bello vexante Achazes eorum rex magnis muneribus missis coactus est Assyriorum regem in Damascenos immittere. CAP. XII.

Assyriorum rex vi expugnatâ Damasco, & occiso rege, populum traducit in mediam, aliis gentibus Damascum in coloniam deductis. CAP. XIII.

Quomodo Salmanassar Assyriorum rex, Samariâ expugnata, decem Israelitarum tribus in Mediam transtulerit, & Cuthæos in eorum regionem migrare iusserit. CAP. XIV.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICARVM
LIBER NONVS.

Κεφάλαιον ά. A **Cap. I.**

Ὡς στρατευσάμενος ὁ Ἀχάβου παῖς Ἰώραμος ὑπὲρ Μωαβίτας κρατήσειεν αὐτῶν.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos superat.

ΙΩΣΑΦΑΤΗ δὲ τῷ βασιλεῖ, ἀναχωροῦντι εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀπὸ τῆς συμμαχίας τοῦ πρὸς Ἄχαβον τὸν τῆς Ἰσραηλιτῶν βασιλέα, ὃν ἀδάδῳ τῷ Σύρων βασιλεῖ πολεμοῦντι ἀναχὼν ἐβοήθησε, προσῆλθε μὲν ὁ προφήτης σωτυχὼν ἠπάτησε τὸν πρὸς Ἄχαβον συμμαχίας ἀνθρωπον ἀσεβῆ καὶ πονηρόν. τὸν μὲν θεὸν, ἀνδρὸς μὲν οὐ τοιούτου δικαίου ῥύσασθαι μέν τοι, καίπερ ἡμαρτηκότα, διὰ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ὄντα ἀγαθὸν ἐλεῆσαι καὶ τῆς πολεμίων. καὶ τότε μὲν ἐπ' ἀγαθοῖς καὶ θυσίαις ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψε τῷ θεῷ. μετὰ ταῦτα δὲ τὴν χώραν ὁρμήσας περιερχόμενος ἐν κύκλῳ πᾶσαν ὅσης αὐτὸς ἦρχε, τὸν λαὸν ἐκδιδάσκων, τάττε νόμιμα τὰ διὰ Μωυσέως ὑπὸ τοῦ θεοῦ δοθέντα, καὶ τὴν δοσίβειαν τὴν πρὸς αὐτόν. καὶ δικαστὰς ἀποδείξας ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν βασιλευομένων ὑπ' αὐτὸν, παρεκελεύσατο μηδενὸς ἕνεκα ὡς τοῦ δικαίου προνοουμένους, κρίνειν τοῖς ὄχλοις, μήτε δώρων, μήτε ἀξιώματος τῶν ἐν ἐξουσίᾳ διὰ πλοῦτον ἢ διὰ γένος ἐπιδοκιμάζειν. βεβαιοῦν δ' ἅπασι τὸ ἴσον, ὑπισχνούμενος ὅτι, καὶ τῶν κρύφα πραττομένων, ἕκαστον ὁ θεὸς βλέπει. ταῦτα διδάξας, κατὰ πόλιν ἑκάστην τῶν δύο φυλῶν ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. κατέστησε δὲ καὶ ἐν τούτοις κριτὰς, ἐκ τῶν ἱερέων, καὶ ἐκ τῶν λευιτῶν, καὶ τῶν τῶν ἀρχόντων τοῦ πλήθους ἐπιφανῶν. παραινέσας δὲ μὴ μελεῖν καὶ δικαίας ποιεῖσθαι πᾶσας μὲν τὰς κρίσεις. αἳ δὲ πρὸς μειζόνων διαφορὰν ἔχοντες τῶν ὁμοφύλων τινὲς ἐκ τῶν ἄλλων πέμψωσι πρὸς αὐτοὺς πόλεων, τούτων δὲ μετὰ πλείονος σπουδῆς ἀποφαίνεσθαι δικαίως περὶ τῶν πραγμάτων. μάλιστα γὰρ τὰς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κρίσεις, ἐν ᾗ τὸν τε ναὸν ἔχειν τοῦ θεοῦ συμβέβηκε καὶ δίαιταν ὁ βασιλεὺς ἔχει, προσήκειν αὐτοῖς καὶ δικαιοτάτας. ἄρχοντας δὲ

IOsaphato autem regi post suppetias contra Adadum Achabo latas Hierosolyma reuertenti propheta Ieus occurrens, reprehendit eum, quòd cum homine impio & scelerato arma coniunxisset. Deũ enim indignè tulisse hanc societatem: seruasse tamen eum propter suam bonitatem, licet malè, quod non debuerat, fecerit. Post eam admonitionem rex supplicationibus & sacrificiis Deo conciliato, vniuersam suam ditionem perlustrauit, populum leges diuinitus per Moysem traditas, & cultum pietatis docendo: constitutísque oppidatim magistratibus hortatus est eos, vt solius iustitiæ respectu habito ius populis dicerent, nec muneribus corrupti, nec magnatum aut diuitum captantes gratiam: omnibúsque quod æquum est redderent, scientes quòd etiam occulta Deus inspiciat. Hæc cùm per singulas duarum tribuum vrbes docuisset, Hierosolyma reuersus hîc quoque iudices è sacerdotum ac Leuitarum ordine, & è primatibus optauit, & hos prius monitos vt iustè & accuratè iura populo redderent. Quòd si grauiores controuersiæ deferrentur ad eos ex aliis cognatis vrbibus, de horum negotiis maior etiam diligentia decerni voluit: quòd eam vrbem maximè æquitatis seruantem esse deceat, in qua & templum simul haberetur & regia. eius summos magistratus ex amicorum

4. *Reg.* 3. 2. *Paralip.* 19.

numero præposuit, Amasiã sacerdotẽ, & ex Iudæ tribu Zabadiã. Per idẽ tempus Moabitæ & Ammanitæ cum Arabum auxiliis bellum inferunt, & ad Engaddam vrbem Asphaltitæ lacui vicinam castra metantur, trecentis stadiis à Hierosolymis dissitam, cuius ager egregia palmeta fert, & balsamum. Iosaphatus autem cùm audisset hostes superato lacu in regnum suum iam irrupisse, territus concionem aduocat: & ad templum versus Deum inuocat, vt tantum virium & roboris ei suggerat, quantum satis sit ad sumendam de hoste pœnam audaciæ. In hoc enim templum id extructum à maioribus, vt quoties ab externo hoste immineat periculum, ibi populus coràm numen præsens inuocet, diuináque ope adiutus inuasores suos malè mulctatos arceat, volentes quæ semel diuina munificentia contigêre, per vim ad se retrahere. Sic precatus est lacrymans, accedente eodem totius populi cum vxoribus & liberis supplicatione. Ibi Iaziel quidam propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiuisse, & ipsum pugnaturum se polliceri pro suæ religionis hominibus. Mox edicit vt in crastinum se parent, ituri obuiam hostibus, & occursuri eis Engaddam inter & Hierosolyma, ad quendam cliuum, cui nomen Sis, voce Hebræis significante eminentiam. Ibi non fore opus vt cum hoste confligant, sed pugnantem tantùm pro se Deum quieti ipsi spectatores considerent. Post hoc oraculum rex & totus populus prostrati in faciem gratias agendo adorabant Deum, & Leuitæ organis suis hymnos canebant. Diluculo verò progressus rex in solitudinem subiectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendum esse prædictioni propheticæ, & non struendam quidem aciem, sed in primo agmine constituendos sacerdotes cum tubis, & Leuitas cum cantoribus, agendáque Deo gratias, non aliter quàm liberata iam ab hoste patria. Placuit omnibus regis consilium, idque mox etiam exequuti sunt. Deus verò terrorem & consternationem immisit Ammanitis & eorum sociis, ita vt alij in alios ruentes hostiliter in se inuicem debaccharentur tanto furore, vt ne vnus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Iosaphatus verò prospiciens in vallem in qua castra hostium fuerant, cùm totam videret refertam cadaueribus, lætus tam inopinato Dei auxilio, quòd sibi citra sudorem & sanguinem victoria contigisset, permisit suo militi castra diripere, & spoliare cadauera: tantáque fuit multitudo vt ægrè per integrum triduum omnia spolia legerent. Quarta verò die congregatus totus populus in quandam conuallem, potentiam & auxilium Dei debitis concelebrauit laudibus: à quo facto postea locus nomen inuenit, vt in perpetuum Conuallis laudationis appellatus sit. Inde reuersus cum exercitu rex Hierosolyma, per aliquot dies in sacrificiis occupatus fuit, ac epulis. Quin & in exteras gentes tam mirificæ victoriæ fama perlata, eam regi sãctitatis ac pietatis opinionem conciliauit,

αὐτῷ ἀποδείκνυσιν, ἀμασίαν τὸν ἱερέα, καὶ ζαβαδίαν ἐκ τῆς ἰούδα φυλῆς ἐταίρους. ὁ μὲν βασιλεὺς, τέτον τὸν τόπον διέταττε τὰ θεάματα. καὶ ἦ τ αὐτὸν καιρὸν, ἐστράτευον ἐπ' αὐτὸν μοαβίται καὶ ἀμμανίται, συμπαραλαβόντες καὶ ἀραβῶν μεγάλην μοῖραν, καὶ κατεστρατεύοντο πρὸς ἐγγαδδὶ πόλιν κειμένην πρὸς τῇ ἀσφάλτιδι λίμνῃ, τεσσαράκοντα ἀπέχουσαν σταδίους τῆς ἱεροσολύμων. ἐμαντεύετο ἦ ἐν αὐτῇ φοινὶξ ὁ κάλλιστος, καὶ ὀποβάλσαμον. ἀκούσας ἦ ἰωσαφάτης ὅτι τὴν λίμνην διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι, ἐμβεβλήκασιν ἤδη εἰς τ βασιλευομένην ὑπ' αὐτὸ χώραν, δείσας εἰς ἐκκλησίαν συνάγει τ δῆμον τῆς ἱεροσολυμίτιδος εἰς τὸ ἱερόν. καὶ στὰς κατὰ πρόσωπον τ ναοῦ πύχετο, καὶ ἐπεκαλεῖτο τὸν θεὸν παραρχεῖν αὐτῷ δύναμιν καὶ ἰσχύν, ὡς τε τιμωρήσασθαι τοὺς ὅπλ στρατεύσαντας. καὶ δὲ τέτο δηλῶν τοῖς τὸ ἱερὸν καταπεπλασμένοις αὐτῷ, ὅπως ὑπερμαχῇ τ πόλεως ἐκείνης, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὸ ἐλπήσαντας ἐλθεῖν ἀμελήσῃ, οἱ τὴν ἐπ' αὐτὸ δοθεῖσαν γῆν εἰς κατάσχεσιν ἀφελέσθαι πάρεισιν αὐτοῖς. ταῦτ' ἐχόμενος, ἐδάκρυσε. καὶ σύμπαν ἦ τὸ πλῆθος, γυναῖξίν ἅμα καὶ τέκνοις ἱκέτευον. ἰαζίηλος δέ τις θεοφίτης παρελθὼν εἰς μέσην τὴν ἐκκλησίαν, ἀνεβόησε, πρός τε πλήθει λέγων, καὶ πρὸς βασιλέα, τὸν θεὸν ἐπακοῦσαι τῇ δεήσει, καὶ πολεμήσειν αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς ἐπαγγέλλεσθαι. θεσπίζει ἦ τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιὰν ἐξελάσαντα τοῖς πολεμίοις ὑπαντᾶν. δυήσειν γὰρ αὐτοὺς μεταξὺ ἱεροσολύμων καὶ ἐγγάδης ἀναβάσεως, λεγομένῃ δι' ἐρημίας. καὶ μὴ συμβαλεῖν μὲν αὐτοῖς, σαίτα ἦ μόνον ὁρᾶν, πῶς αὐτοῖς μάχεται τὸ θεῖον. τῷ ἦ θεοφίτου ταῦτα εἰπόντος, ὁ μὲν βασιλεὺς καὶ τὸ πλῆθος, πεσόντες ὅτι θεόσταστον, νὺχαείσωσαν τῷ θεῷ καὶ θεοσεκύνουν. οἱ ἦ λευῖται, τοῖς ὀργάνοις διετέλουν ὑμνοῦντες. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ θεοσελθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἔρημον, τὴν ὑπὸ κάτω θεκόας πόλεως, ἔλεγε πρὸς τὸ πλῆθος, ὡς δεῖ πίστιν ἔχειν τοῖς ὑπὸ τ θεοφίτου εἰρημένοις, καὶ μὴ θαρσαίνεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς εἰς μάχην. θεσπισαμένου ἦ τοῖς ἱερεῖς μὴ τῇ σαλπίγγων, καὶ λευίτας μὴ τῇ ὑμνούντων, δὲ χαίρειν ὡς ἤδη ῥυσαμένῳ τὴν χώραν ἡμῶν θεὰ τῶν πολεμίων. ἤρετο δὲ ἡ τ βασιλέως γνώμη. καὶ ἅπερ συνεβούλευσε, ταῦτ' ἐποίησαν. ὁ ἦ θεὸς, εἰς φόβον ἐνέβαλε καὶ ταραχὴν τοῖς ἀμμανίταις. οἱ ἦ, δόξαντες ἀλλήλους πολεμίους ἀποκτεῖναι, ὡς ἐκ τ τοσαύτης στρατιᾶς ἀνασωθῆναι μηδένα. ἰωσαφάτης δὲ ἀναβλέψας εἰς τὴν φάραγγα, ἐν ᾗ συνέβαινε στρατοπεδεύειν τοὺς πολεμίους, καὶ πλήρη νεκρῶν ἰδὼν, ἤδη μὲν ὅτι τῇ θεοδόξῳ τῆς τ θεοῦ βοηθείας, ὅτι μηδὲ πονήσασι αὐτοῖς αὐτὸς δι' ἑαυτὸ τὴν νίκην ἔδωκεν. ἐπέστρεφέ τε τῇ στρατιᾷ διαρπάσαι τὴν παρεμβολὴν τῶν ἐχθρῶν καὶ σκυλεῦσαι τοὺς νεκρούς. καὶ οἱ μὲν ὅτι ζῶντες ἡμέρας σκυλεύσαντες ἔκαμον. τοσοῦτον ἦν τὸ τῶν διηρημένων πλῆθος. τῇ τετάρτῃ ἦ συναθροισθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἴς τινα κοῖλον καὶ φαραγγώδη τόπον, τὴν τ θεοῦ δύναμιν καὶ τὴν συμμαχίαν ὑμνήσων, ἀφ' ἧς καὶ θεσπιῳδίας ἔσχεν ὁ τόπος, κοιλὰς εὐλογίας. ἐκεῖθεν δ' ἀναγαγὼν τ στρατιὰν ὁ βασιλεὺς εἰς ἱεροσόλυμα, ζέπεται πρὸς εὐωχίαις καὶ θυσίαις ὅτι πολλὰς ἡμέρας μὴ μόνον τῶν πολεμίων αὐτῷ διαφθορὰν, ἀκηδεῖσαν τοῖς ἀλλοφύλοις ἔθνεσι πᾶσιν ὅτοι κατεπλάγησαν αὐτὸν,

ὡς

ὡς φανερῶς αὐτὸν τοῦ θεοῦ τὸ λοιπὸν συμμαχοῦντος. καὶ ἰωσαφάτης μὲν ἔκτοτε μετὰ λαμπρᾶς δόξης ὅτι τὰ δικαιοσύνη καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείαν διῆγεν. ἦν δὲ φίλος καὶ τῷ ἀχάβου παιδὶ, βασιλεύοντι τῶν ἰσραηλιτῶν, πρὸς ὃν κοινησας ὅπι κατασκευῆ πλοίων, εἰς τὸν πόντον πλευσοῦν, καὶ τὰ ὅτι θρᾴκης ἐμπόρια, δηλήμονα κτήματος. ὑπὸ γὰρ μεγέθους ἀπώλετο τὰ σκάφη. καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλείοσιν ἐφιλοτιμήσατο. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν ἰεροσολύμων βασιλέα ἰωσαφάτην ἔτως εἶχεν. ὁ δὲ ἀχάβου παῖς ὀχοζίας, ἐβασίλευε τῶν ἰσραηλιτῶν, ἐν σαμαρείᾳ ποιούμενος τὴν διαιταν, πονηρὸς ὢν καὶ πάντα ὅμοιος τοῖς γεγενῆσιν ἀμφοτέροις, καὶ ἱεροβοάμῳ τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι, καὶ τὸν λαὸν ἀπατᾶν ἀρξαμένῳ. τελευτᾷ δὲ βασιλεύων ἔτος ἤδη δεύτερον ἔχοντος, ὁ τῶν μωαβιτῶν ὑφίστατο βασιλεὺς αὐτῷ, καὶ τοὺς φόρους οὓς ἔπεμπεν ἐτέλει τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀχάβῳ χορηγῶν ἐπαύσατο. συμβὰν δὲ τὸν ὀχοζίαν καταβαίνοντα διὰ τῶν στέγης τὸ οἰκίας κατενεχθῆναι, καὶ νοσήσαντα πέμψαι πρὸς τὸν ἀκκάρων θεὸν μυῖαν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ θεῷ, πυθέσθαι περὶ τῆς σωτηρίας. φανεὶς δὲ ὁ τῶν ἑβραίων θεὸς ἠλίᾳ τῷ προφήτῃ, προσέταξεν αὐτοῦ τοῖς πεμφθεῖσιν ἀγγέλοις ὑπαντήσαντα, πυθέσθαι αὐτοὺς εἰ θεὸν ὁ ἰσραηλιτῶν λαὸς ἴδιον οὐκ ἔχει ὅτι ἔπεμπε πρὸς τὸν ἀλλόφυλον ὁ βασιλεὺς αὐτῶν περὶ τῆς σωτηρίας πυθησομένους. ἐκέλευσέ τε αὐτοὺς ὑποστρέψαι καὶ φράσαι τῷ βασιλεῖ, ὅτι μὴ δι' ἀφροσύνην τὸν νόσον. τὸν δὲ ἠλίαν ποιήσαντος δὲ προσέταξεν ὁ θεὸς, ἀκούσαντες οἱ ἄγγελοι τὰ παρ' αὐτοῦ, ὡς δὲ χρῆμα ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν βασιλέα. θαυμάζοντος δὲ τὸ τάχος ἐπανόδου, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπερωτήσαντος, ἔφασαν ἀπαντῆσαί τινα αὐτοῖς ἄνθρωπον, καὶ κωλύσαι μὴ προσωτέρω χωρεῖν, ἀναστρέψαντας δὲ σὺν λέγειν ἐξ ἐντολῆς τοῦ ἰσραηλιτῶν θεοῦ, ὅτι κάκιον ἕξει νόσος. τὸν δὲ βασιλέως σημαίνειν αὐτοῦ τὸν ταῦτα εἰρηκότα κελεύσαντος, ἄνθρωπον ἔλεγον δασυν, καὶ ζώνην περιειλημμένον δερματίνην. σωεὶς δὲ ἐκ τούτων ἠλίαν εἶδον τὸν σημαινόμενον ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, πέμψας ἐπ' αὐτὸν ταξίαρχον, καὶ πεντήκοντα ὁπλίτας, ἀχθησομένους πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν. ὁρῶν δὲ τὸν ἠλίαν ὁ πεμφθεὶς ταξίαρχος ὅτι τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους καθεζόμενον, καταβαίνειν ἥκειν ἐκέλευε πρὸς τὸν βασιλέα. κελεύοντος δὲ ταῦτ' ἐκεῖνον. εἰ δὲ μὴ θελήσειεν, ἄκοντα βιάσασθαι. ὁ δὲ εἰπὼν πρὸς αὐτὸν ὅτι πείρᾳ τοῦ προφήτης ἀληθὴς ὑπάρχειν, δύξασθαι πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ πεσὸν ἀπολέσαι τοὺς στρατιώτας καὶ αὐτὸν, δύχεται, καὶ ὀργὴν κατενεχθεὶς, δι' ἀφθείρει τόν τε ταξίαρχον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. τὴν δὲ ἀπωλείας τῆς τούτων δηλωθείσης τῷ βασιλεῖ, παροξυνθεὶς ἄλλον πέμπει ταξίαρχον ὅτι τὸν ἠλίαν σὺν ὁπλίταις τοσούτοις, ὅσοις τὸν πρῶτον ἀπέστειλεν. ἀπειλήσαντος δὲ καὶ τούτου τῷ προφήτῃ βίᾳ λαβεῖν αὐτὸν εἰμὴ κατέλθοι βουλόμενος, δύξαμένου κατ' αὐτοῦ πῦρ διεχρήσατο καθὼς τὸν ἄλλον ταξίαρχον. πυθανόμενος δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦτον ὁ βασιλεὺς, τέλος ἐξέπεμψεν. ὁ δὲ, φρόνιμος ὢν, καὶ λίαν ὑπεικὴς τὸ ἦθος, ἐλθὼν ὅτι τὸν τόπον οὗ συνέβαινεν ἦν ἠλίαν, φιλοφρόνως προσεῖπεν αὐτὸν, γνώσεσθαι δὲ ἔλεγεν, ὅτι μὴ βουλόμενος βασιλέως δι' ἀκόντων προσάξαι παρεῖη πρὸς αὐτὸν, καὶ οἱ πρὸς αὐτὸν πεμφθέντες, οὐκ ἐκόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν αἰτίαν ἦλθον. ἐλεήσας δὲ ταῦτα ἀκούσας αὐτὸν ἦξιε σὺν αὐτῷ παραγίνεσθαι ὁπλίτας, καὶ καταβαίνειν πρὸς τὸν βασιλέα.

A vt res eius ſub diuini numinis tutela eſſe pro comperto crederent : manſitque vſque extremum eius diem hæc perſuaſio. Erat autem amicus & Achabi filio, qui tum Iſraelitis præerat: cum quo inita ſocietate parandarum nauium, quæ merces in Pontum peterent, ac emporia Thraciæ, iacturam fecit haud minimam. Nauigia enim abſumpta ſunt naufragiis, quòd non bene regerentur præ magnitudine. Quo factum eſt vt hæc cura vacauerit in poſterum. Atque hactenus de Ioſaphato.

B Achabi verò filius Ochozias regnauſt apud Iſraelitas, & regiam Samariam, vir peſſimus, & vtrique parenti omnino ſimilis, & Hieroboami primi Iſraelitarum ſeductoris æmulus. Eius regni anno ſecundo Moabitarum rex defecit, & tributa quæ patri eius ſolitus erat, pendere amplius detrectauit. Accidit autē vt Ochozias de ſolario domus ſuæ deſcendens per gradus prolaberetur, morbóque ex hoc caſu contracto Accaronem ad Myriodis (id deo nomen erat) oraculum ſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorum verò Deus Eliæ prophetæ mandauit, vt nunciis ab eo miſſis occurrens percontaretur, an Iſraelitæ proprium Deum non haberent, quandoquidem rex ad alienum mitteret de ſalute interrogaturos : iuberétque eos reuerti, & regi dicere eum nō reualiturum. Quod quum Elias feciſſet, nunciis his auditis confeſtim ad regem reuerſi ſunt. Quod demirāte celeritatem reditus, & cauſam quærente, aiūt ſibi occurriſſe virum quendam, & vetuiſſe vlterius progredi : iuſſiſſéque renunciarent ſuo regi Iſraelitarum Dei nomine, quòd morbus in peius proficiet. Rege verò iubente vt ſibi figuram hominis illius deſignarent, dicebāt hominem eſſe hiſpidum & cingulo coriaceo præcinctum. Qui cùm intellexiſſet Eliam per hæc deſcriptum à nunciis, miſit ad eum attrahendum centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis vertice deſcendere iuſſit, & ad regem venire. In hoc enim ſe miſſum, vt niſi ſponte ſua faciat, vi coactum eò pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum, quo verus propheta noſceretur, & igne ad ſuas preces cælitus miſſo ipſum vnà cum militibus, conflagraturum, malum hoc eis imprecatus eſt, móxque candens turbo delatus centurionem & eius comitatum perdidit. quorum clade ad regem perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipſe cum prophetæ minatus vim eſſet, ni volens ſequeretur, & hunc ad preces eius ignis abſumpſit quemadmodum alterum. Quo cognito rex miſit tertium. Is quòd eſſet cordatus & manſuetis moribus, poſtquam peruenit ad locum vbi tum erat Elias, & amicè eum ſalutauit: Non ignoras, inquit, quòd vt regis mandato pateam inuitus ad te venio, ſicut & illi qui ante me venerunt. Miſertus igitur mei & horū militū volens ac libens deſcēde, nóſque ad regē ſequere.

II. 4. Reg. 1.

Tum Elias delectatus viri ciuilitate & modestis moribus, descendit ac secutus est. Perductus deinde ad regem, afflatus numine: Hæc, inquit, dicit Dominus: Quia me pro Deo non habuisti, quem de morbo tuo veri nihil prædicere posse putasti, & ad eum qui Accaronitis colitur de valetudine consulendum mittere maluisti, scito te moriturum. Nec multum exinde tempus elapsum, dum ita vt Elias prædixit decedens, quod liberis careret, Ioramo fratri succedenti locum fecit, homini patrem cùm aliis vitiis, tum maximè impietate referenti. Omisso enim sui Dei cultu, totum se externis religionib. dedidit, vir alioqui nō ignauus, & ad res gerēdas satis industrius. Hoc regnante Elias ex hominib. exēptus est, nec in hodiernū vsque mortaliū quisquā scire potuit quisnā fuerit eius exitus. Discipulum reliquit Elisæum, sicut iam antè diximus. De hoc Elia, & Enocho qui fuit antè vniuersale diluuium, in sacris libris legimus quidem exemptos esse è consuetudine mortalium, mortuos tamen esse nemini vnquam fuit cognitum. Cæterùm Ioramus accepto post fratrem regno, Moabitarum regi Misæ bellum inferre statuit, tributum nolenti reddere, quod Achabo patri antea solucbat, intonsarum pecudum annua ducenta millia. Ergo postquam domi parauit exercitum, Iosaphatum quoque per nuncios solicitauit, vt quandoquidem amicus esset paternus, auxilia mitteret parantibus bellum contra Moabitas, qui tum recens à suo regno defecerant. At ille non se solùm vēturum auxilio promisit, sed Idumæorum etiam regem, sibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturum. Ioramus vbi renunciatum est ei de talibus auxiliis, venit Hierosoma, & splendidè ab eius loci rege exceptus, cùm de communi sententia visum esset per Idumeæ deserta, qua minimè hostis expectaret, iter facere, cum aliis duobus regibus Hierosolymis profectus est, videlicet cum hospite, & cum rege Idumæorum. & circuitu facto, die septima ducibus itineris aberrantibus, in tantā iumenta & milites aquarum penuriam inciderunt, vt omnibus tantum non desperantibus Ioramus doloris impatiens exclamaret ad Deū quānā sua culpa tres reges sine prælio in Moabitarum regis manus traderet? Iosaphatus contrà, vt virum pium decebat, consolabatur eum: iussitque perquiri, num quis in exercitu propheta adesset, per quem quid faciendum Deus posset consuli. & indicante quodam famulo, vidisse se ibi Eliæ discipulum Elisæum Saphati filium, suasu Iosaphati tres reges ad illum vadunt: quúmque ad illius tabernaculum venissent, quod fortè extra castra fixerat, rogabant quid futurum esset de exercitu, præcipuè Ioramus. At ille iussit vt absisteret, nec molestus esse pergeret, sed potius patris ac matris prophetas consuleret, illos enim esse veridicos: rex precibus vrgebat, vt responsum daret, & periclitantes seruaret. At ille iurauit se ei non fuisse responsurum, nisi hoc faceret in gratiam Iosaphati viri probi & pij

III. 4. Reg. 3.

A ἀποδεξάμενος ὁ τ δεξιότητα τ λόγων & τὸ ἀστεῖον τῶ ἤθους ὁ ἠλίας, καταβας ἠκολούθησεν αὐτῶ. ὁ δ Ἰωράμου ὁ τοῦ βασιλέα, προεφήτευσεν αὐτῶ κ τ θεὸν ἐδήλω λέγω. ἐπειδὴ κατέγνως αὐτὸ ὡς οὐκ ὄντος θεοῦ, κ τοῦ τ νόσον οὐδὲν ἀληθὲς προφητεῖν δυναμένου, φῶς ὁ τ ἀκκαρωνιτῶν ἔπεμψας παρ αὐτὸν πυθανόμενος ποδαπὸν ἔσεσθαι τὸ τέλος τ νόσου, γίνωσκε ὅτι τεθνήξη. & ὁ μὲν, ὀλίγου σφόδρα χρόνου διελθόντος, καθὼς προεῖπεν ἠλίας ἀπέθανε. διαδέχεται δ' αὐτὸ τ βασιλείαν,

B ὁ ἀδελφὸς Ἰώραμος, ἅπαις γὰρ κατέστρεψε τὸν βίον. ὁ δ Ἰώραμος ἔζη, τῷ πατρὶ τ πονηρίαν ζηλώσαμενος, κ ἀσέβειαν πρὸς τὸν θεόν. παρεὶς γὰρ τὸν τοῦτον θρησκεύειν, τοῖς ξενικοὺς ἐσέβετο. ἦν δ τἄλλα δραστήριος. κατ ἐκεῖνον δ τ καιρὸν, ἠλίας ὑπ ἀνθρώπων ἠφανίσθη. κ ὑδρὶς ἔγνω μέχρις τ σήμερον αὐτοῦ τ τελευτῶ. μαθητὴν δ' ἐλισσαῖον καταλειπεν, ὡς & πρότερον ἐδηλώσαμεν. πρὸς μὲν τοι γε ἠλία κ ἐνώχλει τὰ ἡδομένα

C πρὸς τ ἐπιμέλειας, ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγεγραπται βίβλοις, ὅτι γεγόνασιν ἀφανεῖς. θάνατον δ' αὐτῶν, οὐδεὶς οἶδεν. ὑπολαβὼν δ τ βασιλείαν Ἰώραμος, ὅτι τ Μωαβιτῶν ἔγνω στρατεύειν βασιλέα, μισαὴλ ὄνομα, φόρους τελοῦντα ἀχάβῳ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, μυριάδας εἴκοσι προβάτων συὶ τοῖς πώλοις. συναθροίσας οὖν οἰκείαν δύναμιν, ἔπεμψε κ πρὸς Ἰωσαφάτην, παρακαλῶν αὐτὸν, ἐπεὶ φίλος ἀπ' ἀρχῆς ὑπῆρχεν αὐτῶ τῷ πατρὶ,

D συμμαχῆσαι πόλεμον ὅτι τοῖς μωαβίτας ἐκφέρειν μέλλοντι, ὅπως αἱ τὰς αὐτοῦ τ βασιλείας. ὁ δ' ἡμίσειαν αὐτὸς βοηθήσῃ ὑποσχέθη, ἀλλὰ κ τὸν Ἰδουμαίων τὸν βασιλέα συναγωνίσῃ ὄντα ὑφ' ἑαυτὸν στρατεύσαι. Ἰώραμος δ' ἥδετο τοῖς αὐτοῖς τῷ παρὰ τὸ Ἰωσαφάτου πρὸς τ συμμαχίας κομισθέντων αἰ παρὰ Ἰωβὰν τινὲς αὐτῶ στρατιαὶ ἦκεν εἰς Ἱεροσόλυμα, κ ξενισθεὶς λαμπρῶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῆς Ἱεροσολυμιτῶν, δίζαν αὐτοῖς δῷη τ ἐπὶ

E μου τῆς Ἰδουμαίας ποιήσασθαι τινὰ ἐφοδοιπορίαν ὅπῃ τοὺς πολεμίους, ἡ γὰρ πρόσοδος αὐτοὺς ταύτῃ ποιήσασθαι τ ἔφοδον, ὥρμησαν οἱ τρεῖς βασιλεῖς ἐκ τῆς Ἱεροσολύμων. ὁ τε τούτων αὐτῶν, κ ὁ τῆς σαμαρείας κ ὁ τῆς Ἰδουμαίας. κ κυκλώσαντες ἑπτὰ ἡμερῶν ὁδὸν, εἰς ἀποριαν ὕδατος τοῖς τε κτήνεσι & τῇ στρατιᾷ ἐνέπεσον, πλανηθέντων τὰς ὁδοὺς αὐτοῖς τῶν ἡγουμένων, ὡς ἀγωνιᾶν μὲν ἅπαντας, μάλιστα δ' τὸν Ἰώραμον, κ

F οὗτος λύπης ἐνέβαλε πρὸς τὸν θεὸν, τί κακὸν ἁπασάμενος ἀγάθοι τοὺς τρεῖς βασιλέας ἀμαχητὶ παραδώσοντας αὐτοὺς τῷ μωαβιτῶν βασιλεῖ. παρεθάρσυνε δ' αὐτὸν Ἰωσαφάτης δίκαιος ὤν, κ πέμψαντα εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευσε γνῶναι εἴτις αὐτοῖς τῶ θεοῦ προφήτης συνελήλυθεν, ἵνα δι' αὐτοῦ μάθωμεν παρὰ τοῦ θεοῦ, τί ποιητέον ἡμῖν ἐστιν. οἰκέτου δέ τινος τῶν Ἰωράμου φήσαντος ἰδεῖν αὐτόθι τὸν ἠλίαν μαθητὴν Ἐλισσαῖον σαφάτου παῖδα, πρὸς αὐτὸν ἀπίασιν οἱ

G τρεῖς βασιλεῖς, Ἰωσαφάτου παραινέσαντος. ἐλθόντες δ' ὅπῃ τῶν σκηνῶν τοῦ προφήτου, ἔτυχε δ' ἔξω τῆς παρεμβολῆς κατεσκηνωκώς, ἐπηρώτων τὸ μέλλον ὅπῃ τῆς στρατιᾶς. μάλιστα δ' ὁ Ἰώραμος. τοῦ δ, μὴ διοχλεῖν αὐτῷ φήσαντος, ἀλλὰ πρὸς τοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, κ τῆς μητρὸς βαδίζειν προφήτας, εἰ γὰρ ἐκείνους ἀληθεῖς, ἐδεῖτο προφητεύειν καὶ σώ-

ζειν αὐτούς. ὁ δ' ὀμώσας τ θεὸν οὐκ ἂν ἀποκριθῆναι αὐτῷ, εἰ μὴ δι' Ἰωσαφάτην ὅσιον ὄντα καὶ δίκαιον.

ἀχθέν-

ἀπήγαγε εἰς βαβυλῶνα, ἐν δὲ τούτοις καὶ ὁ προφήτης
ἰεζεκίηλος παῖς ὤν. καὶ τέλος μὲν τοιοῦτον ἰωάκιμον τὸν
βασιλέα κατέσχε, βιώσαντα μὲν ἔτη ἓξ καὶ τεσσαράκοντα,
βασιλεύσαντα δὲ τέτταρα ἐνδέκα. ὁ δὲ διαδεξάμενος αὐ-
τοῦ τ̃ βασιλείαν ἰωάχιμος, ὃν μητρὸς μὲν νοσῆς ὄνο-
μα, πολίτιδος δὲ, ἐβασίλευσεν μησὶν ἕξ ἡμέρας
δέκα. F

Κεφάλαιον θ'.

Ὅτι μαζανάθης, ἐγκρατὴς τοῦ ἰωαχίμου θεὶς δόντος
ἑαυτὸν γίνεται.

Τὸν δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλέα, δόντα τοῦ βασι-
λείαν ἰωαχίμῳ, ὧδε χρῆμα ἔλαβε δέος. ἔ-
δεισε γὰρ μὴ μνησικακήσας αὐτ̃ τῆς τοῦ πατρὸς ἀναι-
ρέσεως, ἀποστήσῃ τοῦ χώραν αὐτ̃. πέμψας τοιγαροῦν G
δύναμιν πολιορκεῖ τὸν ἰωάχιμον ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις.
ὁ δὲ φύσει χρηστὸς ὢν καὶ δίκαιος, ὡς ἠξίου τοῦ πό-
λιν κινδυνεύουσαν δι' αὐτὸν ὁρῶν. ἀλλὰ ἀπαρα-
τοῦ μητέρα ☪ τοὺς συγγενεῖς, ὧδε διδοῖ τοῖς

atque hoc pacto lenitis animis diuersa sententium effecerunt vt reuocatis suffragiis propheta eximeretur supplicio: qui conscriptis omnibus suis prophetiis, ieiunanti populo & in templum congregato, nono mense quinti anni regni Ioacimi legit eum librum, continentem quid templo & vrbi eiúsque populo deberet accidere. His auditis principes ei librum adimunt, simúlque iubent tam ipsum quàm eius scribam Baruchum è medio secedere, vt omnes lateat vbi sint: librum verò ad regem pertulerunt. qui præsentibus amicis iussit scribam librum sumere & legere. quo lecto iratus conscidit eum, & iniectum in ignem exussit: iussítque Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturos supplicium. sed illi iam se iræ eius subduxerant.

CAP. VIII.

Nabuchodonosorus Ioacimum rursum Ægyptiorum rebus studentem interfecit, & Ioachimum eius filium pro eo regem constituit.

NOn multo pòst venientem cum exercitu Babylonium regem excipit in vibe, territus prophetæ prædictionibus. quòd enim ab eo sibi non timeret, neque excluſit, nec ad bellum se parauit. At ille receptus non seruauit fidem, sed florem iuuentutis Hierosolymitanæ vnà cum ipso rege interfecit: quem etiam insepultum extra mœnia iussit proiici: & pro eo Ioachimum filium regem vrbis & regionis constituit. eorum verò qui in aliqua dignitate fuerant, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Hiezeciel. Hic finis fuit Ioacimi regis, qui vixit annos triginta sex, regnauit vndecim. Successor autem eius Ioachimus, natus matre Hierosolymitana nomine Nosta, regnauit menses tres, dies decem.

CAP. IX.

Babylonius mutata sententia Ioachimum obsidet, deditúmque vltro captiuum Babyloniam abducit.

BAbylonium autem regem statim dediſſe Regnum Ioachimo pœnituit. Verebatur enim ne memor patris per iniuriam occiſi, regionem ad defectionem perpelleret. Missò igitur exercitu Hierosolymiseum obsedit. qui cùm esset natura bonus & iustus, non sustinuit periclitantem propter se vrbem despicere: sed matrem & cognatos missis à rege ducibus tradidit obsides, icto in hoc cum eis fœdere, quòd nec vrbi mali aliquid inferrent, nec ciuibus. Sed tum quoque ne per integrum quidem annum fides seruata est, Babylonio rege violante eam, & mandante per literas suis ducibus, vt omnem iuuentutem captiuam ex vrbe abducerent, IX. 4. Reg. 25.

πεμφθεῖσιν ὑπὸ τοῦ βαβυλωνίου στρατηγοῖς ὅρκους παρ' αὐτ̃ λαβὼν ὑπὲρ τ̃ μηδὲν μητ' αὐτοὺς παθεῖν
μήτε τοῦ πόλιν, οἷς αὐτὸς ὀμόσειεν τὴν πίστιν ἐμεινεν. ὁ γὰρ ἐφύλαξεν αὐτοῦ βαβυλωνίων βασιλεὺς, ἀλλὰ
τοῖς στρατηγοῖς ἐπέστειλεν ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ πόλει λαβόντας αἰχμαλώτους νέους τοῦ ἡλικίαν;

& quicquid ineſſet artificum, & vinctos ad ſe adducerent. fuerunt́que hi omnes decem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Ioachimus cum amicis ac matre, qui à rege in cuſtodia ſunt habiti.

A

CAP. X.

Sedecias Hieroſolymorum rex à Babylonio conſtituitur.

B

PRo Ioachimo autem Sedeciam eius patruum regem conſtituit, iureiurando aſtrictum quòd nihil in ea regione eſſet nouaturus, nec iuuaturus Ægyptios. is erat annorum viginti & vnius cùm principatum acciperet, natus eadem matre qua fratre Ioachimus, ſed iuſti ac decori negligens, vt qui æquales quoque circa ſe haberet impios. quin & totus populus in eandem ſolutus eſt licentiam. Quamobrem ſæpenumero Hieremias propheta illum adiit, obteſtans vt omiſſis impietatibus iuſtitiæ cu- C ram gereret: néve aut ducibus mentem adhiberet, quòd eſſent mali plerique, aut falſis prophetis crederet, eum decipientibus, & pollicentibus non oppugnaturum amplius vrbem Babylonium vincendumque bello petitum ab Ægyptiis. hæc enim non verè dici, nec euentura eſſe vnquam. Sedecias verò tantiſper dum audiebat prophetam agnoſcebat eum vera dicere, & in rem ſuam eſſe ſi illi fidem adhibeat: ſed per amicos rurſum deprauabatur, & abduD cebatur à prophetæ conſiliis in diuerſum quocunque vellent. Sed & apud Babylonem Iezeciel eodem tempore vaſtationem templi prædicebat, eámque prædictionem etiam Hieroſolyma tranſmiſit. quibus vaticiniis Sedecias hac potiſſimùm de cauſa noluit credere. In cæteris enim omnibus inter ſe concinebant, quòd & vrbs vi capietur, & Sedecias ipſe captiuus abducetur. in hoc verò diſcrepare videbatur Iezeciel, quòd negaret Sedeciam viſuE rum Babylonem, cùm Hieremias aſſeueraret, omnino futurum vt captiuum cum Babylonius rex ſecum abduceret. quare cùm hic diuerſa dicere eos videret, ne illa quidem vera putabat in quibus conſentirent: etiamſi euentus omnia vera fuiſſe comprobauit, ſicut aliàs opportuniùs dicetur. Igitur cùm per octo annos ſocius Babyloniorum fuiſſet, violato fœdere ad Ægyptios defecit, ſperans ſi cum illis vires cõiungeret, Babylonium neceſſario ſucF cumbere. Quo cognito Babylonius exercitum contra eum duxit: vaſtatáque regione, & occupatis arcibus ad ipſa Hieroſolyma oppugnanda acceſſit. Ægyptius autem audito in quibus anguſtiis eſſet Sedecias ſocius, aſſumpto valido exercitu Iudæam petiit, volens obſidionem ſoluere. At Babylonius intermiſſa obſidione, obuiam illi profectus, vno prælio victum tota Syria expulit. Mox verò vt obſiG dio ſoluta eſt, pſeudoprophetæ Sedeciam deceperunt, vanum iactantes quòd à Babyloniis regi eiúſque ſubditis inſtaret belli periculum,

καὶ τεχνίτας, δεδεμένους ἄγειν πρὸς αὐτόν. ἦσαν δὲ ἅπαντες, εἰς μυρίους ὀκτακοσίους τριακοντα δύο. καὶ τὸν ἰωάχιμον μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν φίλων. τούτους κομισθέντας πρὸς αὐτὸν εἶχεν ἐν φυλακῇ.

Κεφάλαιον ι'.

Ὅπως ὁ βαβυλώνιος σεδεκίαν τὸν ἱεροσολυμιτῶν βασιλέα κατέστησεν.

Τὸν δὲ θεῖον τοῦ ἰωαχίμου σεδεκίαν, ἀπέδειξε βασιλέα, ὅρκους παρ' αὐτοῦ λαβὼν ἢ μὲν φυλάξειν αὐτῷ τὴν χώραν καὶ μηδὲν νεωτερίσειν, μὴ δὲ τοῖς αἰγυπτίοις δυνήσειν. σεδεκίας δὲ ἦν ἐτῶν εἴκοσι καὶ ἑνός, ὅτε τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν, ὁμομήτριος μὲν ἰωακίμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, τῆς δὲ δικαίων καὶ τοῦ θεοῦ ἐπρόπτης. καὶ γὰρ οἱ καθ' τὴν ἡλικίαν ὄντας ἀσεβεῖς περὶ αὐτὸν, καὶ ὁ πᾶς ὄχλος ἐπ' ἐξουσίας ἤβελε. διὸ καὶ ὁ θεοφόπτης ἱερεμίας πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν πολλάκις ἐδεήθη αὐτοῦ κελεύων, τὰς μὲν ἄλλας ἀσεβείας, καὶ παρανομίας καταλείπειν, θεραπεύειν δὲ τὸν δίκαιον, καὶ μήτε τοῖς ἡγεμόσιν, εἰ δὲ ἐν αὐτοῖς πονηροί, θεραπεύειν, μηδὲ τοῖς ψευδοπροφήταις ἀπατῶσιν αὐτὸν πεποιθέναι, ὡς οὐκέτι πολεμήσει τὴν πόλιν ὁ βαβυλώνιος, καὶ ὡς αἰγύπτιοι στρατεύσουσιν ἐπ' αὐτὸν καὶ νικήσουσι. ταῦτα γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγειν, οὐδ' οὕτως ὀφείλοντα ψεύδεσθαι. ὁ δὲ σεδεκίας, ἐφ' ὅσον μὲν ἤκουε τοῦ θεοφόπτου ταῦτα λέγοντος, ἐπείθετο αὐτῷ καὶ σωτήρια πᾶσιν ὡς ἀληθεύουσι, καὶ συμφέρειν αὐτῷ πεποιθέναι. διεφθείρετο δὲ πάλιν αὐτὸν οἱ φίλοι καὶ δῆμον ἀπὸ τοῦ θεοφόπτου πρὸς ἅπερ ἤθελον. θεοφόπτευσε δὲ καὶ ἰεζεκίηλος ἐν βαβυλῶνι, τὰς μελλούσας τῇ πόλει συμφορὰς, καὶ ἀκούσας ταῦτα ἔπεμψεν εἰς ἱεροσόλυμα. ταῖς δὲ θεοφητείαις αὐτῷ σεδεκίας ἠπίστησεν, ἐκ τοιαύτης αἰτίας. τὰ μὲν ἄλλα πάντα συμφωνοῦντα τοῖς θεοφόπταις ἀλλήλοις εἰπεῖν σωτήρια, ὡς τε ἡ πόλις ἁλώσεται καὶ σεδεκίας αὐτὸς αἰχμάλωτος ἔσται. διεφώνησε δὲ ἰεζεκίηλος εἰπὼν, ἐκ ὄψεσθαι βαβυλῶνα τὸν σεδεκίαν, τῷ ἱερεμίᾳ φάσκοντος αὐτῷ ὅτι δεδεμένον αὐτὸν ὁ βαβυλώνιος ἀπάξει βασιλέα. καὶ διὰ τὸ, μὴ ταυτὸν αὐτοὺς ἑκατέρους λέγειν, καὶ θεὶ ὧν συμφωνεῖν ἐδόκουν, ὡς διὰ ἐκεῖνα ἀληθῆ λέγουσι γνοῖς, καὶ τὰ πάντα αὐτῷ καὶ τὰς θεοφητείας ἀπιστῆσε, ἅπερ δικαιότερον δηλώσομεν. τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν πρὸς τοὺς βαβυλωνίους δὴ ἔτη ὀκτὼ καταλυών, διέλυσε τὰς πρὸς αὐτοὺς πίστεις, καὶ τοῖς αἰγυπτίοις προσιδὼν καταλύσειν τοὺς βαβυλωνίους ἐλπίσας, ἃ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὴν χώραν κακώσας αὐτοῦ, καὶ τὰ φρούρια λαβὼν, ἐπ' αὐτὴν ἦκε καὶ τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν πολιορκήσων αὐτίκα. ὁ δὲ αἰγύπτιος ἀκούσας ἐν οἷς ὄντι ὁ σύμμαχος αὐτοῦ σεδεκίας, ἀναλαβὼν πολλὴν δύναμιν, ἦκεν εἰς τὴν ἰουδαίαν ὡς λύσων τὴν πολιορκίαν. ὁ δὲ βαβυλώνιος ἀφίσταται τῆς ἱεροσολύμων, ἀπαντήσας δὲ τοῖς αἰγυπτίοις, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς τῇ μάχῃ νικᾷ, καὶ τρεψάμενος αὐτοὺς, εἰς φυγὴν ἐξ ὅλης διώκει τῆς συείας. ὡς δὲ ἀνεχώρησεν ὁ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς ἀπὸ τῶν ἱεροσολύμων, ἐξεπάτησαν οἱ ψευδοπροφῆται τὸν σεδεκίαν λέγοντες, οὔτε τὸν βαβυλώνιον αὐτὸν ἐπὶ πολεμήσειν καὶ τοῖς ὁμοφύλοις,

ἐπὶ

ὅτε ἀναςήσειν ἐκ τ οἰκείας εἰς τλὺ βαβυλῶνα. μ̃ A
πάντων ἧ ἥξειν ζὺς αἰχμαλώζους τ̃ τ̃ ναὸ σκευῶν,
ὧν ἐσύλησεν ὁ βασιλεὺς ἐκ τ̃ νεώ. τὰ ἐναντία ἧ τού-
των ἡ ἀληθ̃ παρελθὼν ὁ ἱερεμίας ψεφφήτευσεν,
ὡς ὑπ̃σι μὴ κακῶς καὶ ἐξαπατ̃σι τὸν βασιλέα.
ψ̃δε ἧ τ̃ αἰγυπ̃ίων ὠδὲν ὄφελος, ἀλλὰ
νικήσας αὐτοὺς ὁ βαβυλώνιος, ὑπ̃ςρατεύειν εἰς τὰ ἱε-
ροσόλυμα μέλλει. καὶ πολιορκήσει τε ἡ τ̃ λιμ̃
διαφθαρεῖ τ̀ δ̃μον, ἡ ζοὺς ψ̃δαλειφθέντας αἰχ- B
μαλώτους ἕξει, ἡ τὰς ὁσίας διαρπάσει, ἡ τὸν ἐν τ̃
ναὸ πλοῦτον ἐκφορήσας ἐπὶ Ͼ αὐτὸν ἐμπρήσει, ἡ
καθαιρήσει τλὺ πόλιν. καὶ δουλώσομ̃ αὐτῷ ἡ
ζοῖς ἐκγόνοις αὐτ̃ ὅπ̀ ἔτη ἑβδομήκονζα. παύσουσι
δ̀ ἡμᾶς τότε τ̃ς ἐπ᾽ αὐτοῖς δουλείας πέρσαι τε καὶ
μ̃δοι, καταλύσαντες βαβυλωνίους. ἀφ᾽ ὧν εἰς τήν-
δε ἀπολυθέντες οἰκοδομήσομ̃ τὸν ναὸν πάλιν, Ͼ τὰ
ἱεροσόλυμα καθαιρήσομ̃. ταῦτα λέγων ὁ ἱερε-
μίας ὑπὸ μὴ τ̃ πλειόνων ὑπ̃σβύετο. οἱ ἧ ἡγεμό- C
νες ἡ οἱ ἀσεβεῖς, ὡς ἐξεςηκότα τ̃ φρενῶν αὐτὸν
ὕπως ἐξεφαύλιζον. δόξαν ἧ αὐτῷ που εἰς τὴν παρ̃-
δα ψ̃δαφ̃έσθαι λεγομ̃ίω ἀναθῶ, ςασίους ἧ ἀ-
πέχουσαν ἱεροσολύμων εἴκοσι, σωτυχὼν κ̃ τὴν ὁδὸν
τ̃ ἀρχόντων τὶς, συλλαβὼν κατέχε, συκοφαντ̃ ὡς
ψεὸς ζοὺς βαβυλωνίους αὐτομολοῦντα. ὁ ἧ ψευδ̃ μ̃
ἐκεῖνον ἔλεγ̃ ἀτίαν ὑπιφέρειν αὐτῷ, βαδίζειν δ᾽ αὐ-
τὸν ἔφασκεν εἰς τλὺ πατρίδα. ὁ δ᾽ ὐ πειθεὶς, ἀλλὰ D
συλλαβὼν αὐτὸν, ἤγαγ̃ εἰς δίκ̃ ψεὸς τοὺς ἄρχον-
τας, ὑφ᾽ ὧν πᾶσαν αἰκίαν ἡ βασάνους ὑπομείνας, ἐφυ-
λάττετο ψεὸς τιμωρίαν. ἡ χρόνον μὲν τινα δι᾽ ἧ̃, ὕπως ἀδίκως πάσχων τὰ ψεσηκόντα ἔτ̃ δ᾽ ἐπάτ̃
τ̃ς σεδεκίου βασιλείας, Ͼ ἡμέρᾳ δεκάτῃ τ̃ δεκάτου
μ̃νὸς, ςρατεύει τὸ δεύτερον ὁ τ̃ βαβυλωνίων βασι-
λεὺς ὅλῃ τὰ ἱεροσόλυμα, Ͼ ψεσκαθήσας αὐτῇ μ̃σὶν
ὀκτωκαίδεκα, μετὰ πάσης πολιορκεῖ φιλοτιμίας. E
συνεπέθετο δ᾽ εἰς ζαυτὸ πολιορκουμ̃ίοις τοῖς ἱερο-
σολύμοις, δύο τὰ μέγιςα τ̃ παθῶν, λιμὸς Ͼ φθο-
ρὰ λοιμικὴ, ἐνσκηψάντων σφοδρῶς. ἐν ἧ τῇ εἱρκτῇ
τυγχάνων ὁ ψεφήτης ἱερεμίας ἐκ ἡσύχαζεν, ἀλλ᾽
ἐπεκέρᾳει, ἡ σπ̃ύασε παραμ̃ῶν τ̃ πλήθ̃ δέξαδαι
τὸν βαβυλώνιον ἀνοίξαντας τὰς πύλας. σωθήσεσθαι γὰρ
αὐτοὺς πανοικὶ τοῦτο ψοήξαντας, εἰ ἧ μὴ δι̃φθαρήσε-
σθαι. ψοὔλεγε δ᾽ ὡς εἰ μ̃ ὑπομ̃ίει τὶς ἐν τῇ πό- F
λει πάντως ἀπολεῖται θατέρωσε λιμ̃ δαπανηθεὶς,
ἢ σιδήρῳ τ̃ τ̃ πολεμίων. εἰ ἧ φύγει ψεὸς ζοὺς πο-
λεμίους, δι̃αδράσεται τὸν θάνατον. ὡδὲ ἐν αὐτοῖς ἧ ὄν-
τες τοῖς δεινοῖς ὑπ̃συον οἱ ζαῦτ᾽ ἀκούοντες τ̃ ἡγεμό-
νων, ἀλλὰ μετ᾽ ὀργ̃ς ἀπ̃γελλον ἐλθόντες ψεὸς τ̀
βασιλέα, ἡ κατηγορ̃ώντες, ἡ ἠπ̃ώντο τὸν ψεφήτ̃
ὡς μεμ̃ιρόζα, Ͼ τὰς ψυχὰς αὐτ̃ ψεοκατακλ̃ώντα,
ἡ ταῖς τ̃ χειρῶν καταγελίαις ψεθυμον ἐκλύον- G
τα τὸ πλήθος. ἕτοιμον γὰρ εἶ αὐτὸ ὑπ᾽ αὐτ̃ ἡ τ̀ πα-
τρίδος. ὁ ἧ ἀπειλεῖ ψεὸς τοὺς πολεμίους φεύγων, ἁ-
λώσεσθαι λέγων τλὺ πόλιν, ἡ πάντως ἀπολεῖσθαι. ὁ
ἧ βασιλεὺς αὐτὸς μ̃ ὑπὸ χρηςότητος ἡ δικαιοσύνης, ὠδὲν ἰδί̃ παρεξιών, ἵνα ἧ μὴ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπει-
χθάνῃ) ψ̃δε ζοῦτον καιρὸν ἀντιψοάττων τ̃ ψεαιρέσει, τὸν ψεφήτ̃ ἐφ̃κεν αὐτοῖς ποιεῖν ὅτι αἱ̃θέ-
λωσιν. οἱ ἧ τοῦτο ἐφέντος αὐτοῖς τ̃ βασιλέως, δύθις εἰς τ̀ εἱρκτλὺ εἰσελθόντες, ἡ ψ̃δαλαβόντες αὐτὸν, εἰς
πνα λάκκον βορβόρᾳ πλήρη καθιμήσαντο, ὅπως ἰδί̃ θανάτῳ πνιγεὶς ἀποθάνῃ. ὁ ἧ ψεὸ τ̃ αὐχένος ὑπὸ
τ̃ πλήθους ψειρεθεὶς, ἐν ζούτοις λ̃ῶ. τ̃ δ᾽ οἰκετ̃ τὶς τ̃ βασιλέως, ἐν τιμ̃ῇ τυγχάνων, ἀθίοφ τὸ ἦθος,

quòd vetransferendi essent è suis sedibus in Babyloniam. imò etiam captiuos redituros esse cum omnibus vasis, quibus rex templum spoliauerat. At Hieremias aduersus regem omnia vera & his contraria prænuntiat, dicens eos regem decipere, nihilque commodi sperandum ab Ægyptiis. sed victis illis Babylonium copias ad Hierosolyma reducturum, & quotquot oppugnationi ac fami superfuerint, captiuos abducturum: direptisq; omnium facultatibus, & exhaustis templi diuitiis, in vrbem simul & templum ferro ac flammis sæuiturũ, nullo sacri aut profani discrimine. Et seruiemus, inquit, ei posterisque eius per annos LXX. à qua seruitute Persæ & Medi nos eripient, extincto Babyloniorum imperio. quorũ ope dimissi, & huc reuersi templum ædificabimus denuò, & Hierosolyma restituemus. Hæc dicens Hieremias plerisque persuadebat: principes verò & impij velut furiosum contemnebant. Cúmq; aliquãdo libuisset ei natale solũ Anathoth reuisere, quòd à Hierosolymis XX. stadiis est dissitum, quidam è magistratibus in itinere fortè obuius cõprehensum detinuit, calumnians quòd ad Babylonios vellet transfugere. propheta contrà negauit eum verum crimen afferre, sed ire se in patriam. at ille nihil eius verbis motus, duxit eum ad magistratus in iudicium, à quibus diu tortus & excruciatus seruabatur ad supplicium, & aliquanto tempore coactus est viuere in his afflictionibus. Anno autem nono regni Sedeciæ, decima die mensis decimi, Babylonius rex iterum exercitum admouit Hierosolymis: & cõtinuata per XVIII. menses obsidione, modis omnibus expugnare vrbem conatus est. præter externam autem oppugnationẽ duobus grauibus malis intus impugnabatur ciuitas, fame simul & pestilentia vehementer grassantibus. Interim Hieremias in carcere non quiescebat, sed clamabat ad multitudinem, apertis portis recipiendum Babylonium: nam hoc facto seruãdos esse vnà cum totis familiis, alioquin sine remedio perituros. addebat manentibus in vrbe hostili ferro aut fame pereundũ. qui verò ad hostẽ perfugerint, mortem euasuros. At principes ne malis quidem pressi audire volebant, sed irati ad regem omnia deferebant, incusabántq; prophetam vt furentem, & frangentem sibi animos, & obnunciandis calamitatibus omnem populi promptitudinem & alacritatem enerũantem. illos enim paratos pugnare pro patria, hunc verò minari tristia, & dicere expugnatam vrbem omnino subuertendã esse. Rex verò suopte quidem ingenio nõ exacerbabatur: sed ne in principum inuidiam tali tempore incurreret volũtati eorum resistens, permisit eis vt de propheta quicquid liberet facerent: quo impetrato cõfestim carcerem petentes, exemptum inde in quẽdam cœnosum puteum per funem demiserunt, vt ibi præfocatus moreretur. ille verò vlque collum mersus ibi manebat. interim quidã è seruis regis charioribus, genere Æthiops,

renunciat domino quid prophetæ acciderit, dicens non rectè principes statuisse & amicos, quòd vatem in cœnum demerserint, & grauiorem quàm quæ in vinculis erat expectanda, mortem homini excogitauerint. His auditis rex pœnitentia prioris consilij, quòd principibus prophetam in potestatem tradiderat, iubet Æthiopem triginta socios è suo famulitio sibi assumere, funémque capere, & quicquid ad viri incolumitatem opus sit, & quantum potest propere è puteo Hieremiam extrahere. tum Æthiops assumptis quemadmodum iussus erat sociis, extractum è cœno permisit abire liberum. Accitus deinde clàm ad regem, interrogatus est ecquod posset diuinitus afferre ad rem præsentem remedium. ille habere se ait, sed neminem crediturum sibi, aut præceptis suis optemperaturum. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficum cupiunt me perdere. & vbi nunc sunt impostores illi qui negabant Babylonium amplius rediturum? Quamobrem vere or apud te veritatem promere, ne fortè in vitam meam sæuias. Sed cùm rex iureiurando confirmasset, nec se illum interfecturum, nec amicos id facere passurum, fretus accepta fide, consuluit vt vrbem Babyloniis dederet. ita enim se internuncio iubere Deum, si modò velit incolumis esse, & imminens periculum euadere, & cauere ne vrbs solo æquetur, templumque tradatur incendio. Ni faciat, ipsum fore omnium malorum causam tam sibi ac suæ familiæ, quàm vniuerso populo. Tum rex, se quidem cùpere facere quæ vates in rem communem consuleret: sed timere amicos qui iam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accusatus apud regem traderetur supplicio. at propheta addebat illi animum, vanum eum timorem esse dictitans. nihil enim mali passurum, si ciuitatem dederet, ac nè vxores quidem eius & liberos: mansurum etiam templum incolume. Hæc locutum Hieremiam rex dimisit: iussum nemini ciuium communicatum inter ipsos consilium prodere, ac ne principibus quidem indicare, si cognito collocutos se esse, percontarentur, cúrnam esset à rege accersitus: sed prætexendum quòd venerit rogatum, ne posthac amplius haberetur in vinculis. id quod factum est à propheta: volebant enim scire quánam de causa accessisset ad Sedeciam.

τὸ περὶ τὸν προφήτην πάθος ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ, φάσκων ἐκ ὀρθῶς ταῦτα τοῖς φίλοις καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτὸ πεποιηκέναι, καταποντίσαντας εἰς βόρβορον τὸν προφήτην, καὶ τὸ δεῖν τὸν δίκαιον θανάτου πικρότερον ἔτους ἐσόμενον ἐπινοήσαντας κατ' αὐτοῦ. ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ μετανοήσας ἐπὶ τῇ παραδόσει τὸν προφήτην τοῖς ἡγεμόσιν, ἐκέλευσε τὸν Αἰθίοπα, τριάκοντα τοὺς βασιλικῶν παραλαβόντα, καὶ χοινίκια, καὶ πᾶν ὃ τις τῷ τὸ προφήτου σωτηρίαν ἐπινοεῖ χρήσιμον, μετὰ ταχέος ἀνελκύσαι τὸν Ἱερεμίαν. ὁ δὲ Αἰθίοψ, παραλαβὼν οἷς ἐπετάγη, ἀπέστασεν ἐκ τοῦ βορβόρου τὸν προφήτην καὶ διέφηκεν ἀφύλακτον. μεταπεμψαμένου δ' αὐτὸν κρύφα τοῦ βασιλέως, καὶ τί δύναται φράζειν αὐτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τῶν παρόντων σημαίνειν ἐκέλευε· ἔχειν μὲν ἔλεγε, πίστιν δὲ ἐπὼν, ἂν δὲ παραινέσας, ἀκουσθήσεσθαι, ἀλλ' ὡς δὴ μέγα κακόν τι ἐργασάμενον, ἀπολέσαι διέγνωσαν οἱ σοὶ φίλοι φησί. καὶ ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τὸν Βαβυλώνιον ἐκ ἐφ' ἡμῖν ὅπως ἀπατεύσειν φάσκοντες καὶ ἀπατῶντες; δύλαβοῦμαι δὲ νῦν γε τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μή με κατακείνης θανάτῳ. τοῦ δὲ βασιλέως, ὅρκοις αὐτῷ δόντος, ὡς ἔτε αὐτὸς αὐτὸν αἰκιεῖται, ἔτε τοῖς ἡγεμόσιν ἐκδώσει, θαρρήσας τε τῇ λεγομένῃ πίστει, σωτηρίαν αὐτῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς Βαβυλωνίοις. ταῦτα δὲ αὐτῷ τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ προφητεύειν ἔλεγε, εἴγε βούλεται σώζεσθαι, καὶ τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον διαφυγεῖν. καὶ μήτε τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος πεσεῖν, μήτε τὸν ναὸν ἐμπρησθῆναι. αὐτὸν γὰρ τούτων παραίτιον ἔσεσθαι τῶν κακῶν τοῖς πολίταις, καὶ αὐτῷ πανοικὶ τὰ συμφορᾶς. ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας, βέλεσθαι μὲν αὐτὸν ἔφη, ποιεῖν ἃ παραινεῖ καὶ λέγει σωσίσειν αὐτῷ γινόμενα. δεδιέναι δὲ τοὺς αὐτομολήσαντας τῶν φίλων πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους, μὴ διαβληθεὶς ὑπ' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ κολασθῇ. παρεθάρσυνε δ' αὐτὸν ὁ προφήτης, καὶ μάτην ὑπονοεῖν τὴν τιμωρίαν ἔλεγε. βέλτιστος γὰρ κακὸν πειρασθήσεσθαι, πάντα δόντα τοῖς Βαβυλωνίοις, ἔτ' αὐτὸν ἔτε τὰ τέκνα, ἔτε τὰς γυναῖκας· ὠφελεῖν δὲ καὶ τὸν ναὸν ἁπασθῆ. καὶ τὸν μὲν Ἱερεμίαν ταῦτ' εἰπόντα, ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε, προσέταξε δ' αὐτῷ, μηδενὶ τῶν πολιτῶν τὰ δόξαντα αὐτοῖς ξενεγκεῖν, ἀλλὰ μὴ δῆτοις ἡγεμόσιν, εἰ μαθόντες αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ μεταπεμπτὸν γεγονέναι πιθανόν τι κληθεὶς εἴπει πρὸς αὐτὸν φράζειν τι τούτων· ἀλλὰ σκήπτεσθαι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι δεηθείη, μὴ ἐν δεσμῷ τυγχάνῃ καὶ φυλακῇ. καὶ δὴ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν. ἐπιθανόντος δὲ ἐλθόντες πρὸς τὸν προφήτην, τί περὶ αὐτῷ ἀφίκοιτο πρὸς τὸν βασιλέα σκήπτεσθαι. ταῦτα μὲν ὕστερος ἐλέχθη.

Cap. XI.

Captis Hierosolymis Nabuchodonosorus populum traducit in Babyloniam.

INterea Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hierosolymis, exstructis aggeribus, & erectis turribus, è quib⁹ arcebat propugnatores stantes in mœnibus. multos enim aggeres circumquaq. excitauerat, vrbis muro altitudine pares. Nec seguiter interim defendebatur vrbs, ciuibus nec fami nec pesti succúbentibus,

Κεφάλαιον ιά.

Ἱεροσόλυμων ἅλωσις, καὶ ὡς ὁ ναβουχοδονόσορος τὸν δῆμον μετῴκισεν εἰς βαβυλῶνα.

ΤΗς δὲ πολιορκίας τῶν ἱεροσολύμων ὁ βαβυλώνιος ἐντεταμένως σφόδρα καὶ προθύμως εἶχετο, πύργους τε μεγάλων οἰκοδομήσας χωμάτων, ἀφ' αὐτῶν ἀνεῖρε τοῖς τείχεσιν ἐφεστῶτας, καὶ πολλὰ περὶ τὸν κύκλον ὅλον ἤγειρε χώματα, τοῖς τείχεσι τὸ ὕψος ἴσα. καρτερῶς δὲ καὶ προθύμως ἔφερεν οἱ ἐντὸς τὴν πολιορκίαν. ἔκαμνον γὰρ ὅτε πρὸς τὸν λιμὸν, ὅτε πρὸς τὴν νόσον τὴν λοιμικὴν.

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ παρ' ἔνδον τὸ τούτων ἐλαυνόμενοι τῷ πα- A
θῶν, τὰς ψυχὰς ἐῤῥωντο πρὸς τὸν πόλεμον, μήτε πρὸς
τὰς ἐπινοίας τῶν ἐχθρῶν καὶ τὰ μηχανήματα κατα-
πλησσόμενοι, ἀλλ' αὐτὰ μηχανήματα παρ' ἐκείνων αὐ-
τοπροσοπτοῦντες, ὡς εἰ τὸν ὅλον ἀγῶνα καὶ τοῖς βαβυλω-
νίοις, & τοῖς ἱεροσολυμίταις, τῆς ὀξύτητος καὶ συ-
νέσεως, τῷ μὲν πλέον ἐν ταύτῃ συνηθλῶσαι τὴν αἵρε-
σιν οἰομένων εἶ) τῆς πόλεως, τῷ δ' ἢ τὴν σωτηρίαν ἐκ
ἐν ἄλλῳ πυθομένων, ἢ ἐν τῷ μὴ καμεῖν αὐτοφυεῖσ- B
κοντας οἷς μάταια τὰ τῶν ἐχθρῶν ἀπελεγχθήσεται
μηχανήματα. καὶ ταῦτ' ὑπέμειναν, ὅτι μέχρις ἐνιαυ-
τοῦ καὶ, ἕως ἐδιαφθάρησαν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καὶ τῶν βε-
λῶν, ἅπερ ἀπὸ τῶν πύργων εἰς αὐτοὺς ἠκόντιζον οἱ πο-
λέμιοι. ἡρέθη δ' ἡ πόλις, ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς σεδεκίου
βασιλείας, τοῦ τετάρτου μηνὸς τῇ ἑνάτῃ ἡμέρᾳ. εἵλον
δ' αὐτὴν οἱ ἡγεμόνες τῶν βαβυλωνίων, οἷς ὄνομα ἦν
πολιορκίαν ὁ ναβουχοδονόσορος. αὐτὸς γὰρ ἐν ῥεβλαθᾷ C
διέτριβε πόλει. τὰ δὲ τῶν ἡγεμόνων ὀνόματα ἔστιν ἐπι-
ζητήσειν γνῶναι, οἵ τινες τὰ ἱεροσόλυμα πορθήσαντες
ὑπέταξαν, νηργαλέασορ, ἀρίμαντος, ἐμεγάσορ, να-
βώσαρις, ἐχαραμψαρίς. ἁλώσης δὲ τῆς πόλεως τοῖς
μέσῳ νύκτα, καὶ τῶν ἡγεμόνων τῶν πολεμίων εἰσελ-
θόντων εἰς τὸ ἱερὸν, γνοὺς ὁ σεδεκίας ὁ βασιλεύς,
σὺν ἁλαλαβὼν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἡγε-
μόνας, & τοὺς φίλους, φεύγει μετ' αὐτῶν ἐκ τῆς πόλεως D
διὰ τῆς καρτερᾶς φάραγγος καὶ διὰ τῆς ἐρήμου. φρα-
σάντων δὲ τοῦτο τινῶν αὐτομόλων τοῖς βαβυλωνίοις,
ὑπὸ τὸν ὄρθρον ὥρμησαν διώκειν αὐτόν. καταλα-
βόντες δὲ ἐκ ἄπωθεν ἱεριχοῦντος, ἐκύκλωσαν αὐτόν.
οἱ δὲ φίλοι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ συμφυγόντες τῷ σεδεκίᾳ,
ἐπεὶ τοῖς πολεμίοις ἐγγὺς ὄντας εἶδον, καταλιπόντες
αὐτὸν διεσκεδάσθησαν, ἄλλος ἄλλαχόσε, & σῴζειν ἑ-
αυτὸν ἕκαστος ἔγνω. προδοθέντα δ' αὐτὸν σὺν ὀ- E
λίγοις, ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μετὰ τῶν τέκνων &
τῶν γυναικῶν, ἤγαγον πρὸς τὸν βασιλέα. βλασφημού-
μενοι δ' αὐτὸν, ὁ ναβουχοδονόσορος, ἀσεβῆ καὶ πα-
ρανομώτατον ἀποκαλεῖν ἤρξατο, καὶ ἀμνήμονα τῶν πρὸ
αὐτοῦ λόγων, οὓς ἐποιήσατο, σῴζειν αὐτῷ τὴν χώραν
ὑποχόμενος. ὠνείδιζε καὶ ἀχαρισίαν, παρ' αὐτοῦ μὲ λα-
βόντα τὴν βασιλείαν, ἰσχύοντα δὲ αὐτὴν ἴσαν ἀφελό-
μενον ἐκείνῳ δοῦναι, χρησαμένῳ δὲ τῇ δυνάμει καὶ
τῷ βλασφόντος. ἀλλὰ μέγας εἶπεν ὁ θεὸς, ὃς μισήσας F
σε τὸν τρόπον, ὑποχείριον ἡμῖν ἔθηκε. χρησάμενος δὲ
τούτοις πρὸς σεδεκίαν τοῖς λόγοις, τοῖς ἰδίοις ἐκέλευσε
βλασφημᾶν καὶ τοὺς φίλους θῦσαι, αὐτόν τε σεδε-
κίου καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων βλεπόντων. ἔπειτα
τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας τοῦ σεδεκίου, δήσας ἤγαγεν
εἰς βαβυλῶνα. καὶ ταῦτα αὐτῷ συνέβη, ἃ ἱερεμίας τε
καὶ ἰεζεκίηλος οἱ προφῆται προεφήτευσαν αὐτῷ, ὅτι
συλληφθεὶς ἀχθήσεται πρὸς τὸν βαβυλώνιον, καὶ λα-
λήσει αὐτῷ κατὰ στόμα, & ὄψεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς G
ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ἱερεμίας εἶπε. συ-
λληφθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς βαβυλῶνα, ταύτην οὐκ εἶ-
δε καθὼς ἰεζεκίηλος προεῖπε. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς ἐμφανίσαι δυνάμενα τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν τοῖς ἀ-
γνοοῦσιν εἰρήκαμεν, ὅτι ποικίλη τ' ὄντι καὶ πολύτροπος, & πάντα κατ' ὥραν ἀπαντᾷ τεταγμένως, ἅτε
δὴ γνώσεσθαι προλέγει. τήν τε τοῦ ἀνθρώπου ἄγνοιαν καὶ ἀπιστίαν, ὑφ' ἧς προιδεῖν οὐδὲν ἐάσθησαν
τῷ ἀποβησομένων, ἀφύλακτοι δὲ ταῖς συμφοραῖς παρεδόθησαν, ὡς ἀμήχανον αὐτοῖς εἶ), τήν δ' αὐτῶν
πεῖραν διαφυγεῖν. οἱ μὲν οὖν ἐκ τοῦ δαβίδου γένους βασιλεύσαντες, οὗτος κατέστρεψαν τὸν βίον,

sed obduratis animis omnia mala perferentibus, ac ne machinis quidem hostium territi, alias contrà machinas excogitabant, vt inter se vtrique non viribus solùm certarent, verumetiam artibus, dum illi his potissimum sperant se vrbem posse capere, hi salutem suam in eo putant consistere, si non cessent nouis commentis illorum conatus ludificari. atq; id certamen durauit per mẽses decem & octo, donec tandem succubuêre, partim inedia victi, partim superne è turribus telorũ multitudine oppressi. Capta est autem vrbs vndecimo anno regni Sedeciæ, quarti mensis die nona. ceperúntque eam duces Babyloniorum, quibus Nabuchodonosorus oppugnationem commiserat, dum ipse apud Reblatha degeret. quòd siquis requirat eorum ducum etiã nomina, sunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar, Nabosaris, Echarampsaris. Vrbe autem capta circa mediam noctem, & ducibus ac reliquis hostibus in templum ingressis, Sedecias rex vbi hoc sensit, assumptis vxoribus, liberis, ducibus & amicis, fugam arripuit per fauces quasdã angustas in deserti. quod cùm Babylonij cognouissent transfugarum indicio, sub autoram aggressi sunt eos persequi, & assecuti eos non procul à Hierichunte circumuenerunt. Amici verò & duces fugæ comites visis è propinquo hostibus, relicto Sedecia dissipati sunt quà quemque tulit spes effugij. Ipse penè desertus cum vxoribus ac liberis & paucis amicis in hostium potestatem deuenit, & mox ad regem perductus est. Quem postquam in conspectu habuit Nabuchodonosorus, impium & fœdifragum vocare cœpit, promissionum immemorem, quòd regi seruare illam regionem esset pollicitus. exprobrabat etiam ingratitudinẽ, quòd cùm à se accepisset regnum Ioacimo fratri debitum, acceptа potestate abusus esset in autorem beneficij. Sed magnus est, inquit, Deus qui te propter mores tuos pessimos in manus meas tradidit. His verbis cum Sedeciam increpuisset, euestigio iussit ipso & aliis captiuis inspectãtibus filios eius & amicos trucidari. Deinde ipsum excæcauit, Babylonem secum abducendum. Atq; ita vtriusque prophetæ prædictiones, tam Hieremiæ quàm Iezecielis, quamuis ab illo contemptæ, euentu non vanæ fuisse comprobatæ sunt. quòd captus abducetur ad Babylonium, & coràm eo loquetur, & oculis suis faciem eius videbit, Hieremias prædixit. quòd verò cæcatus primò cum Babylonem perductus esset videre eam non potuit, Iezecielis fuerat vaticinium. Quæ quidem ignorantibus satis declarare possunt Dei naturam, quàm varia sit & multimoda, omnia tempestiuè disponens, & futura præsignificans: sicut humanæ inscitiæ & incredulitatis insigne exemplum hîc eminet; per quam non licuit eis futuram calamitatem euitare, vt ne cauerent quidem fatum ineluctabile. Atq; hic fuit Dauidici generis regum exitus, qui vnus & viginti regnauerunt deinceps:

idque temporis ſpacium quingentos & quindecim annos continet, & menſes inſuper ſex cum diebus decem: annumeratis viginti annis primi regis Sauli, qui fuit tribus alterius. Cæterùm Babylonius poſt victoriam Nabuzardanem ducem miſit Hieroſolyma cum mandatis, vt templum ſpoliatum incenderet, regia quoque ſimiliter cremata vrbem à fundamentis diruere, populum in Babyloniam traduceret. Qui cùm eò peruenisſet vndecimo Sedeciæ regni anno, è templo vaſa omnia tam aurea quàm argentea ſuſtulit, & labrum quoque illud grande quod Solomon dedicauerat. præterea columnas illas æreas cum ſuis capitulis, & menſas aureas atque candelabra. His ſublatis templum incendit menſis quinti die prima, anno regni Sedeciæ vndecimo, regni verò Nabuchodonoſori XVIII. deinde & regiam incendit, & vrbem diruit. Incenſum eſt autem templum annis ex quo extructum fuerat elapſis CCCCLXX. menſibus ſex, & diebus decem additis. exactis à tranſmigratione ex Ægypto annis MLXII. menſibus ſex, diebus decem. A diluuio autem vſq; ad templi deuaſtationem interceſſerunt anni MDCCCCL. menſes ſex, dies decem. Ab Adamo item condito vſque ad hunc templi caſum tria millia annorum elapſa ſunt, & inſuper DXIII. menſes ſex, dies decem. Tantus cenſetur annorum numerus, quo temporis ſpacio quid & quando geſtum ſit, ſuo quæque ordine explicauimus. Dirutis Hieroſolymis, & populo migrare iuſſo, dux regius captiuos fecit hos, pontificem Saream, & qui poſt hunc ſecundum inter ſacerdotes locum tenebat, Sephemam: tres præfectos cuſtodiæ templi, eunuchum primarium regis cubicularium, cum ſeptem aliis regiis amicis: præterea ſcribam regium, & alios principes viros ſexaginta, quos omnes vnà cum ſpoliis templi perduxit ad regem ſuum agentem tunc Reblathis, quæ eſt Syriæ ciuitas. Rex verò pontificem & principes in ea vrbe iuſſit capite plecti, reliquam captiuorum multitudinem & in his Sedeciam ipſe Babylonem perduxit. Ioſadocum etiam pontificem vinctum ſecum duxit, Sareæ pontificis filium, quem modò Reblathis affectum ſupplicio diximus. Nunc quoniam regum genus & eorum ſucceſſionem ordine recenſuimus, conueniens duxi etiam pontificum enumerare nomina, qui regum tempore per continuatas ſucceſſiones ſummum adminiſtrauerunt ſacerdotium. Ergo primus omnium in templo receptus à Solomone extructo pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimas ſucceſſit. poſt Achimam Azarias, & poſt hunc Ioramus. poſt Ioramum Iſus, & deinceps Axioramus, Phideas, Sudeas, Iulus, Iothamus, Vrias, Nerias, Odeas, Saldumus, Elcias, Sareas, Ioſadocus qui captiuus Babylonem pertractus eſt. hi omnes quaſi per manus traditum ſacerdotium filij parentum ſucceſſores acceperunt, continuata generis ſerie. Cæterùm rex Babylonem reuerſus

Anni mundi.

εἴκοσι μὴ καὶ εἷς ἡμόμφοι, μέχει τῦ πλδ Ταίου βασιλέως. ἔτη ὃ πάντες βασιλδύσαντες, πενταπόσια καὶ δεκατέσσαρα, καὶ μιῶας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα, ἐξ ὧν εἴκοσι τιὶ ἀρχιὶ κατέχεν ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς σαούλος, ἐκ φυλῆς τῆς αὐτῆς φυλῆς ὑπάρχων. ὁ ὃ βαβυλώνιος πέμπει τὸν αὐτῦ στρατηγὸν ναβουζαρδάνιν εἰς ιερσόλυμα, συλήσοντα τὸν ναὸν, πρησάξας ἅμα καὶ καταπρῆσαι αὐτόν τε καὶ τὰ βασίλεια, τιὰ τε πόλιν εἰς ἔδαφος καθελεῖν, καὶ τὸν λαὸν εἰς τιὶ βαβυλωνίαν μεταστῆσαι. ὃς ἡμόμφος ἐν τοῖς ιερσολύμοις ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς σεδεκίου βασιλείας, συλᾶ τε τὸν ναὸν, καὶ βασάζει τὰ σκεύη τῦ θεῦ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ δὴ καὶ τὸν μέγαν λουτῆρα, ὃν σολομὼν ἀνέθηκεν, ἔτι γε μιὶ τοὺς στύλους τοὺς χαλκοὺς & τὰς κεφαλὰς αὐτῦ, τάς τε χρυσᾶς τραπέζας καὶ τὰς λυχνίας. βασάσας δὴ ταῦτα, αὖθις τὸν ναὸν μιὶ πέμπτῳ, τῇ νουμιμίᾳ ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς σεδεκίου βασιλείας ὀκτωκαιδεκάτῳ ὃ τῆς ναβουχοδονοσόρου. ἐνέπρησε ὃ καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τιὶ πόλιν κατέσκαψεν. ἐμπρήσθη ὃ ὁ ναὸς, μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα, & μιῶας ἓξ καὶ δέκα ἡμέρας, ἀφ' ἧς κατεσκευάσθη. τῇ δ' ἐξ ἀρχαίου μεταναστάσει τῦ λαῦ, τότε μὲν ἔτη χίλια ἑξηκονταδύο, μιῶες ἓξ, ἡμέραι δέκα. τῷ ὃ καταχλυσμῷ μέχει τῆς τε ναῦ πορθήσεως, χρόνος μὲν ὁ πᾶς ἐπτὰ χιλίων ἐνακοσίων πεντήκοντα, μιῶ ἓξ, ἡμερῶν δέκα. ἐξ ἧς ὃ ἐγένετο ἄδαμος μέχει τῦ ὠδὶ τὸν ναὸν συμβαίνειν, ἔτη ὅσα τετρακίσια πεντακόσια δεκατέσσαρα, μιῶες ἓξ, ἡμέραι δέκα. τοσῦτον μὲν οὖν τὸ ταύτων τῦ ἐπῦ πλῆθος, ὅσον ὃ ἐπεσάχθη, καθ' ἕκαστον τῦ συμβεβηκότων διελθόντες μέρος. ὁ ὃ στρατηγὸς τῦ τῦ βαβυλωνίων βασιλέως, καθελὼν τὰ ιερσόλυμα, & τὸν λαὸν μεταναστήσας, ἔλαβεν αἰχμαλώτους τὸν ἀρχιερέα σαρέαν, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν ιερέα σεφενίαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὸ ιερὸν ἡγεμόνας, τρεῖς ὃ ἦσαν ἔτοι, & τὸν ὅπῃ τῦ πλείσων δυνατόν, καὶ τοὺς φίλους τῦ σεδεκίου ἑπτὰ, καὶ τὸν γραμματέα αὐτῦ, & ἄλλους ἡγεμόνας ἑξήκοντα. οὓς ἅπαντας, μεθ' ὧν ἐσύλησε σκευῶν κόμισε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς ῥεβλαθὰ πόλιν τῆς συρίας. ὁ ὃ βασιλεὺς, τὸ μὲν ἀρχιερέως καὶ τῦ ἡγεμόνων, ἀπέλυσεν ἐκεῖ τὰς κεφαλὰς ὑποτμεῖν. αὐτὸς ὃ πάντας τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὸν σεδεκίαν ἤγαγεν εἰς βαβυλῶνα. δέσμιν δ' ἐπέθετο καὶ ἰωσάδδικον τὸν ἀρχιερέα, ὄντα υἱὸν σαρέα τῦ ἀρχιερέως, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ βαβυλώνιος ἐν ῥεβλαθᾶ πόλει τῆς συρίας, ὡς καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται. ἐπεὶ ὃ τὸ ἔθνος διεξήλθομεν τὸ τῦ βασιλέων, καὶ τίνες ἦσαν διελώκαμεν καὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμιν καὶ τῦ ἀρχιερέων εἰπεῖν τὰ ὀνόματα. καὶ τίνες ἦσαν οἱ τιὶ ἀρχιερωσύνιν καταδέξαντες ὅπῃ τοῖς βασιλεῦσι. πρῶτος μὲν οὖν σάδδικος ὁ ἀρχιερεὺς ἐγένετο τῦ ναῦ, ὃν σολομὼν ᾠκοδόμησε. μετ' αὐτὸν δ' ὁ υἱὸς ἀχιμᾶς διαδέχεται τιὶ τιμιὶ. καὶ μῦ ἀχιμᾶν, ἀζαρίας. τοῦτον ὃ ἰωάραμος. τῦ ὃ ἰωαράμου ἶσος, μετ' αὐτὸν ἀξιώραμος. τοῦτον ὃ φιδίας, τῦ ὃ φιδίου σουδίας. τῦ ὃ σουδίου, ἰοῦλος. τῦ ὃ ἰούλου, ἰώθαμος. ἰωθάμου ὃ οὐρίας. οὐρίου ὃ, νηρίας. τῦ ὃ νηρίου, ὠδίας. τοῦτον ὃ σαλδοῦμος, σαλδούμου ὃ, ἐλκίας, ἐλκίου ὃ σαρίας, τῦ ὃ ἰωσάδδικος ὁ ἀχιμαλωτισθεὶς εἰς βαβυλῶνα. ἔτοι πάντες παῖδες ὧν ἀπὸ πατρὸς διεδέξατο τιὶ ἀρχιερωσύνιν. ὠδηγημόμφος ὃ εἰς βαβυλῶνα ὁ βασιλεὺς, σεδε-

σεδεκίαν μὲν εἶχεν, ἄχρις οὗ καὶ ἐτελεύτησεν ἐν εἰρκτῇ, θάψας ἤ αὐτὸν βασιλικῶς. τὰ σκεύη τὰ ἐν τῷ ἱεροσολύμων συληθέντα τῷ ναῷ, ἀνέθηκε τοῖς ἰδίοις θεοῖς. τὸν ἤ λαὸν κατῴκησεν ἐν τῇ βαβυλωνίδι χώρᾳ. τὸν δ' ἀρχιερέα ἀπέλυσε τοῦ δεσμοῦ. ὁ ἤ στρατηγὸς ναβουζαρδάνης, αἰχμαλωτίσας τὸν τοῦ ἰουδαίων λαὸν, τοὺς πένητας καὶ αὐτομόλους ἐκεῖ κατέλειπεν, ἀποδείξας αὐτῶν ἡγεμόνα, γοδολίαν ὄνομα, αἰχάμου παῖδα τοῦ δὲ γεγονότων, ὃς καὶ B δίκαιον. ἐπέταξε δ' αὐτοῖς τὴν χώραν ἐργασαμένοις, τῷ βασιλεῖ τελέσειν φόρον ἐνιαυσίου. ἱερεμίαν ἤ τὸν προφήτην, λαβὼν ἐκ τῆς εἰρκτῆς ἔπεισεν εἰς βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ ἀποδημῆσαι. κεκελεῦσθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πάντ' αὐτῷ χορηγεῖν. εἰ ἤ τοῦτο μὴ βέλεται, δηλοῦν αὐτῷ τοῦ μένειν διέγνωκεν, ἵνα τοῦτο ὅπως εἰδῇ τοῦ βασιλεῖ. ὁ ἤ προφήτης, ὡς ἔπεσθαι ἤθελεν, ὅτ' ἀλλαχόσε τοῦ μένειν, ἡδέως δ' εἶχεν ὅπη τοῖς ἐγχωρίοις τῆς πατρίδος, C καὶ τοῖς ταλαιπωρίαις αὐτῆς ὀλοφύρασθαι λειφθείσης. γνοὺς δ' αὐτὸ τὴν προαίρεσιν ὁ στρατηγὸς, τῷ γοδολίᾳ προσέταξε, ὃν κατέλειπεν, πᾶσαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ χορηγείαν ὅσων ἂν δέηται, δωρησάμενος ἤ αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσιν, ἀπέλυσε. καὶ ἱερεμίας μὲν κατέμεινεν ἐν πόλει τῆς χώρας μασφαθᾶ καλουμένῃ, ὡδε καλέσας τὸν ναβουζαρδάνην, ἵν' αὐτῷ συναπολύσῃ τὸν μαθητὴν βάρουχον, νέου ἤ παῖδα ἐξ ὁπλίσεως σφόδρα οἰκίας ὄντα, καὶ τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ διαφέροντος πεπαιδευμένον. ναβουζαρδάνης μὲν ταῦτα διαπραξάμενος, ὥρμησεν εἰς βαβυλῶνα. οἱ δὲ πολιορκεμένων ἱεροσολύμων φυγόντες, ἐπειδὴ τοῖς βαβυλωνίοις ἥκουσαν ἀνακεχωρηκότας, συλλεχθέντες πανταχόθεν, ἦκον πρὸς τὸν γοδολίαν εἰς μασφαθᾶ. ἡγεμόνες ἤ ἦσαν ἐπ' αὐτοῖς, ἰωαάνης υἱὸς καρέου, καὶ E ἰεζανίας, καὶ σαρέας. καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις. ἐν δὲ τῷ βασιλικῷ γένει, ἦν τις ἰσμαήλος, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ δολιώτατος, ὃς πολιορκουμένων τῶν ἱεροσολυμιτῶν, ἔφυγε πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα βαάλιν, καὶ συνδιῆγεν αὐτῷ τὸν χρόνον ἐκεῖνον. τούτους τοίνυν γενομένους αὐτοῦ γοδολίας ἔπεισε μένειν αὐτόθι μηδὲν δεδιότας τοὺς βαβυλωνίους. γεωργοῦντας γὰρ τὴν χώραν, ὑπὲρ πείσεσθαι δεινόν. ταῦτ' ὀμνὺς αὐτοῖς F διεβεβαιοῦτο καὶ πρὸς ταύτῃ λέγων αὐτὸν ἔχειν ὡς εἴπερ ἐνοχλοίη, τεύξεσθαι τῆς προθυμίας, συνεβούλευε κατοικεῖν εἰς ἣν ἕκαστος βέλεται πόλιν, ἀποστέλλειν τε μετὰ τῶν ἰδίων, καὶ ἀνακτίζειν τὰ ἐδάφη, καὶ κατοικεῖν προτρέπει. ὡδασκάλιζεν ἤ αὐτοὺς ἕως ἔτι καιρὸς ἦν, σῖτον ℭ οἶνον ℭ ἔλαιον, ὅπως ἔχωσι δαψιλῆ τὸν χειμῶνος ἐφέξειν. ταῦτα διαλεχθεὶς πρὸς αὐτοὺς, ἀπέλυσε διάγειν τῆς χώρας, εἰς ὃν ἕκαστος ἐβούλετο τόπον. διαδεδομένης ἤ φήμης, εἰς G τὰ περὶ τὴν ἰουδαίαν ἔθνη, ὅτι ὑπὸ τῆς φυγῆς παρ' αὐτὸν ἐλθόντας γοδολίας ἐδέξατο φιλανθρώπως, ℭ τὴν γῆν αὐτοῖς γεωργοῦσι κατοικεῖν ἐφῆκεν, ἐφ' ᾧ τελέσειν φόρον τῷ βαβυλωνίῳ, συνέδραμον αὐτοὶ πρὸς τὸν γοδολίαν, ℭ τὴν χώραν κατῴκησαν. καταγνόντες ἤ τὴν χώραν, καὶ τὴν τοῦ γοδολίου χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἰωαάνης ℭ οἱ μετ' αὐτὸν ἡγεμόνες, ὑφηγήσαντο αὐτὸν, καὶ βαάλιν τὸν τῶν ἀμμανιτῶν βασιλέα ἔλεγον πέμπειν ἰσμαήλον ἀποκτενοῦντα δόλῳ κρυφίως,

A Sedeciam in carcere vsque ad mortem eius detinuit, mortuum tamen regia funeris pompa elatum sepeliit. vasa quibus Hierosolymitanum templum spoliauerat, suis consecrauit numinibus. populo in Babylonia sedes attribuit. pontificem è vinculis exemit. Nabuzardanes autem dux qui populum captuum abduxerat, transfugas & pauperes illic reliquit, duce illis præpositio nomine Godolia, Aicami hominis nobilis filio, viro æquo & bono. His imperauit, vt pro agris quos ad culturam acceperant, certum tributum regi penderent. Prophetæ quoque Hieremiæ è carcere exempto suasit vt iret secum Babylonem: iussum enim se à rege, vt ei necessaria omnia præbeat. Quod si sequi nolit, diceret vbinam habitare cuperet, vt de hoc regem per literas certiorem possit reddere. Propheta verò neque ducem sequi voluit, neque aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miseras reliquias colere. At dux voluntate eius cognita, Godoliæ quem ibi relinquebat commẽdauit hominem, mandans ne quid ei deesse pateretur: donatóq; vate magni precij muneribus, ipse quoque domum profectus est. Hieremias autem domicilium elegit apud oppidum Masphatam, impetrata priùs a Nabuzardane gratia, vt secũ è carcere dimitteretur etiam Baruchus Neri filius, insigni familia natus, & in patria lingua egregiè doctus. Nabuzardanes itaque his peractis Babylonem reuertitur. Illi autem qui obsidionis Hierosolymitanæ tẽpore diffugerant, posteaquàm Babylonios recessisse audiuerunt, vndique collecti venerunt ad Godoliam Masphata. Eorum principes erãt, Ioannes Careæ filius; & Iezanias & Sareas, & nonnulli alij: præterq; hos Ismael quidam ortus regio genere, vir alioquin malus & dolosissimus, qui tempore obsidionis profugerat ad Bathalem regem Ammanitarum, & apud eum per id tempus moratus fuerat. His igitur ad se venientibus, Godolias suasit vt ibi manerent, nihil timentes à Babyloniis. posse enim eos impunè regionem colere. interpositóque iureiurando paratum fore suum auxilium si quis molestaretur, consuluit vt vnusquisq; habitaret in quo vellet oppido, dicens missurum se vnà aliquot è suis, & daturum operam vt diruta instaurentur, & habitentur denuò. illos verò debere donec tempestiuũ est, curare ne frumentum & vinum ac oleum desit in futuram hyemem quo sustententur. hæc locutus permisit quemque arbitratu suo quem liberet locum incolere. Quæ fama postquàm ad circumuicinas Iudææ gentes peruenit, quòd profugos ad se venientes Godolias magna humanitate exciperet, & agros eis colendos assignaret, impositio certo tributo quod pẽderetur Babylonio, vndiq; concursum est ad eũ, & cœperunt regionem colere. Ioannes autem cùm aliis principibus videntes regionem coli multum amauerunt Godoliam propter bonitatem eius & humanitatem: admonuerúntque eum quòd Bathales Ammanitarum rex ideo misisset Ismaelem, vt ipsum clàm dolo interficeret,

XLI.

& principatum inter Israelitas occuparet, cùm sit è genere regio: securum autem fore ab insidiis, si eis permittat Ismaelem clàm occidere. Vereri enim se, ne si ipse insidiis præoccupatus fuerit, reliquiæ Israelitarum in totum pereant: ille verò respondit se non dissimulaturum tales insidias aduersum hominem affectum à se beneficio. non enim esse verisimile eum qui in tanta inopiæ necessitate nihil mali fecerit, nunc contra omne fas erga benefactorem tam ingratum esse, vt cui circumuento insidiis non posset sine scelere non succurrere, eum sua manu interimere conetur. Attamen etiamsi vera essent quæ deferrent, emori esse satius, quàm hominem qui salutem suæ fidei commisisset, opprimere. Itaque Ioannes cum cæteris frustra hoc conatus persuadere abiit. post dies inde triginta venit ad Godoliam in Masphata Ismael comitatus amicis decem: vbi inter hospitales epulas dum se comiter poculis inuitant, hospitem mero grauem & somnolentum aduertens, cum decem illis sociis adortus interfecit, nec difficilè fuit cæteros conuiuas similiter affectos confodere: quibus necatis adiuuante nocturno tempore per totum oppidum grassati sunt promiscuis cædibus tam in Iudæos quàm in Babylonios milites securos & passim dormientes. sequenti verò die venerunt cum muneribus ex agris ad Godoliam circiter octoginta, omnium inscij quæ acciderant. quos videns Ismael intrò vocauit ad Godoliam, & introgressos clauso palatio trucidauit, cadaueráque eorum in puteum quendam, ne essent conspicua, demersit. Soli autem ex eo numero seruati sunt, qui rogauerunt ne se prius occideret, quàm ei quædam occultata in agris traderent, supellectilem & vestes atque frumentum. quibus promissis motus, aliquot ex eis pepercit. plebem verò Masphatensem cum mulieribus & pueris abduxit: & in his etiam Sedeciæ filias, quas Nabuzardanes apud Godoliam reliquerat. His perpetratis ad Ammanitarum regem profectus est. Ioannes autem cum cæteris ducibus audita Masphatensium clade, & morte Godoliæ, indignissimè tulerunt, & assumptis suis quisque militibus, Ismaelem hostiliter persecuti sunt, eúmque apud fontem Hebronensem deprehenderunt. quibus visis captiui Ismaelis læti, rati id quod erat auxilium sibi venire, omnes ad Ioannem transfuerunt. Ismael autem cum octo tantum comitibus ad Ammanitarum regem perfugit. Cæterùm Ioannes assumptis quos Ismaeli eripuerat, cum eunuchis & mulieribus atque pueris peruenit in locum qui Mandra dicitur, ibíque ea die manserunt. Voluerunt inde proficisci in Ægyptum, timentes Babylonios, ne irati propter cædem præfecti in ea regione à se constituti, in illos sæuirent.

ὅπως αὐτὸς ἀρχὴν τῆς ἰσραηλιτῶν, εἰ) γὰρ ἐκ τοῦ γένους τοῦ βασιλικοῦ. ῥύεσθαί γε μὲν τῆς ὑπουλῆς ἔλεγον αὐτὸν, ἂν αὐτοῖς ἔφη κτεῖναι τὸν ἰσμαήλου ὡς ἀδένος γνωσομένους. ἀδύνατον γὰρ ἔφασκον μὴ φονευθεὶς αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου, παντελῆ ἀπώλειαν ἥψασθαι τῶν ὑπολειπομένων τῆς τῶν ἰσραηλιτῶν ἰχύος, ὃ δὴ αὐτοῖς ὠμολόγει, κατὰ ἀνδρὸς δὴ πεπονθότος, ὑπὸ βουλῆς τοιαύτης ἐμφανίσειν. ἦ γὰρ εἰκὸς εἶ), ἂν δὲ τηλικαύτην ἐρημίαν ὧν ἔχρησε μὴ δυναμένοις, ἵνα μὴ πονηρὸν εἰς τὸν εὐεργετήσαντα καὶ αἴσιον εὑρεθεῖεν, ὡς τὸ μὲν ἀδίκημα, τὸ μὴ ὑπ' ἄλλων ὑπὸ βουλευσάμενον σῶσαι, ἀπευδάσαι δὲ αὐτὸν, αὐτόχειρα ζητῶν αὐτῷ γενέσθαι. ἦ μὴν, ἀλλ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ δεῖν δοκεῖ, ἄμεινον ἔφασκεν ὑποθανεῖν αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου μᾶλλον, ἢ καταφυγόντα πρὸς αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ πίστιν εὐσεβείας τὴν ἰδίαν σωτηρίας, καὶ ὧδε καταθέμενον αὐτῷ, ἀσεβῆσαι. καὶ ὁ μὲν ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, μὴ δυνηθέντες πεῖσαι τὸν γοδολίαν, ἀπῆλθον. χρόνῳ δ' ὀλιγοστοῦ ἡμερῶν ἑβδομήκοντα, ἥκουσι πρὸς γοδολίαν εἰς μασφαθὰ πόλιν ἰσμαήλος, μετ' ἀνδρῶν δέκα, οἷς λαμπρὰ ξενίζει καὶ ξενίοις ὑποδεξάμενος, εἰς μέθην προήχθη, φιλοφρονούμενος τὸν ἰσμαήλου, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ. θεασάμενος δὲ οὕτως αὐτὸν ἔχοντα, καὶ βεβαπτισμένον εἰς ἀναισθησίαν καὶ ὕπνον ὑπὸ τῆς μέθης ὁ ἰσμαήλος, ἀναπηδήσας μετὰ τῶν δέκα φίλων, ὑποσφάττει τὸν γοδολίαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, κατακειμένους ἐν συμποσίῳ. καὶ μετὰ τοῦτον τοῦτον ἀναίρεσιν, ἐξελθὼν νυκτὸς, ἅπαντας φονεύει τοὺς ἐν τῇ πόλει ἰουδαίους, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων καταλειφθέντας ἐν αὐτῇ τῷ στρατιωτῶν. τῇ δ' ὑπούσῃ μετὰ δώρων ἦκον πρὸς γοδολίαν τῶν ὑπὸ τῆς χώρας ὀγδοήκοντα, μηδενὸς τὰ περὶ αὐτὸν ἐγνωκότος. ἰδὼν δ' αὐτοὺς ἰσμαήλος, εἰσιοῦσι καλεῖ πρὸς γοδολίαν, καὶ παρελθόντων, ὑποκλείσας τοὺ αὐλίου, ἐφόνευσε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς λάκκον τινὰ βαθὺν, ὡς ἂν ἀφανῆ γένοιτο, κατεπόντισε. διεσώθησαν δὲ τῶν ὀγδοήκοντα τούτων ἀνδρῶν, οἳ μὴ πρότερον ἀναιρεθῆναι παρεκάλεσαν, πρὶν τὰ κεκρυμμένα ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτῶν ἀποδῶσι, ἐπιπλά τε καὶ ἐσθῆτας καὶ σῖτον. ταῦτα ἀκούσας, ἐφείσατο τῶν ἀνδρῶν τούτων ἰσμαήλος. τὸν δ' ἐν τῇ μασφαθᾷ λαὸν σὺν γυναιξὶ καὶ νηπίοις ἠχμαλώτισεν, ἐν οἷς καὶ τὰς βασιλέως θυγατέρας, ἃς ναβουζαρδάνης ὁ τῶν βαβυλωνίων στρατηγὸς, ἀπὸ γοδολίᾳ καταλελοίπει. ταῦτα διαπεραξάμενος, ἀφικνεῖται πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα. ἀκούσας δ' ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες τὰ ἐν τῇ μασφαθᾷ πεπραγμένα ὑπὸ ἰσμαήλου, καὶ τὸν γοδολίου θάνατον, ἠγανάκτησαν, καὶ τοὺς ἰδίους ἕκαστος ἀπὸ λαβὼν ὁπλίτας, ὥρμησαν πολεμήσοντες τὸν ἰσμαήλον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν πρὸς τῇ πηγῇ ἐν χεβρῶνι. οἱ δ' αἰχμαλωτισθέντες ὑπὸ ἰσμαήλου, τὸν ἰωάννου ἰδόντες καὶ τοὺς ἡγεμόνας, εὐθύμως διετέθησαν, βοήθειαν αὐτοῖς ἥκειν ὑπολαμβάνοντες, καὶ καταλιπόντες τὸν αἰχμαλωτίσαντα, πρὸς τὸν ἰωάννου ἀνεχώρησαν. ἰσμαήλος μὲν οὖν μετ' ἀνδρῶν ὀκτὼ, φεύγει πρὸς τὸν ἀμμανιτῶν βασιλέα. ὁ δὲ ἰωάννης ἀφελαβὼν οὓς ἀπέσωσεν ἐκ τῶν ἰσμαήλου χειρῶν, καὶ τοὺς εὐνούχους καὶ γυναῖκας καὶ νήπια, εἰς τινα τόπον μαάδαν λεγόμενον ἀφικνεῖται, καὶ τοῦ μὲν ἡμέραν ἐκείνην, ἐπέμεινεν αὐτόθι. διεγνώκεισαν δ' ἐκεῖθεν ἅπαντες, εἰς ἄγυπτον ἐλθεῖν, φοβούμενοι μὴ κτείνωσιν αὐτοὺς οἱ βαβυλώνιοι, μείναντας ἐν τῇ χώρᾳ ὑπὸ γοδολίᾳ τοῦ καταστάντος ὑπ' αὐτῶν ἡγεμόνος, ὀργισθέντες πεφονευμένου

ὄντων

ὅπων δ' δὴ ταύτης τῆς βουλῆς, προσίασιν ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ, ἰωαάννης ὁ τοῦ καρέᾳ, & οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, παρακαλοῦντες δεηθῆναι τοῦ θεοῦ, ὅπως ἀμηχανῆσιν αὐτοῖς, περὶ τοῦ τι χρὴ ποιεῖν, ταῦτ' αὐτοῖς ὑποδείξῃ, ὀμόσαντες ποιήσειν, ὅτι ἂν αὐτοῖς ὁ ἱερεμίας εἴπῃ. ὑποχομένου δὴ τοῦ προφήτου δέκατον ἡμέρᾳ αὐτοῖς προς τὸν θεὸν, σωέβη μὴ δέκα ἡμέρας αὐτῷ φανέντα τὸν θεὸν εἰπεῖν δηλῶσαι ἰωαάννῃ & τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι, καὶ τῷ λαῷ παντὶ, ὅτι μένουσι μὲν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, παρέσαι, καὶ προνοίαν ἕξει, καὶ τηρήσει παρὰ τῶν βαβυλωνίων οἷς δεδίασιν ἀπαθεῖς. πορευομένους δὲ εἰς αἴγυπτον ἀπολείψειν, καὶ ταῦτα δηλήσειν ὀργισθεὶς ἂ κὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ἔμπροσθεν οἴδατε παθόντας. ταῦτα εἰπὼν τῷ ἰωαάννῃ καὶ τῷ λαῷ τὸν θεὸν αὐτοῖς προλέγειν ὁ προφήτης, ἐκ ὧν ἐπισθύετο, ὡς κατ' ἐντολὴν τινὸς ἐκείνου μένειν αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ κελεύει, χαριζόμενον ὃ βαρούχῳ τῷ ἰδίῳ μαθητῇ καταψεύδεσθαι μὲν τοῦ θεοῦ, πείθειν δ' μένειν αὐτόθι, ὡς αὖ ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων δηλοφθαρῶσι. παρακούσας οὖν ὅτε λαὸς & ὁ ἰωαάννης τῆς τοῦ θεοῦ συμβουλίας, ἵν' αὐτοῖς δηλ τὸ προφήτου παρῇσεσεν, ἀπῆρεν εἰς τὴν αἴγυπτον, ἄγων κὴ τὸν ἱερεμίαν κὴ τὸν βαρούχον. ἡγουμένων δ' αὐτῷ ἐκεῖ, σημαίνει τὸ θεῖον τῷ προφήτῃ, μέλλοντα στρατεύειν ὅπῃ τοὺς αἰγυπτίους τὸν βαβυλωνίων βασιλέα, καὶ προειπεῖν ἐκέλευσε τῷ λαῷ, τὴν τε ἄλωσιν τῆς αἰγύπτου, κὴ ὅτι, ὅσοι μὲν αὐτῷ ὑποκτείνῃ. τοῖς δὲ, αἰχμαλώτοις λαβὼν, εἰς βαβυλῶνα ἄξει· κὴ ταῦτα σωέβη. τῷ γὰρ πέμπτῳ τῆς ἱεροσολύμων πορθήσεως ἔτει, ὃ ὅστι τρίτον κὴ εἰκοστὸν τοῦ ναβουχοδονοσόρου, στρατεύει ὁ αὐτὸς ὅπῃ τὴν κοίλην συρίαν. & καταχὼν αὐτὴν, ἐπολέμησε κὴ ἀμμανίτας κὴ μωαβίτας, ποιησάμενος ὑπήκοα ταῦτα τὰ ἔθνη, ἐνέβαλεν εἰς τὴν αἴγυπτον καταφερόμενος αὐτῶν. καὶ τὸν μὲν τότε βασιλέα κτείνει, καταστήσας ὃ ἕτερον, τοὺς ἐν αὐτῇ πάλιν ἰουδαίους αἰχμαλωτίσας ἤγαγε εἰς βαβυλῶνα. καὶ τὸ μὲν ἑβραίων ἔθνος ἐν τούτῳ τέλει γενόμενον παρειλήφαμεν· ὅς ἐλθὸν πέραν τοῦ εὐφράτου. ὑπὸ ἀσυρίων μὲν δὲ ἐξέπεσεν ὁ τῶν δέκα φυλῶν λαὸς ὑπὸ σαμαρείας, βασιλεύοντος ὡσηέ. ἔπειτα τῶν δύο φυλῶν, ὑπὸ ναβυχοδονοσόρου τοῦ τῶν βαβυλωνίων κὴ χαλδαίων βασιλέως, κὴ ὃς ὑπελείφθη τῶν ἱεροσολύμων ἁλόντων. σαλμανασάρης μὲν οὖν ἀναστήσας τοὺς ἰσραηλίτας, κατῴκησεν αὐτ' αὐτῶν τὸ χουθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς περσίδος καὶ τῆς μηδίας ἦσαν, τότε μέντοι σαμαρεῖς ἐκλήθησαν, τὴν χώρας εἰς ἣν κατῳκίσθησαν προσηγορίαν ἀναλαβόντες. ὁ δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς, τὰς δύο φυλὰς ἐξαγαγὼν, ὑδὲν ἔθνος εἰς τὴν χώραν κατῴκισε. καὶ δηλ τοῦτ' ἔρημος ἰουδαία πᾶσα κὴ ἱεροσόλυμα κὴ ὁ ναὸς διέμεινεν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. τὸ δ' σύμπαντα χρόνου, ὃς ἀπὸ τῆς τῶν ἰσραηλιτῶν αἰχμαλωσίας, ὅπῃ τὴν τῶν δύο φυλῶν ἀνάστασιν ἐληλύθει, ἔτη ρ λ' μιῶν ἐξ, ἡμέρας δέκα σωέβη γενέσθαι. ὁ δὲ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς ναβουχοδονόσορος τοὺς δυνατωτάτων λαβὼν τῶν ἰουδαίων παῖδας, & τοὺς σπερμάτου τοῦ βασιλέως αὐτῶν συγγενεῖς, οἳ & ταῖς ἀκμαῖς τῶν σωμάτων, κὴ ταῖς εὐμορφίαις τῶν ὄψεων ἦσαν περιβλεπτοι, παιδαγωγοῖς καὶ τῇ δι' αὐτῶν θεραπείᾳ παραδίδωσι, ποιήσας τινὰς αὐτῶν ἐκτομίας, τὸ δ' αὐτὸ κὴ τοὺς ἐν τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσα κατεστρέψατο λιφθέντας ἐν ὥρᾳ τῆς ἡλικίας δραθεὶς, ἐχορήγει μὲν αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δίαιταν, ἐπαίδευε δ' κὴ τὰ ὁπλιτικά,

priùs tamen consulendum Hieremiam rati, accedentes eum rogauerunt vt hæsitantibus oraculum expediret quidnam faciendum sit, iurati facturos se quicquid illic iusserit. cúmq; propheta operam suam esset pollicitus, decima demum die Deus apparens iussit vt Ioanni & cæteris ducibus diceret: si manserint in ea regione, auxilio futurum, & prouisurum ne quid incommodi à Babyloniis quos timebant accipiant. Sin in Ægyptum mallent iter facere, curam eorum relicturum, infensúmque tali calamitate affecturum eos, quali paulo antè fratres eorum castigatos esse viderint. Hæc diuinitus monenti prophetæ noluerunt credere, quòd ex Dei sententia iuberet eos manere: sed putauerunt eum falsò verbis suis Deum prætexere, re autem vera loqui in gratiam Baruchi discipuli, ne possint Babyloniorum iram effugere. Contempto igitur Dei consilio quod per prophetam dederat, Ioannes & reliqua multitudo in Ægyptum abiit, abducto simul Barucho & Hieremia. Quò postquàm peruentum est, Deus significauit prophetæ fore vt Babylonius exercitum ducat in Ægyptum: iussitque prædicere populo, quòd capietur Ægyptus, & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem abducentur: id quod etiam factum est. quinto enim post excidium Hierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, cum magnis copiis inuasit Cœlen Syriam. qua subacta bellum gessit contra Ammanitas & Moabitas, & his quoque perdomitis Ægyptum hostiliter est ingressus: occisóque qui tunc regnabat, & alio rege constituto, repertos ibi Iudæos rursum captiuos Babylonem abduxit. Hæc fuit fortuna Hebræorum, vt accepimus, bis vltra Euphratem traductorum. nam per Assyrios decem tribus è Samaria sunt abductæ, regnante Osea, deinde reliquæ duæ per Nabuchodonosorum Chaldæorum & Babyloniorum regem captis Hierosolymis. Sed Salmanasar in vacuas Israelitarum sedes deduxit gentem Chuthæorum, qui priùs in intima Persidé & Media fuerant, Samaritæ deinde vocati à regione in quam demigrauerunt. rex verò Babylonius pro abductis duabus tribubus nullam gentem in eam regionem reposuit: quo factum est vt Iudæa cum Hierosolymis ac templo per L X X. annos deserta maneret. tẽpus autem totum quod inter decem tribuum captiuitatem & duarum reliquarum transmigrationé intercessit, anni fuêre centum triginta, & menses sex, dies decem. Cæterùm Nabuchodonosorus selectis nobilissimis Iudæorum pueris, & Sedeciæ regis cognatis, qui & florè ætatis & decore formæ fuêre conspicui, pædagogos eorum curæ assignauit, exectis quibusdam ex eo numero, quemadmodum solitus est facere & aliarum gentium deuictarum formosis adolescentibus: præbebátque eis de sua mensa victum, XII.

EO mortuo regnum ad filium eius Cyrum, quem Græci Artaxerxen nominant, peruenit, quo apud Persas regnante in maximum periculum genus Iudæorum adductum est, ne cum vxoribus ac liberis deleretur, ob causam quam paulo pòst referemus. prius enim quædam de ipso rege dicenda sunt, quî factum sit vt vxorem duceret Iudæam fœminam ex regio genere natam, quam etiam nostræ gentis seruatricem fuisse ferunt. Artaxerxes enim post susceptum imperium, & constitutos ab India vsque Æthiopam CXXVII. satrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium Susis accepit epulo sumptuosissimo, vt decebat regem opulentum magnificos centum octoginta dierum apparatus ostentantem: cui plurimæ gentes, & earum legati, per continuos septem dies interfuerunt. id erat instructum in hunc modum. Tabernaculum fixit suffultum aureis & argenteis columellis, prætextum telis linteis & purpureis, multorum millium capax. in eo ministrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationem simul & miraculum factis. Mandauit etiam ministris, ne quem more Persarum ad bibendum cogerent, sed arbitratu suo quenque appositis frui sinerent. dimissis etiam per totam ditionem nunciis edixit vt feriati ab operibus festum pro incolumitate regni diebus aliquot agerent. Regina quoque Vaste pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam rex ostendere conuiuis cupiens ad se accersiuit, pulchritudine omnes mulieres superantem. illa verò volens Persarum leges seruare, quæ vxores vetant ab aliis præter domesticos conspici, non iuit ad regem: & cum non semel ad eam eunuchos ea de causa misisset, nihilominus in negando fuit peruicax. qua obstinatione mulieris offensus rex, dimisso conuiuio septemuiros illos, penes quos apud Persas legum est interpretatio, conuocat: & apud eos vxorem contumaciæ ream peragit, quòd toties vocata ab ipso in conuiuium, ne semel quidem paruisset: iubétque, quid sit iuris, proferre sententiam. Quorum vnus Muchæus cum pro sententia diceret, non ipsi soli factam iniuriam, verumetiam Persis omnibus, quibus periculum instet ne despecti ab vxoribus inhonestam vitam degant in posterum: quando nulla posthac maritorum futura sit reuerentia, dum cæteræ exemplum à reginæ superbia sumunt, nihil veritæ contra omnipotentem regem contumaciter agere: suaderétque tam contumacem erga ipsum multari grauissimè, idque decretum per omnes gentes promulgari: visum est repudiari Vasten & honorem transferri in aliam mulierem.

Rex verò qui vehementer eam amabat, nec dis A
iungi ab ea ferebat, nec tamen retinere propter
legem poterat, mœrens quòd volũtati suæ non
Esth. 2. liceret satisfacere. Quã in anxietate videntes
eum amici, consulunt vt inutilem mulieris a-
morem ex animo eiiciat, & facta per totum
orbem formosarum virginum perquisitione,
quam aliis prætulerit optet sibi coniugem. no-
ua enim inducta prioris aboleri posse desi-
derium, & eius recenti consuetudine amorem
paulatim distractum in totum posse euanesce- B
re. Probauit rex consilium, móxque mandauit
certis hominibus vt forma celebres virgines
ex toto regno selectas ad eum adducerent. id
mandatum illis diligenter exequentibus in-
uenta est Babylone Esther puella vtroque pa-
rente orbata, quæ apud patruum Mardochæum
educabatur. is erat tribus Beniamiticæ, vnus ex
Iudæorum primatibus. hæc puella præ cæteris
omnibus excellebat pulchritudine, & gratiis
vultus in se oculos conuertebat. itaque vni C
eunuchorum commendata, tractata est apud
eum delicatissimè, odoramentis atque vn-
guentis preciosissimis quibus principes fœ-
minæ corpus curare solent, quotidie delibu-
ta. atque hac tractatione per sex menses vsæ
sunt quadringintæ numero virgines. quando
verò satis iam curatas existimabat, & regis lec-
to tempestiuas, vnam singulis diebus mitte-
bat ad eum, qui pòst complexus eam ad eun-
dem eunuchum remittebat. Perducta verò E- D
sthere delectatus eius consuetudine, & amore
correptus, legitimam coniugem eam sibi ad-
iunxit, nuptiásque celebrauit anno regni sui
septimo, mense XII. qui Ader dicitur: dimi-
sitque quos Agaros vocant, per omnes gen-
tes nuptiale festum eis indicens. Ipse verò Per-
sas & Medos, & primates aliarum gentium ac-
cepit conuiuio nuptiali per mensem integrum:
& ingressæ regiam vxori diadema imposuit:
atque ita cum ea conuixit, nunquam interro- E
gata quónam esset nata genere. patruus verò
eius & ipse Babylone Susa migrauit, ibique
degens obuersabatur quotidie circa regiam,
scisciians, de puella quomodo se haberet. di-
ligebat enim eam haud secus quàm propriam
filiam. Rex autem legem tulit, vt nemo è do-
mesticis, inuocatus eum accederet, tantis-
per dum sederet in regio solio: adhibitis in
hoc etiam lictoribus cum securibus, vt si quis
contrà faceret, plecteretur capite. rex inte- F
rim virgam tenebat auream, quam quoties a-
liquem ex inuocatis venientibus seruare vel-
let, porrigebat ad eum: itáque virgæ contac-
tu eximebatur periculo. Et de his quidem
hactenus dixisse sufficit. Aliquanto deinde
post cùm Bagathous & Theodestes eunuchi
conspirassent contra regem, Barnabazus al-
terius seruus genere Iudæus, deprehensas insi-
dias patruo reginæ indicat. at Mardochæus
per ipsam regi insidiatores prodidit. rex verò
territus, veritatem per quæstiones inuenit:

ἀχθεί μενος δὲ ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτὴν ἐρωτικῶς καὶ
μὴ φέρων τὴν ἀχάριστιν, καταλλαγῆναι πρὸς αὐτὴν ἀχ
τὸν νόμον οὐκ ἐδύνατο. λυπούμενος δ' ὡς ἐπ' ἀδυ-
νάτοις οἷς ἤθελε διετέλει. βλέποντες δ' αὐτὸν οὕ-
τως ἔχοντα καλεπῶς οἱ φίλοι συνεβούλευον, τὴν μὲν
τῆς γυναικὸς μνήμην καὶ τὸν ἔρωτα μηδὲν ὀφελού-
μενον ἐκβαλεῖν. ζητῆσαι δ' ἑτέραν καθ' ὁ-
λην τὴν οἰκουμένην, παρθένους ἁρπακτὰς, ὧν τὰς
προσηκούσας ἔχειν εἰς γυναῖκα. σβέννυσθαι γὰρ τὸ
πρὸς τὴν ἑτέραν φιλόστοργον ἑτέρας ἐπεισαγωγὴν, καὶ
τὸ πρὸς ἐκείνην ἄγνοιαν ἀποστῶμεν καὶ μικρὸν γε-
νέσθαι τῆς συνουσίας. πεισθεὶς δὲ τῇ συμβουλίᾳ ταύ-
τῃ, προσέταξε πᾶσιν ὁπλιξαμένοις τοὺς ἐνδοξοτάτους
ἐπ' ἀμορφίᾳ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν παρθένους ἀγαγεῖν
πρὸς αὐτόν. συναχθεισῶν δὲ πολλῶν, εὑρέθη τις ἐν
βαβυλῶνι κόρη, τῷ γονέων ἀμφοτέρων ὀρφανὴ τὸν
θεῖον μαρδοχαῖον, τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα αὐτῇ, τροφο-
μένη. ἦν δ' αὐτῷ ἐκ τῆς βενιαμίτιδος φυλῆς, τῶν
δὲ ἀρχόντων ἐν τοῖς ἰουδαίοις. παισὶν δὲ τὸν ἐκεῖ-
θεν συνέβαινε, τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα αὐτῇ, τὴν κάλλει διε-
φέρειν, καὶ τῷ χάριν τῷ προσώπου τὰς ὄψεις τῶν θεω-
μένων μᾶλλον ἐπείγεσθαι. ἐκδεδοθεῖσα δὲ αὕτη τῷ
τῶν εὐνούχων εἰς ἐπιμέλειαν, πάσης ἐτύγχανε προ-
νοίας, ἀρωμάτων ἀφθονίᾳ καὶ πολυτελείᾳ τῶν ἀλειμ-
μάτων, ὧν χρήζει τὰ σώματα, καθαρθομένη. καὶ τού-
των ἀπέλαβον ἐπὶ μῆνας ς'. τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν
ὄσαι. ὅτε δὲ ἐνόμιζεν ἀποχρῶντας τῷ προειρημένῳ
τῷ ἐπιμέλειαν ἔχειν τὰς παρθένους, καὶ τὸ βαδίζειν
αὐτὰς ἐπὶ κοίτην βασιλέως ἀξίας ἤδη γίνεσθαι, καθ'
ἑκάστην ἡμέραν ἔστεμπε τῷ βασιλεῖ συνεσομένην. ὁ
δὲ πλησιάζων δίδυς ἀπέπεμπε πρὸς τὸν εὐνοῦχον.
ἀφικομένης δὲ τῆς ἐσθήτος πρὸς αὐτὸν ἠδεῖς αὐτῇ καὶ
πεσὼν τῆς κόρης εἰς ἔρωτα, νομίμως αὐτὸν ἄγεται
γυναῖκα. καὶ γάμον αὐτῆς ποιεῖ τῷ δωδεκάτῳ μὲν
ἐβδόμου ἔτους τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀδίρῳ καλουμένῳ.
διέπεμψε δὲ τοῖς ἀγχίσεις λεγομένοις εἰς πᾶν ἔθνος,
ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους σὺν γέλωτι. αὐτὸς δὲ
πέρσας καὶ τοὺς μήδους καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν ἐθνῶν εἰ-
σίᾳ ὅτι μῆνα ὅλον ἐπὶ τοὺς γάμους αὐτοῦ. εἰσελθόντος
δὲ εἰς τὸ βασίλειον, διετίθησιν αὐτῇ τὸ διάδημα. καὶ
συνῴκησεν ὅπως ἐθέσει, μὴ ποιησάσης φανερὸν αὐτῷ
τὸ ἔθνος ἐξ ὅπερ εἴη τυγχάνουσα. μεταβὰς δὲ καὶ
ὁ θεῖος αὐτῆς ἐπὶ τὰ βαβυλῶνος εἰς συῦσαν τὴν περσί-
δος, αὐτόθι διῆγεν ἑκάστης ἡμέρας, πρὸς τοῖς βασι-
λείοις διατείβων, καὶ πυνθανόμενος περὶ τῆς κόρης
πῶς διάγει τὸν τρόπον. ἐτέρπετο δὲ αὐτῷ, ὡς αὐτῆ θυγα-
τέρα. ἐθήκατο δὲ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς ὥστε μηδένα τῶν
ἰδίων αὐτῷ προσιέναι μὴ κληθέντα, ὁπλίταις ὅπῃ τῷ
θρόνου καθέζοιτο. προεστήκεσαν δὲ τὸν θρόνον αὐτῷ
πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι, πρὸς τὸ κολάζειν τοὺς
προσιόντας ἀκλήτους τῷ θρόνῳ. καθῆτο μὲν τοι λί-
θον χρυσέαν ἔχων αὐτὸς ὁ βασιλεύς. ἵν' ὅταν τινὰ
σώζειν ἤθελε τῶν ἀκλήτως προσιόντων, ἐκτείνας
πρὸς αὐτὸν ὁ δὲ, ἀπτόμενος αὐτῆς, ἀκίνδυνος ἦν.
καὶ πρὸ μὲν τούτων, ἀκηκοώτως ἡμῖν διήλλακται. χρόνῳ δ' ὕστερον ὑπερβαλόντων τῷ βασιλεῖ βαγα-
θὼ καὶ θεοδέσου, βαρνάβαζος τῶν εὐνούχων οἰκέτης τοῦ ἑτέρου, τὸ γένος ὢν ἰουδαῖος, συνεὶς τὴν
ὑπουλίαν, τῷ θείῳ κατεμήνυσε τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως. μαρδοχαῖος δὲ ἀχ τῆς ἐσθήτος, φα-
νερὸς ἐποίησε τῷ βασιλεῖ τοὺς ὑπουλεύοντας. ταραχθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, τάληθὲς ἐξεύρε-
καὶ τοὺς

καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀπέσωσε, τῷ δὲ Μαρδοχαίῳ A
τότε μὲν οὐδὲν παρέσχεν ὡς ἀντίῤ τῆς σωτηρίας χάριτος,
μόνον δὲ αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῖς τὰ ὑπομνήματα
συγγραφομένοις ἐκέλευσε σημειώσασθαι, καὶ παρα-
μένειν αὐτὸν τοῖς βασιλείοις, ὄντα φίλον ἀναγκαῖ-
ον τῷ βασιλεῖ. ἀμὰν δὲ Ἀμαδάθου μὲν ἦν γένος, τὸ
δὲ ἔθνος Ἀμαληκίτης, εἰσιόντα πρὸς τὸν βασιλέα,
προσκυνοῦσιν οἵ τε ξένοι καὶ πέρσαι. ταύτην αὐτῷ
τὴν τιμὴν ἀπαξέρξης κελεύοντος ἠνέγκατο. Μαρδο- B
χαῖος δὲ ἀπὸ σοφίας καὶ τῶν οἰκοθεν αὐτῷ νόμων οὐ προσ-
κυνοῦντος ἄνθρωπον, ὡς φυλάξας ὁ Ἀμάνης, ἐ-
πυνθάνετο πόθεν εἴη. μαθὼν δὲ αὐτὸν ὄντα Ἰουδαῖον,
ἠγανάκτησε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπεν. ὡς οἱ μὲν Ἕλλη-
νες πέρσαι, προσκυνοῦσιν αὐτόν, οὗτος δὲ δοῦλος ὤν,
οὐκ ἀξιοῖ τοῦτο ποιεῖν. καὶ τιμωρῆσαι θελήσας τὸν Μαρ-
δοχαῖον, αὐτὸν μὲν ἀτιμάσασθαι πρὸς κόλασιν ὠδοῦ δὲ
βασιλέως μικρὸν ἡγήσατο, τὸ δὲ ἔθνος αὐτοῦ διέγνω C
πᾶν ἀφανίσαι, καὶ γὰρ φύσει τοῖς Ἰουδαίοις ἀπηχθάνετο, ὅτι
καὶ τὸ γένος τῆς Ἀμαληκιτῶν ἐξ ὧν ἦν αὐτὸς, ὑπ' αὐτῶν
διέφθαρτο. προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ κατηγορῶν λέ-
γων, ἔθνος εἶναί τι πονηρὸν, διεσπαρθαι δὲ τοῦτο καὶ ὑπ'
αὐτοῦ βασιλευομένης οἰκουμένης, ἄμικτον, ἀσύμφυ-
λον, ἔτι θρησκείαν τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ἔχον, ἔτι
νόμοις χρώμενον ὁμοίοις, ἐχθρὸν δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι, καὶ
τοῖς ὅλοις δεύμασι τῆς σῆς λαοῦ καὶ ἅπασιν ἀνθρώποις. D
τοῦτο τὸ ἔθνος, εἰ ποτε θέλεις τοῖς ὑπηκόοις διεργεσίαν
καταθέσθαι, κελεύσεις ἀφόριζον ἀπολέσαι, μηδέ τι
αὐτοῦ λεῖψανον καλιπεῖν, μηδ' εἰς δουλείαν τινῶν φυ-
λαχθέντων, μή τε ἀρχμαλωσίαν, ἵνα μήποτε μὴ ζημιω-
θῇς τοῖς φόροις τοὺς παρ' αὐτῆς γινομένους, ἐκ τῆς ἰδίας
οὐσίας αὐτὸς ἐπηγγείλατο μυριάδας δώσειν ταλάν-
των ἀργυρίου δέκα. ὅπου καὶ κελεύσῃ. ταῦτα δὲ τὰ
χρήματα παρέχειν ἑτοίμως ἐλεγεν, ἵν' ἀπὸ τούτων εἰρη-
νεύσῃ τῆς κακῶν ἡ βασιλεία. Ταῦτα τοῦ Ἀμάνη ἀξιώ- E
σαντος, ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ πρόσχημον αὐτοῦ χαρίζεται, καὶ
τοῖς ἀνθρώποις ὡς τε ποιεῖν αὐτοῖς ὅτι βούλεται. τυχὼν
δὲ ὧν ἐπεθύμει Ἀμάνης, ὡδὲ χρῆμα πέμπει δόγματι-
κὸν ὡς τοῦ βασιλέως εἰς ἁπάσας τὰ ἔθνη ὡρισμένον τοῦτον
τὸν τρόπον. Βασιλεὺς μέγας ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ ἰνδι-
κῆς ἕως τῆς αἰθιοπίας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σατραπῶν ἄρχουσι, τά-
δε γράφει. πολλῶν ἐθνῶν ἄρξας, καὶ πάσης τῆς οἰκου-
μένης κρατήσας οἰκημένης, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας
ὑπερήφανον μηδὲ σκαιὸν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἀναγκα- F
θεὶς ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον ἐμαυτὸν ὠδηγη-
κὼς καὶ πρεσπεπαίμενος εἰρήνης καὶ ὁμονοίας αὐτοῖς, ἐ-
ζήτουν πῶς εἰς ἅπαντα τοῦτον ἀπολαβεῖν αὐτοῖς γέ-
νοιτο. τῇ δὲ τῆς σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης παρ' ἐμοὶ
τῆς πρώτου μοίραν δόξης καὶ τιμῆς ἔχοντος, καὶ μετ' ἐμὲ
διὰ πίστιν καὶ βεβαίαν ὁμοιαν ἀμάνῃ, καὶ ἀμοι-
κῶς ὑπὸ δείξαντός μοι παντάπασιν ἀνθρώποις ἁπαν-
μίχθαι δυσμενὴς ἔθνος. καὶ τοῖς νόμοις ἀλλόκοτον. καὶ τοῖς G
βασιλεῦσιν ἀνυπόστακτον. καὶ παρηλλαγμένον καὶ τοῖς ἔθε
σι, καὶ μοναρχίαν μισοῦν, καὶ δύσνουν τοῖς ἡμετέροις
πράγμασι, κελεύω τοὺς δηλωμένους ὑπὸ τοῦ διατε-
θέντος μου πατρὸς ἀμάνου, πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις
ἀπολέσαι, μηδεμίαν φειδῶ ποιησαμένους, μηδ' ἔλεος πλέον ἢ τοῖς ἐναντιωμένοις πειθέντας ὠδηκῦσαι τῇ
χαμματτῇ. καὶ τοῦτο γενέσθω βούλομαι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ ἰβ μηνὸς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους. ὅπως οἱ πανδο-
χεύσαντες ἡμῖν πολέμιοι, μιᾷ ἡμέρᾳ διαφθαρέντες, τοῦ λοιποῦ μετ' εἰρήνης ἡμῖν τὸν βίον διάγειν παρέχωσι.

& illis in crucem suffixis, Mardochæo tunc quidem pro salute tua quam ei debebat præmij nihil persoluit, tantùm nomen eius in commentarios suos referri iussit & annotari, ipsum verò versari in regia, receptum inter amicos regis necessarios. In eam regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad regem veniebat, adorabant eum omnes tam Persæ quàm exteri, idque ipsius Artaxerxis iussu. Mardochæo verò propter patriam institutionem non adorante hominem, ille cùm hoc obseruasset, percontatus est cuias esset. & audito esse Iudæum, iratus exclamauit, rem indignam, cùm ingenui Persæ adorarent eum, seruum istum dedignari idem facere: volénsque pœnas de Mardochæo sumere, parum putauit ipsum ad supplicium deposcere, nisi gentem eius vniuersam perderet, quòd esset natura Iudæis infestus: quandoquidem Amalecitarum gens, ex qua ipse erat, à Iudæis victoribus extincta fuerat. Igitur adito rege orsus est accusationem, esse gentem quandam malam, sparsam per vniuersum ipsius regnum, insociabilem, abhorrentem à cæteris hominibus, diuersis ceremoniis & legibus vtentem, infensam & moribus & studiis reliquorum populorum, & totius mortalium generis. Hanc gentem, inquit, si vis subditis tuis gratum facere, extirpabis funditus, nemine vel captiuo vel seruo superstite relicto. & ne quid inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto tibi XX. talentorum argenti millia, libenter tanta pecunia cariturus, modò regnum tuum repurgetur ab ista hominum colluuie. Hæc Amane poscente, rex & argentum illud ei se remittere dixit, & homines eos concedere, vt de illis ipse arbitratu suo statueret. Aman autem voto potitus, confestim edictum nomine regis per omnes nationes euulgat in hanc sententiam: Rex magnus Artaxerxes CXXXII. satrapis qui Indiam inter & Æthiopiam prouinciis præsunt, hæc scribit. Consecutus imperium tot gentium, & orbis quàm latè volui dominio potitus, cùm nihil superbum aut sæuum in subditos admitterem, sed mansueto ac miti moderate eos regimine, & pacem in primis ac iuris tutelam procurarem, cogitaui quomodo hæc bona possent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudentiam & iustitiam mihi semper præ cæteris honorato, & ob egregiam fidem secundum post me locum obtinente Amane, esse permixtam hominum generi gentem inimicam, & suis quibusdam legibus vtentem à cæteris diuersis, inobedientem regibus, & deprauatam moribus ac ritibus, nec monarchiam nec negocia nostra probantem, volo ac edico, vt hos ab Amane mihi parentis loco habito indicatos cum vxoribus & liberis perdatis, nemini eorum parcentes, neque miserationi plus quàm nostro edicto tribuentes: idque fieri iubeo decima tertia die duodecimi mensis præsentis anni: vt vna die deletis in totum nostris hostibus in posterũ pace ac securitate frui nobis liceat.

Esth. 3.

Hoc edicto oppidatim per totam regionem A sparso, omnes ad Iudæorum internecionem in diem præscriptum sese expediebant, idemque studium erat & Susis in vrbe regia. Rex interim & Aman conuiuiis vacabant & compotationibus, perturbata ciuitate & futuri expectatione suspensa. At Mardochæus re cognita, scissis vestibus, opertus sacco & sparsus cinere ferebatur per vrbem, iniquum facinus clamitans, maximam gentem internecioni esse addictam: & vociferando talia vsque regium palatium delatus, ibi demum constitit. B non enim fas erat illum tali habitu in regiam ingredi. nec alius erat Iudæorum habitus aut affectio in cæteris vrbibus quacunque regiæ literæ perlatæ fuerant, omnibus ob denuntiatam sibi cladem lugentibus & lamentantibus. Vt verò reginæ nunciatum est, Mardochæum in tam miserabili habitu stare pro foribus palatij, perturbata hoc rumore misit qui ei vestimenta mutarent. Qui cùm id recusaret facere, quòd nondum C cessasset causa propter quam eum habitum sumpserat, vocatum ad se eunuchum Achratheum, qui tum fortè aderat, misit ad eum, scitatum quid mali accidisset homini, vt talem cultum sumeret, ac ne ipsa quidem rogante vellet deponere. ibi Mardochæus omnem causam eunucho exponit ordine, & quòd edictum regium per vniuersam ditionem esset diuulgatum, & quantam vim pecuniæ pollicitus sit A- D man, vt internecionem eius gentis à rege redimeret. ad hæc exemplar edicti Susis propositi ad reginam perferendum ei tradidit, adiectis mandatis, vt supplex regem aditet super hoc negocio, nec grauaretur pro ihcolumitate tuæ gentis ad tempus infra dignitatem sese demittere, & deprecari eius periculum. Amanem enim, cuius secunda sit post regem dignitas, incitare eum crebris contra Iudæos accusationibus. Hoc cognito regina rursum Mardochæo E nunciat, nec vocatam se à rege, & capitale esse inuocatum ad eum irrumpere, nisi ipse incolumitatem donare volens, virgam auream protenderet. his enim solis impune esse, quibus hoc fortè contingeret. Quibus ille auditis rursum per eundem eunuchum orat eadem, dicens non oportere eam respectum habere salutis propriæ, sed potius vniuersi generis. si enim hoc nunc facere negligat, Deum quidem omnino laturum suis auxilium, ipsam verò cum sua fa- F milia daturam pœnas eis quos tunc contemneret. Tum Esther non mutato nuncio iubet patruum Susis concionem Iudæorum aduocare, & pro reginæ salute triduanum ieiunium indicere: se quoque idem facturam pollicita cum ancillis domesticis, ac tum demum vel contra legem adituram regem, & mortem etiam libenter perlaturam si ita vsus veniat. Paruit ille reginæ & indicto suis publico ieiunio, G ipse quoque supplex Deum precatus est, ne populum suum deleri permitteret, sed quemadmodum antea sæpe saluti eorum prospexisset,

Esther. 4.

τούτου κομισθέντος τὸ πρόσταγμα εἰς τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν, ἕτοιμοι πάντες ὅλοι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπώλειαν καὶ παντελῆ ἐξολέθρευσιν, εἰς τὴν προτεθειμένην ἡμέραν, ἐγίνοντο. ἐπαυδᾶτο δ' τοῦτο, καὶ ἐν τοῖς σούσοις. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ὁ Ἀμάνης, πρὸς δ' ωχίας καὶ πότους ἦσαν, ἡ δὲ ταραχὴ δ' ἰὼν ἡ πόλις. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μαθὼν τὸ γινόμενον, περιρρηξάμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ σάκκον ἐνδυσάμενος, καὶ καταχεάμενος σποδιᾶς, διὰ τῆς πόλεως ἐφέρετο, βοῶν ὅτι μηδὲν ἀδικήσαντα ἔθνος ἀναιρεῖται. καὶ τοῦτο λέγων ἕως τῶν βασιλείων ἦλθεν, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἔστη. οὐ γὰρ ἐξῆν εἰσελθεῖν αὐτῷ τοιοῦτον προκειμένῳ σχῆμα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πάντες ἐποίησαν ἐν τοῖς πόλεσιν Ἰουδαῖοι, ἐν αἷς τὰ πρὸ τούτων προστέτακτο γράμματα, θρηνοῦντες καὶ τὰς καταγελωμένας αὐτοῖς συμφορὰς ὀδυρόμενοι, ὡς δ' ἀπήγγειλαν τινὲς τῇ βασιλίσσῃ τὸν Μαρδοχαῖον ἐν ἕτερον οἰκτρῷ σχήματι πρὸ τῆς αὐλῆς ἑστῶτα, ταραχθεῖσα πρὸς τὸν ἀκοὴν, ἐξέπεμψε τοὺς μεταμφιέσοντας αὐτόν. ὑ πειθέντος δ' ἀποδύσασθαι τὸν σάκκον, ὑ γὰρ ἐφ' ᾧ τοῦτον ἀναγκασθεὶς λαβεῖν δεινῶς πεπαῦσθαι τοῦτο, προσκαλεσαμένη τὸν εὐνοῦχον ἀχραθαῖον, καὶ γὰρ ἐτύγχανεν αὐτῇ παρὼν, ἀπέστειλε πρὸς Μαρδοχαῖον γνωσόμενον τίνος συμβεβηκότος αὐτῷ σκυθρωποῦ πεισθεὶ, καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο προκείμενος, ὑ δ' αὐτῆς ἀπαλλούσης, ἀπέθετο. ὁ μὲν Μαρδοχαῖος, ἐπιδείξας τῷ εὐνούχῳ τὴν αἰτίαν, πᾶν γράμμα τὸ κατὰ τῶν Ἰουδαίων εἰς ἅπασαν τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ χώραν διαπεμφθὲν, καὶ τὴν χρημάτων ὑπόσχεσιν, ἣ τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἔθνους ὡμόσατο κατὰ τοῦ βασιλέως Ἀμάνης. δοὺς δ' αὐτῷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῶν ἐν σούσοις προτεθέντων, κομίσαι τῇ ἑσθήρᾳ, καὶ περὶ τούτων διηγήσασθαι τῇ βασιλίσσῃ ἐντέλλεται, καὶ σωτηρίας ἕνεκεν τοῦ ἔθνους μὴ ἀδοξῆσαι λαβεῖν χῆμα ταπεινὸν, ᾧ παραστήσεται τοὺς Ἰουδαίους κινδυνεύοντας ἀπολέσθαι. τὸν δὲ τὴν δευτέραν ἔχοντα τῷ βασιλεῖ τιμὴν Ἀμάνην, κατηγορήσαντα τῶν Ἰουδαίων, παροξυνομένην κατ' αὐτῶν τὸν βασιλέα. Ταῦτα γνῶσα, πέμπει πάλιν πρὸς Μαρδοχαῖον ἀπαγγέλλουσα, ὅτι μήτε κληθεὶσα πρὸς τὸν βασιλέως, καὶ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς αὐτὸν ἄκλητος, ἀποθνήσκει, πλὴν εἰ μή τινα σώζειν βουλόμενος προτείνειεν τὴν χρυσῆν ῥάβδον. ᾧ δὲ ἂν τοῦτο ποιήσειεν ὁ βασιλεὺς ἀκλήτῳ πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντι, οὐκ ἀποθνήσκει μόνος, ἀλλὰ συγγνώμης τυχὼν σώζεται. Μαρδοχαῖος δ' τούτοις κομισάντος αὐτῷ τὰ δυνούχου πρὸς τῆς ἑσθήρας τοὺς λόγους, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευσεν αὐτῇ, μὴ τὴν ἰδίαν ὅτι σκοπεῖν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν τοῦ ἔθνους. εἰ γὰρ ἀμελήσειε τούτου νῦν, ἔσεσθαι μὲν αὐτῇ βοήθειαν πρὸς τοῦ θεοῦ πάντως, αὐτὴν δ' καὶ τὸν πατρῶον οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τῶν ὀλιγωρηθέντων διαφθαρήσεσθαι. ἡ δ' ἑσθήρ, ἀπέστειλε πρὸς Μαρδοχαῖον τὸν αὐτὸν πέμψασα διάκονον, εἰς σοῦσα πορευθέντα, τοὺς ἐκεῖ Ἰουδαίους εἰς ἐκκλησίαν συναγαγεῖν. καὶ νηστεῦσαι πάντων ὑποχομένους ὑπὲρ αὐτῆς ὅτι ἓξ ἡμέρας. τὸ δ' αὐτὸ ποιήσασαν μετὰ τῶν θεραπαινίδων, τό τε προσελθεῖν πρὸς βασιλέα παρὰ τὸν νόμον ὑπισχνεῖτο, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ, τοῦτο ὑπομένειν. καὶ Μαρδοχαῖος μὲν καὶ τὰς τῆς ἑσθήρας ἐντολὰς, τόν τε λαὸν ἐπαινέσας νηστεύσαι, καὶ τὸν θεὸν σφῶν αὐτοῖς ἱκέτευσε, μηδὲ νῦν ὑπερίδειν αὐτοῦ τὸ ἔθνος ἀπολλύμενον, ἀλλ' ὡς καὶ πρότερον αὐτοῦ πολλάκις προνοήσας, καὶ ἀ-

καὶ ἁμάρτοιμι σωθήσομαι, & τοῦτο αὐτὸ ῥύσασθαί με τῆς κατηγορουμένης ἀπωλείας. εἰδὲ γὰρ ἁμαρτὼν τὸ κινδυνεύσει ἀκλεὴς ἀποθανεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ἕνεκα τιμῆς τῆς ἁμάρτω ὀργῆς, ὅτι μὴ προσκυνήσας μόνῳ σοὶ δέοντα φησὶ τιμὴν παρεῖχον, ταύτην ἑαυτῷ προσχεῖν ὑπέμεινα, ὀργισθεὶς ταῦτα καὶ τὴν μὴ προσβαίνουσαν τοῖς σοῖς νόμοις ἐπιχαίνασαν. τὰς δὲ αὐτὰς ἠρᾶτο καὶ τὸ πλῆθος φωνὰς, προσκαλοῦμαι προσέχοντά τι καὶ θεὸν τῆς σωτηρίας αὐτῷ, καὶ τοῖς ἐν ἀπόνοιᾳ ἐλπίσι ἰσραηλίτας ἐξελέσθαι τῆς μελλούσης συμφορᾶς. καὶ γὰρ προοφθαλμοὺς αὐτὴν εἶχον, ἤδη καὶ προσεδόκων. καὶ λαβέσθαι ἱκέτευε τῶν θεοῦ τοῦ πατρίου νόμου, ῥίψασα κατὰ τῆς γῆς ἑαυτὴν, καὶ πυθομένη ἑσπέρα προῆλθεν, καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ τῶν ἡδέων ἀπολαύσασα, τρισὶν ἡμέραις ἥτει τὸν θεὸν ἐλεήμονα μόνῳ αὐτῷ, δεῖξαι δὲ ὀφθεῖσαν τοῦ βασιλέως, πρὸς μόνῳ τοῖς λόγοις προσκαλοῦσαι, τὸ τοῦ εἴδους ἀφανὲς πιστεύσειν τ' προσώπου ὄσαν, ἵνα ἀμφοτέροις καὶ πρὸς τὴν παράπτοιαν τ' ὀργῆς εἰπὼν παροξυνθεὶς πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς χρήσαιτο, καὶ πρὸς τὴν συμπροθυμίαν τῶν ὁμοεθνῶν, ἐν τοῖς ἐχάτοις σαλεύοντας ἤδη τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ ἰουδαίων, καὶ ἀπωλείαν αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν, ἐπὶ ὀλιγωρηθῶσιν ὑπ' αὐτοῦ κατασκευάσαντας. ταῦτα ἱκετεύουσα τὸν θεὸν ὅπως ἓξ ἡμέρας, ἀποδύεται μὲν τὴν ἑαυτῆς ἐκείνην, καὶ τὸ χρῆμα μεταβάλλει, κοσμησαμένη δ' ὡς ἐχρῆν τὴν βασίλισσαν, σὺν δυσὶ θεραπαίναις, ὧν ἡ μὲν ὑπερεισομένη αὐτὴν κρύφως ἔφερεν, ἡ δ' ἑπομένη, τὸ βαθὺ τῆ ἐνδύματος & μέχρι τ' γῆς κεχυμένον ἄνεσις ἀπαώρει τοῖς δακτύλοις, ἤκει πρὸς τὸν βασιλέα, μεστὴ μὲν τὸ πρόσωπον ἐρυθήματος, πρόσωπον δ' καὶ σεμνὸν ὑπεστιλμένη τὸ κάλλος. εἰσῆει δ' πρὸς αὐτὸν μετὰ δίους. ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον αὐτὴ καθεζομένη ὅτι τῆ θείου μένος τὸν βασιλικὸν ἀνεκεκμένον κόσμον, ὃς ἦν ποικίλης μὲν ἐσθῆτος, χρυσοῦ δ' καὶ λίθων πολυτελῶν, φοβερώτερον καὶ δι' αὐτὰ μᾶλλον θεασαμένη, καὶ τι κἀκείνου προσιόντος αὐτῆ ἀπλήστερον, καὶ ἀχανέσαν μόνῳ τὸ τ' ὀργῆς τοῦ προσώπου, πάρεσις δ' ἀδὴς αὐτῆ ὑπὸ δίους λαμβάνει, καὶ τοῖς ἄγαν πλέον ἴσον ἀχανὲς ἐπέπεσεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ βέλπιον αἷμα τῆ θεῆ, τὴν δ' ἀγνοίαν μετέβαλε. καὶ δείσας ἀεὶ τ' γυναικὸς μὴ καὶ πάθη τι τῶν χειρόνων ὑπὸ τοῦ φόβου, ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ταῖς ἀγκάλαις αὐτὴν ὑπολαβὼν ἀνεκτᾶτο, κατασταζόμενός τε καὶ προσομιλῶν ἡδέως, καὶ θαρρεῖν προσκαλῶν & μηδὲν ὑποπτεύσειν σκυθρωπὸν ὅτι πρὸς αὐτὸν ἀκλητὸς ἦλθοι. τὸν δὲ νόμον τοῦτον πρὸς τοὺς ὑπηκόους κεῖσθαι τὴν ὁμοίως αὐτὸν βασιλεύσαν, πᾶσαν ἔχειν ἄδειαν. ταῦτα λέγων, τὸ σκῆπτρον αὐτῆς ἀνεπείθει τῆ χειρὶ, καὶ τὴν ῥάβδον ἐξέτεινεν ὅτι τ' αὐχένα αὐτῆς ἅψαι τὸν νόμον, ἀλλαβεῖν αὐτὴν ἀπολύων. ἡ δὲ ὑποθυμιάσασα, δέσποτα εἶπεν, οὐκ ἔχω σοι τὸ αἰφνίδιον τ' συμβεβηκότος μοι ῥᾳδίως εἰπεῖν. ὡς γὰρ εἶδόν σε μέγαν καὶ καλὸν καὶ φοβερὸν, δίδυς ὑπερχώρει μου τὸ πνεῦμα, & καταλειπόμην ὑπὸ τῆς ψυχῆς. μόλις δ' αὐτῆς καὶ ταῦτα φθεγγομένης, καὶ μ' ἀθυμίας, αὐτόν τε ἀγωνία καὶ ταραχὴ καταλάμβανε, καὶ τὴν ἐσθῆτα δι' ψυχεῖν & τὰ κρείττω προσδοκᾶν παρεθάρρυνεν, ὡς αὐτὸ καὶ τὰ ἥμισυ τῆς βασιλείας εἰ δέοιτο τούτων χωρήσοντος αὐτῆ. ἡ δὲ ἐσθὴς ὅτι ἐσίασιν αὐτὸν μετὰ ἀμάνου τοῦ φίλου πρὸς αὐτὴν ἐλθεῖν ἠξίωσε. παρεσκευάκειναι δὲ αὐτὴ δεῖπνον ἑλκυῆ. ὡς δ' εἰσέδυσε καὶ παρῆσαν, μεταξὺ πίνων,

& indulsisset peccatorum veniam, tum quoque eos à denunciato liberaret periculo. non enim sua culpa se venisse in discrimen infamis supplicij, sed ideo sæuire Amanem ira percitum, quòd soli Deo debitum adorationis honorem à se non tulerit, & propter diuinarum legum reuerentiam integrè seruatam, vniuerso generi moliri perniciem. Similes erant preces totius populi rogantis Deum vt eorum saluti prospiciat, & totum genus Israeliticum imminenti cladi eximat, quam videbantur sibi habere præ oculis. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu & omnibus deliciis: rogabátque miseratus daret ei apud regem quali maximè opus esset facundiam, & maiorem quàm vnquam antè formæ gratiam, vt modo vtroque permotus rex ad clementiam, & in ipsam fiat indulgentior, & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinantem æquis oculis aspiciat. Vtque in rege odium inimicorum ingeneret, omniúmque imminentium in eorum perniciem, ni ipse auertat infortunium. His precibus solicitata per triduum diuina miseratione, denuo mutat habitum: & sumpto cultu qui reginam deceat, cum duabus pedissequis, quarum altera sustinebat innixam leniter, altera à tergo sinuosam & fluentem in terram vestem summis attollebat digitis, ad regem venit, rubore genas suffusa, & maiestate mixtâ venustatem præferens, nec omnino à metu libera. Quem vbi conspexit sublimen in solio, insignémque cultu distincto auro & gemmis ac vnionibus, horror quidam eam repente subiit: & fortè roruiùs eam ac subirato vultu inspexerat: móxque attonita fluentibus membris in sustinentem ad latus totam se reiecit. Rex autem non dubium quin voluntate Dei mutatus extimuit, & solicitus ne quid grauius coniugi accideret, è solio se proripuit: blandéque in vlnas exceptam refouebat suaui alloquio, iubens bono animo esse securam quòd immocata venerit. legem enim illam latam esse in subditos. ipsi verò vt regni sociæ, licere omnia. Hæc locutus sceptrum in manum eius iuserut, & cerviceni eius virga permulcens aurea, legis metu omnino fecit liberam. Illa hoc pacto refocillata: Domine, inquit, eloqui non possum, quid mihi repente acciderit. vt enim te conspexi tanta majestate verendum, continuò refugiens interius defecit me animus. & cùm hæc verba ægrè languida & exili voce protulisset, magis etiam solicitus solari eam cœpit prolixius, paratum se quiduis gratificari pollicens, vel si dimidium regni sibi deposceret. Esther autem hoc tantùm rogauit, vt ad cœnam sibi paratam conuiua cum Amane amico veniret. Quod cùm annuisset, ambóque venissent,

Esth. 5.

inter pocula vxorem iubet dicere quidnam peteret. nihil enim non impetraturam, etiamsi regni partem cuperet: illa in craſtinum differre ſe petitionem dixit, ſi modò liberet ei redire cum Amane ad conuiuium. id verò libēter annuente rege, Aman admodum lætus abiit, quòd ſolus tali honore dignatus ſit, vt cum rege vocaretur à regina ad conuiuium, quod nemini alteri contigerat, & cùm obiter in palatio videret Mardochæum excanduit, quòd nullus ab eo ſibi honor exhiberetur: reuerſúſq; domum aduocata vxore Zaraza, & amicorum cohorte, apud eos denarrauit honorem, in quo eſſet tam apud regem quàm apud reginam. nam cùm ea die ſolus cum rege apud eam cœnaſſet, in craſtinam quoque ſe vocatum eſſe. vnum ſibi eſſe permoleſtum, quòd Mardochæum Iudæum videret in palatio. cúmque Zaraza diceret, oportere eum trabem quinquaginta cubitorum parare, & mane petita à rege poteſtate Mardochæum in eam crucem tollere: comprobata ea ſententia iuſſit familiares curare vt eiuſmodi trabs erigeretur in ſuo palatio, parata ad Mardochæi ſupplicium: id quod etiam mox factum eſt. Deus autem irriſit Amanis ſpem improbam, cui ſciebat euenturum longè aliud. Nam ea ipſa nocte ſomnum regi ademit: qui nolens vigiliæ tempus perdere: ſed malens in aliquod regni negocium id impendere, iuſſit ſcribam allatis commentariis res tam à ſe quàm à maioribus geſtas legere. quo legente, intellexit quendam ob rem egregiè geſtam donatum amplis poſſeſſionibus in regione, cuius nomen erat aſcriptum: alium ob fidem munera accepiſſe precij maximi. tandem ventum eſt ad eum locum, qui continebat Bagathoi & Theodeſtis eunuchorum coniurationem, Mardochæi detectam indicio. quo lecto cùm ſcriba ad aliud deinceps tranſiret, inhibuit eum rex, percontatus an non ſit adſcriptum redditum ei aliquod præmium. illo verò negante quicquam tale ſcriptum, iuſſit eum deſinere, & quota noctis hora eſſet ſcitatus eſt abeo, cuius hoc erat officium: & audito quòd eſſet iam diluculum, mandauit vt viſerent quiſnam amicorum adeſſet pro palatij foribus, ſibíque renunciarent. fortè autem Aman aderat, qui ſolito citius venerat, rogaturus Mardochæi ſupplicium. famulis verò renunciantibus Amanem eſſe pro foribus, iuſſit eum intro vocari. cui ingreſſo, Cùm ſciam, inquit, amicum te mihi præ cunctis beneuolum, rogo dā mihi conſilium, quomodo poſſim pro mea magnificentia honorare quendam mihi admodum carum hominem. tum Aman cogitans quancunque ſententiam protuliſſet, in rem ſuam fore, quòd ipſe præ cæteris regi carus eſſet: indicauit ei quòd putabat optimum his verbis: Si vis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare inſigni gloria, fac vt equo vehatur veſtitus ſicut tu, & aureo torque ornatus: & vnus aliquis ex intimis tuis amicis præconis ſpecie præcedat, clamans per totam vrbem quòd ſic honorabitur quem rex honorare voluerit.

Eſth. 6.

A τλὼ ἐλθέειν ἐπέλθοιεν αὐτῷ δηλοῦν τι βούλεται, μηδενὸς γὰρ αὐτυχήσειν, μηδ' αἰ τὸ μέρος τῆς βασιλείας ἐθέλοιτο λαβεῖν. ἡ δ' εἰς τλὼ ὕστερον ἀναβάλλεσθαι φάζειν αὐτῷ τλὼ αὐτῆς βούλησιν, εἰ πάλιν ἔλθοι πρὸς αὐτλὼ μετὰ ἀμάνου πρὸς ἐσίασιν. τῷ δὲ βασιλέως εὐνοχομήσαντος, ὁ ἀμάνης ἔχαλθε περιχαρὴς, ὅτι τᾷ μόνον ἠξιώθη συνδειπνεῖν τᾷ βασιλεῖ ἀλλὰ τῇ ἐσθῆτι. καὶ ὅτι μηδεὶς ἄλλος τοσαύτης τυγχάνει παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τιμῆς. ἐδὼν δ' ἐν τῇ αὐλῇ μαρδοχαῖον καθημενάντησεν, ἀλλὰ δὲ αὐτῷ παρ' αὐτῷ θεασαμένου πρὸς τιμὼ ἐχθρὼν. ἦ περελθὼν πρὸς αὐτὸν, τλὼ γυναῖκα ζαρέζαν ἐκάλεσε καὶ τοὺς φίλους. ὧν παρόντων διηγεῖτο τιμὼ, ἃς ὑ παρὰ τῦ βασιλέως ἀπόλαυσι μόνε, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς βασιλίσσης. καὶ γὰρ σύμμεσον ὡς δειπνήσειε παρ' αὐτῇ μόνος σὺν τῷ βασιλεῖ, ἐλπὶς πάλιν εἰς τλὼ ὕπνωσαν. ἔλεγέ τι μὴ ἀρίσπεδαι, μαρδοχαῖον ὁρῶντα ἐν τῇ αὐλῇ τὸν ἰουδαῖον. τῆς δ' γυναικὸς αὐτῦ ζαρέζας εἰπούσης κελεῦσαι ξύλον πηχῶν ν', καὶ πρωὶ παρὰ τῦ βασιλέως αἰτησάμενον ἀνασαυρῶσαι τὸν μαρδοχαῖον, ἐπαινέσας τὴν γνώμην, προσετάξε τοῖς οἰκέταις ξύλον ἑτοιμασαμένοις, ἕπεσθαι τῦτο ἐν τῇ αὐλῇ πρὸς τιμωρίαν μαρδοχαίε. καὶ τῦτο μὲν ἐν ἕτοιμον. ὁ δὲ θεὸς καταγελᾷ τ' ἀμάνου πομπεῖας ἐλπίδος, καὶ τὸ συμβησόμενον εἰδὼς, ἐτέρπετο τῷ ἐνυπνιαζομένῳ. τῦ γὰρ βασιλέως ἀφ' νυκτὸς ἀπείρης ἀφῃρεῖτο τὸν ὕπνον. ὁ δ' ἐβούλετο ἀργῶς ἀπολέσαι τλὼ ἀκρυπνίαν, ἀλλ' εἴς τι τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφερόντων αὐτῷ ἀναλῶσαι, τὸν γραμματέα κομίσαντα καὶ τῶν πρὸ αὐτῦ βασιλέων τὰ ὑπομνήματα καὶ τῶν ἰδίων πράξεων, ἀναγνῶναι αὐτῷ προσετάξεν. κομίσαντος δὲ καὶ ἀναγνόσποντος, εὑρέθη τις δι' ἀρισείαν ἐν τινι γέρας εἰληφὼς χώραν, ἧς καὶ τὸ ὄνομα ἐγέγραπτο. ἕτερον δὲ δεκάπισιν δωρειᾶς τετυχηκότα μυρίων, ἦλθε καὶ ὅτι βαγαθῶ καὶ θεοδέστει τοῖς ἐπιβεβλδίσασι δύσχους τῷ βασιλεῖ, ὧν μαρδοχαῖος μηνυτὴς ἐν γενόμενος. φθάσαντος δὲ μόνον τῦτο τὸ γράμματέως, καὶ μεταβάντος εἰς ἑτέραν πράξιν, ἐπέσχεν ὁ βασιλεὺς, πυθόμενος εἰ μηδὲν ἔχει γέρας αὐτῷ δεδομένον ἀναγεγραμμένον. ὁ δ' ὡς ἔφη μηδὲν εἴη, κελεύσας ποιχάζειν, τίς εἴη τῆς νυκτὸς ὥρα παρὰ τῷ δηλ τούτῳ τεταγμένον ἐπυνθάνετο. μαθὼν δ', ὡς ὀρθρός ἐστιν ἤδη, προστάξε τῷ φίλων ὃν ἂν πρὸ τ' αὐλῆς θρῶσιν ἤδη παρόντα, τῦτον αὐτῷ δηλοῦν. ἔτυχε δ' ὢν ἐν τῇ αἰμάνου διανοίᾳ. δᾶτον γὰρ τῆς συνήθους ὥρας ἐλθόντι, δεῖ τῷ μαρδοχαίου θανάτου δησόμενος αὐτῷ. τῶν οὖν θεραπόντων εἰπόντων, ὅτι ἀμάνης εἴη πρὸ τ' αὐλῆς, κελεῦσαι αὐτὸν εἰσκαλέσαι. εἰσελθόντος δ', φίλον εἶπεν εἰδὼς σε ἐμαυτῷ μόνον ἄνουν, συμβουλεῦσαί μοι ὃ μαλλον, πῶς ἂν τιμήσαιμι τινα σεμνόν ὑπ' ἐμοῦ σφόδρα, τ' ἐμαυτῷ μεγαλοφροσύνης ἄξιον. ὁ δ' ἀμάνης λογισάμενος ἐν ἑαυτῷ ὁ δὲ γνώμην ἄριστον ἂν ἕξειν ἐαυτῷ, φιλεῖσθαι γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τῦ βασιλέως μόνον, ἀν ὧντο ἄριστον εἶναι, ταύτην φανερὰν ἐποίησεν. εἶπε γὰρ, εἰ βούλοιτο τὸν ἄνθρωπον, ὃν φῄς ἀγαπᾶν, δόξῃ θεμελιῶσαι, ποίησον ἐφ' ἵππου βαδίζειν, τλὼ αὐτλὼ ἐσθῆτα σὺν φορεμάτα, καὶ θεμιαυχένιον χρυσοῦν ἔχοντα. καὶ θεράποντα τῷ ἀναγκαῖον φίλων ἕνα, κηρύσσειν δὲ ὅλης τῆς πόλεως ἐπὶ ταύτης τυγχάνει τῆς τιμῆς, ὃν ἂν ὁ βασιλεὺς τιμῶν.

B

C

D

E

F

G

ὁ μ

ὁ μὲν οὖν ἀμάνης, ταῦτα συνεβούλευεν, οἰόμενος εἰς αὐτὸν ἥκειν τοῦτο τὸ γέρας. ὁ δὲ βασιλεὺς ἡσθεὶς τῇ παραινέσει, προσελθὼν φησί, ἔχεις δὲ κατὰ τὸν ἵππον, καὶ τὴν στολὴν, καὶ τὸν στέφανον, ὃν ἐφίππιον μαρδοχαῖον τὸν ἰουδαῖον, καὶ ταῦτα σκεύασον ὡς, κήρυττε προάγων αὐτὸν τὸν ἵππον. σὺ γὰρ ἔφη μοι φίλος εἶναι λέγεις, κἀγὼ δόξαιμ' ἂν χρηστὸς σύμβουλος ἡγεῖσθαι, τούτων ἢ σοὶ παρ' ἡμῶν ἔσται σεσωσμένη μοι τὴν ψυχήν. τούτων ἀκούσας ὁ ἀμάνης πάσαν ἐλπίδα, τὴν δόξαν ἐνενόησε, καὶ πλησμὸς ἦν ἀμηχανίας, ἔζωσε ἄγων τὸν ἵππον, καὶ τὴν πορφύραν, καὶ τὸ χρυσοῦν περιαυχένιον. καὶ τὸν μαρδοχαῖον ὁρῶν πρὸ τῆς αὐλῆς, σάκκον ἐνδεδυμένον, ἐκέλευσεν ἀποθέμενον ἐνδύσασθαι τὴν πορφύραν. ὁ δὲ οὐκ εἰδὼς τἀληθὲς, ἀλλὰ χλευάζεσθαι νομίζων, ἐκέλευε πάντων ἀνθρώπων ἔπειτα, ὅταν ἡμῖν ταῖς συμφοραῖς ἐπιγελᾷς; πεισθεὶς δὲ ὡς ὁ βασιλεὺς αὐτῷ γέρας τοῦτ' εἶναι δεδωκὼς, ἀντὶ δ' σωτηρίας, ἣν αὐτῷ παρέσχε, τοὺς τότε ἐπιβουλεύσαντας εὐνούχους ἐλέγξας, ἐνδύεται τὴν πορφύραν, ἣν ὁ βασιλεὺς ἀεὶ φορῶν διατελεῖ, κἀκεῖθεν τὸ περιαυχένιον, κἀπιβὰς ὑπὸ τὸν ἵππον, ἐν κύκλῳ περιεῖπε τὴν πόλιν, ἀμάνε προάγοντος & κηρύσσοντος, ὅτι τοῦτ' ἔσται τῷ βασιλέως, ὃν ἂν τιμᾷ κἀτιμῶν ἄξιον δοκιμάσῃ. ἐπεὶ δ' ἐπέβαλλον τὴν πόλιν, ὁ μὲν μαρδοχαῖος, εἰσιόντι πρὸς τὸν βασιλέα, ἀμάνης δ' ὑπ' αἰσχύνης πρὸς αὐτὸν οὐ προσήνετο, καὶ μετ' ὀλοφύρων τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς φίλους τὰ συμβεβηκότα διηγεῖτο. οἱ δ' ἐκέτ' ἀμύνασθαι τὸν μαρδοχαῖον ἔλεγον δυνήσεσθαι, τὸν γὰρ θεὸν ἐκ σοῦ αὐτῷ. ταῦτα δ' τούτων ἔτι πρὸς ἀλλήλους ὁμιλούντων, ἦκον οἱ τῆς ἑσθῆτος εὐνοῦχοι τὸν ἀμάνην ὅτι τὸ δεῖπνον ἐπισπεύδοντες. σαβουχάδας τε τὸν εὐνοῦχον εἷς, ἰδὼν τὸν σανὸν ἐν τῇ ἀμάνου οἰκίᾳ πεπηγότα, ὃν ὅτι μαρδοχαῖον παρεσκεύακεσαν, κἀκ πυθόμενος παρά τινος τῶν οἰκετῶν ὅτι τὸ τοῦτον ἕνεκα ἑτοιμασάμενοι, γνοὺς δ' ὡς ὅτι τὸν μὲν βασιλίσσης θεῖον, τὸν γὰρ ἀμάνην μέλλειν αὐτὸν αἰτεῖσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς τιμωρίαν, τότε μὲν ἡσυχίαν ἦγεν. ὡς δ' ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ ἀμάνου δωρηθεὶς, ἤξιε τὴν βασίλισσαν λέγειν αὐτῷ τίνος βούλεται δωρεᾶς ὅπως τύχοι ὡς πληρώσων ὑπὲρ αὐτὴν ὅτι ἐπιθυμίαν ἔχει, τὸν τοῦ λαοῦ κίνδυνον ἀποδύρετο, κἀ πρὸς ἀπώλειαν ἔλεγε μετὰ τοῦ ἔθνους ἀπολεῖσθαι, διὸ κὰ ποιεῖσθαι περὶ τούτων τοὺς λόγους. ἐὰ γὰρ εἰς δουλείαν πιπρᾶν ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπεμπολησθῆναι. μέτριον γὰρ τοῦτο τὸ κακόν. παρεκάλει τε τούτων ἀπαλλαγῆναι. ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τίνος εἴη ταῦτα τολμήματα, κατηγόρει τὸ λοιπὸν ἤδη φανερῶς ἀμάνου, καὶ τοῦτον ὄντα πονηρὸν ἐπ' αὐτοὺς, κατεσκευακέναι τὸν βωμὸν ἔλεγε. ταραχθέντος δὲ πρὸς τοῦτο τοῦ βασιλέως, καὶ ἀναστήσαντος ἐκ τοῦ κότου ἐν τῷ συμποσίου, τῆς ἑσθῆτος ὁ ἀμάνης ἤρξατο δεῖσθαι, κὰ παρακαλεῖν συγγνώμην τῶν ἡμαρτημένων. συνῆκε γὰρ αὐτὸς ἐν κακοῖς ὤν. ὅτι τε τῆς κλίνης αὐτῆς ἐπεσόντος, κὰ τοῦ βασιλέα παροξυνθέντος, εἶναι ὦ κάκιστε πάντων ἀνθρώπων κὰ βιάζεσθαί μου τὴν γυναῖκα ἐπιχειρεῖς, ἀμάνε δὲ πρὸς τοῦτο καταπλαγέντος, κὰ μηδὲν ἔτι φθέγξασθαι δυνηθέντος, κὰ σαβουχάδας ὁ εὐνοῦχος παριὼν κατηγόρει τοῦ ἀμάνου, ὡς δέοι σανὸν ὅτι τῆς οἰκίας αὐτοῦ παρεσκευασμένον ὅτι μαρδοχαῖον.

A Id consulunt Aman putans hunc honorem non alij deberi quam sibi. Rex verò lætus: Ergo, inquit, vade, & sumpto equo, veste ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & sic ornatum equo insidentem ipse præcede; agens prætonem interim. nam tu amicus es intimus, & consilium quod dedisti exequeris optimè, debetur enim honor hic meæ vitæ conseruatori. His præter omnem spem auditis vix fuit compos animi, & cùm non haberet quid aliud faceret, exiuit cum equo, purpura & torque aureo: inuentúmque ante aulam Mardochæum

B sacco amictam, iussit eo deposito induere purpuram. Qui veritatem rei nescius, sed illudi sibi putans: Scelestissime, inquit, adeóne calamitati nostræ insultas? Persuasus tandem quòd rex hoc ei præmium pro accepta salute redderet, próque detectis eunuchorum insidiis, induit purpuram qua rex ipse vti est solitus: &

C ornatus torque, conscensóque equo vrbem obequitabat, præcedente Amane & clamante: Sic honorabitur quem rex honorare voluerit. Perlustratá deinde vrbe, Mardochæus ad regem ingreditur. Aman verò præ pudore domum se contulit, & cum fletu vxori ac amicis quæ contigerant narrauit. Respõderunt illi, ademptam iam ei omnem occasionem vindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifestè Deus sit propitius. Hæc illis adhuc colloquentibus,

D venerunt Estheris eunuchi, Amanem sine mora ad cœnam vocaturi: quorum vnus Sabuchadas visa cruce defixa in ipsius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, scitatúsque è quodam famulo in quem vsum parata sit: vt cognouit quòd reginæ patruo, quem Aman volebat à rege ad supplicium deposcere, tũc quidem siluit. *Esth. 7.*

Cæterùm postquam rex cum Amane suauiter epulis acceptus, iussit reginam indicare quidnam eum sibi largiri cuperet, accepturam quicquid petierit: cœpit deplorare periculũ sui po-

E puli, dicens se ad interitum cum tota sua gente deditam, & ideo nunc ea de re verba facere. Neque enim se negotia eius interpellaturã fuisse, si in amaram seruitutem vendi eos iussisset, quòd mediocrem hanc calamitatem duceret: nũc verò orare, vt se ab imminenti clade eripiat. Quærente autem rege, quisnam hoc moliretur, iam apertè accusando in Amanem inuecta est, dicens hunc, quòd pessimè erga eos affectus esset,

F autorem talis consilij. Tum rex turbatus recepit se in hortos è conuiuio: & Aman paratum sibi iam intelligens infortunium, cœpit apud reginam erratum suum agnoscere, & precari veniam: simúlque in lectum eius procubuit. Interim superueniens rex, & hoc viso magis etiam commotus: Scelestissime, inquit, etiam vim vxori meæ inferre vis? Amane autem ad hanc vocem exterrito, & ne hiscere quidem valente, ibi verò Sabuchadas eunuchus acce-

G dens accusabat Amanem, quòd in ædibus eius inuenisset crucem Mardochæo paratam.

id enim sibi compertum ex ipsius famulo, cùm ad inuitandum eum veniſſet. eſſéque eam crucem altam quinquaginta cubitos. Quo audito rex decreuit non alio ipſum afficere ſupplicio, quàm quòd in Mardochæum excogitauerat: iuſſitque vt confeſtim in eam crucem ſublatus necaretur. Subit hîc mihi admirari diuinam potentiam, iuſtitiámque ac ſapientiam vel ex hoc facto colligere, qui non ſolùm Amanem merito ſupplicio tradidit, verumetiam pœnam *Eſth.8.* in alterum excogitatam in caput inuentoris illo inſcio conuertit. Atque ita Aman immodicè amicitia regis vſus periit, & facultates eius reginæ donatæ ſunt. Mardochæus autem à rege accitus, qui iam cognatum eſſe coniugis ex ipſa didicerat, anuullũ accepit à eo qui priùs Amani fuerat concreditus. regina verò poſſeſſiones Amanis ei largita eſt. rogauit deinde regem vt Iudæis præſentem de vita metum adimeret, docens eum de Amanis Amadathis filij literis, ſparſis quàm latè pateret imperium, neque enim ſe poſſe viuere, niſi & patria ſalua & ſuis popularibus. rex autem pollicitus eſt nihil ipſa inuita ſe mandaturum, neque voluntati eius vlla in re contrà iturum. Permiſit etiam vt ipſius nomine quicquid vellet de Iudæis ſcriberet, & regio ſigillo obſignatas literas per omnes prouincias dimitteret. confirmatas enim regio ſignaculo, autoritatem habituras apud omnes qui eas legerint, & contradicturum eis neminem. Accitis igitur ſcribis regiis, iuſſit eos pro Iudæis ſcribere ad magiſtratus omnium gentium, quæ ſitæ ſunt Indiam inter & Æthiopiam ſub centum x x v 11. ſatrapis. quarum literarum exemplum hoc fuit: Rex magnus Artaxerxes magiſtratibus noſtris fidelibus S. Multi elati magnitudine honoris & beneficiorum quæ ex nimia conferentium bonitate percipiunt, non ſolùm erga inferiores exercent ſuperbiam, verumetiam contra ipſos autores beneficij non verentur inſolescere, quantum in ſe eſt tollentes omnem omnino gratitudinem, quæ vſquam eſt inter homines: & corrupti inopinata felicitate, abuuntur ea contra illos, per quos eam adepti ſunt, nec Deum quidem timentes, cuius numen putant ſe poſſe fallere. Ex his quidam propter amicitiã præpoſiti cum poteſtate adminiſtrandis publicis negotiis, priuatis indulgẽt odiis: & decipiẽtes eos quos penes ſummum eſt imperium, falſis criminibus ac calumniis efficiunt vt indignentur innoxiis, atq; ita miſeros adducunt in ſalutis periculum: id quod non è priſcis exẽplis aut fama auditis vobis poteſt eſſe ſuſpicuum, ſed ex facinore quod ſub noſtris admiſſum eſt oculis: vt poſthac non oporteat mentem adhibere qualibuſcunque criminibus vel potiùs calumniis, ſed de cognitis cauſis iudicare: & ſi quidem peccatũ ſit, ſeuerè animaduertere: ſin contrà, abſoluere: & rebus non verbis credere. Nanq; Aman filius Amadathis, genere Amalecita, & externi non Perſici ſanguinis

τοῦτο γὰρ αὐτῷ συνθαπτομένῳ τὸν οἰκέτην εἰπεῖν, ὅτι καλέσων αὐτὸν ὀλίγου τὸ δεῖνον ἔλθοι πρὸς αὐτόν. ἧς δὲ τὸν σταυρὸν ἔλεγε, ἐν πήχεων τὸ ὕψος. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας, οὐκ ἄλλῃ τιμωρίᾳ φθεῖραι ἔκρινε τὸν ἀμάνην, ἢ τῇ κατ' Μαρδοχαίου κατασκευῇ. καὶ παλίνους ἐνθυμήματα αὐτὸν ἐξ ἐκείνου ταυτοῦ πράττειν, διανοεῖσθαι. ὅθεν ἐπέρχεταί μοι τὸ θεῖον θαυμάζειν, καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ δικαιοσύνην καταμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἀμάνου παλαίσαντος πονηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ κατ' ἄλλου μεμηχανημένα τιμωρίαν, ταύτην ἐκείνου ποιήσαντος ἔργῳ. καὶ τοὺς ἄλλους μαθεῖν ἅπαντας γνῶναι παρεσκεύασε, ὡς ἃ κατ' ἄλλου τις παρασκευάσῃ, ταῦτα παθὼν καὶ αὐτὸς φῶτον ἑτοιμασάμενος. ἀμάνης μὲν οὖν ἀφῃρέθη παρὰ τοῦ βασιλέως χρώμενος τιμῇ, τοῦτον διαφθαρὲν τρόπον. τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ, ἐχαρίσατο τῇ βασιλίσσῃ. Μαρδοχαῖον δὲ ὁ βασιλεὺς μετεκαλέσατο, ἔγνω δὲ ἤδη ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν συγγενὲς ἐσθέν, ὃν ἔδωκεν ἀμάνη δακτύλιον, τοῦτον Μαρδοχαίῳ δίδωσι, δωρεὰν δὲ καὶ ἡ βασίλισσα Μαρδοχαίῳ, τὴν ἀμάνου κτῆσιν, καὶ δίκην τοῦ βασιλέως, ἀπαλλάξαι τοῦ περὶ τῆς ζωῆς φόβου τὸ τῆς Ἰουδαίων ἔθνος, ἀπολῦσαι τὰ γεγραμμένα κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν ὑπὸ ἀμάνου τοῦ Ἀμαδάθου. τῆς γὰρ πατρίδος αὐτῆς ἀφθαρείσης, καὶ τῶν ὁμοφύλων ἀπολομένων, οὐκ ἂν ἀνασωθῆναι τὸν βίον. ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπέσχετο μηδὲν ἀχαρὲς αὐτῇ ἐπιτελέσειν, μηδ' οἷς βούλεται ἐναντίον ἔσεσθαι. γράφειν δὲ ἃ βούλεται περὶ τῶν Ἰουδαίων ἐκείνῳ ἐκ τοῦ βασιλέως ὀνόματος, καὶ σημανάμενον αὐτὸ τῇ σφραγῖδι, πέμπειν εἰς πᾶσαν τὴν βασιλείαν. τοὺς γὰρ ἀναγνωσομένους τὰς ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ σημαντῆρος ἀσφαλισμένας ἐπιστολὰς, οὐδὲν δεῖ τῶν ἐγγεγραμμένων ἐναντιώσεσθαι. μεταπεμφθέντας οὖν τοὺς βασιλικοὺς γραμματεῖς ἐκέλευσε γράφειν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων, τοῖς τε οἰκονόμοις καὶ ἄρχουσι ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας, ρκζ σατραπῶν ἡγουμένοις. τὰ δὲ γεγραμμένα, τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. Βασιλεὺς μέγας ἀρταξέρξης, τοῖς ἄρχουσι καὶ τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι, χαίρειν. πολλοὶ δι' μεγάλης εὐεργεσίας καὶ τιμῆς, ὧν δι' ὑπερβολὴν χρηστότητος τῶν παρεχόντων ἐπαρθησάμενοι, οὐκ εἰς τοὺς ὑποδεεστέρους μόνον ἐξυβρίζουσιν, ἀλλ' ἤδη αὐτοῖς ἀδικεῖν ὡκνησαν τοὺς εὐεργετοῦντας, τὸ δύσχαρι ἐξ ἀνθρώπων ἀναιροῦντες. καὶ δι' ἀπειροκαλίαν τῶν οὐκ ἐξ ὧν ὑπεστάθησαν ἀγαθῶν, κόρον εἰς τοὺς ἀρίστους ἀφέντες, λήσεσθαι τὸ θεῖον ὅτι τούτοις νομίζουσι, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ διαφυλάξεσθαι δίκαιον. ἔνιοι δὲ τούτων πρὸς ἀσεβῆ πρᾶγμάτων ὑπερπεσόντες παρὰ τῶν φίλων, καὶ μῖσος ἴδιον ἔχοντες πρός τινας, συναλογισάμενοι τοῖς κρατοῦσιν φθόνον ἀρτίως καὶ διαβολὰς ἔπεισαν καὶ μηδὲν ἀδικοῦντων ὀργὴν ἀναλαβεῖν, ὑφ' ἧς ἐκινδύνευσαν ἀπολέσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων μόνον ἀκοῇ γνωρίμων ἡμῖν, ὅτως ἰδίᾳ ὄψιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τῶν παρὰ τοὺς ἡμετέρους ὄψεις τετολμημένων, ὡς διαβολὰς μὲν καὶ καταιτιάσεις μὴ προσίεσθαι ἐπὶ τοῦ λοιποῦ, μηδ' οἷς ἕτεροι πείθειν ἐπιχειροῦσι, κρίνειν ὅσα τις αὐτὸς οἶδε πεπραγμένα, καὶ κολάζειν μὲν αὐτὸν ἢ τοιαῦτα, χαρίζεσθαι δ' αὖ ἑτέρους ἔχῃ, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς, ἀλλὰ μὴ τοῖς λέγουσι προσέχειν. ὡς μὲν οὖν ἀμάνης, ἀμαδάθου μὲν παῖς, ἀμαληκίτης δὲ τὸ γένος, ἀλλότριος ὢν τοῦ περσῶν αἵματος,

ὑπεξανα-

ὑπὲρ ἐνωθεὶς ἡμῖν ἀπήλαυσε τῆς πρὸς ἅπαντα χρη- A hospitij iure primùm receptus, deinde per nostram bonitatem in tanto honore habitus, vt
στότητος, ὅπι τοσοῦτον ὡς πατέρα μου τὸ λοιπὸν προσαγορεύεσθαι, καὶ προσκυνούμενον ὑπ' patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atque secundum post nos locum obtinere, felicitatem suam ferre non
ἐμοῦ τὰ δεύτερα τῆς βασιλικῆς παρὰ πάντων τιμῆς ὑποφέρεσθαι, τὴν δ' τυχίαν οὐκ potuit, neque sobria mente magnitudinem
ἠνέγκεν, οὐδὲ σώφρονι λογισμῷ τὸ μέγεθος τῆς ἀ- honoris metiri: sed regno meo struxit insi-
γαθῶν ἐταμίευσεν, ἀλλὰ τῆς βασιλείας ἐπεβού- dias, & eo cui vitam & imperium debeo, be-
λευσέ με καὶ τῆς ψυχῆς τὸν ἄριστον αὐτῷ τ' ἐξου- B nefactore ac seruatore Mardochæo priuare me
σίας, ἀφελέσθαι τὸν διεργέτην μου καὶ σωτῆρα Μαρ- voluit, simúlque vitæ ac regni socia Esthere,
δοχαῖον, καὶ τὴν κοινωνὸν ἡμῶν τότε βίου Ἐσθ' ἀρ- malis artibus petitis ad interitum. Sic enim
χῆς ἐθήρευε, κακούργως καὶ μετὰ ἀπάτης πρὸς ἀ- orbato mihi hominibus amicissimis, impe-
πώλειαν αἰτησάμενος. Οὕτω γάρ με τῷ τρόπῳ rium postremò voluit adimere. Ego verò quo-
τῶν δυσσεβούντων ἐρημώσας, ἐβούλετο τὴν ἀρχὴν εἰς niam à scelesto homine destinatos neci Iu-
ἄλλους μεταβαλεῖν. ἐγὼ δ' Οὐ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἀλιτηρίου dæos non malos esse compertum habeo, sed
πρὸς ἀπώλειαν ἐκδοθέντας ἰουδαίους, ὑ πονηρὰ optimis institutis viuere, ac Deum colere eum
καταγνόντας, ἀλλὰ τὸν ἄριστον πολιτευομένους τρό- C qui & maioribus meis & mihi largitus est &
πον, καὶ τῷ θεῷ προσευχομένους, ὃς ἐμοί τε καὶ Οἷς seruat hoc imperium, non solùm absoluo eos
προγόνοις ἡμῶν τὴν βασιλείαν διεφύλαξεν, ὑ μόνον à pœna quæ prioribus continetur literis, per
ἀπολύω τῆς ἐκ τῶν προτέρων ὑπὸ ἀμάνου γραμμάτων τιμωρίας, οἷς ποιήσετε καλῶς μὴ προσ- Amanem ad vos transmissis, quibus mentem
έχοντες, ἀλλὰ καὶ τιμῆς αὐτοὺς ἁπάσης τυγχάνειν adhibere non debetis: verumetiam volo vt eos
βούλομαι. καὶ τὸν ταῦτα κατ' αὐτῶν μηχανησάμενον, omni honore persequamini, nam eum qui his
πρὸ τῶν πυλῶν τῶν ἐν σούσοις ἀνεσταύρωσα μετὰ perniciem molitus est, cum tota familia pro
τῆς γυναικὸς, τῷ πάντα ἐφορῶντος θεῷ, ταύτην portis Susorum in cruces suffixi, omnipoten-
αὐτῷ τὴν δίκην ἐπιβαλόντος. καλῶ δ' ὑμᾶς τὸ te Deo iustissimas pœnas à scelesto exigente.
ἀπήγγελτον τῆς ἐπιστολῆς ἐκθέντας εἰς ἅπασαν τὴν D Iubeóque vt transcriptis in plurima exempla
βασιλείαν, Τοὺς ἰουδαίους ἀφεῖναι Οἷς ἰδίοις νόμοις χρω- & per totam nostram ditionem vulgatis his li-
μένους, ζῆν μετ' εἰρήνης, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς ὅπως teris, Iudæos sinatis suis legibus in pace viue-
τοὺς ἐν οἷς ἠτύχησαν καιροῖς ἀδικήσαντας αὐτοὺς, ἀ- re: eísque ferre auxilio, vt possint pœnas sume-
μυνῶνται, τῇ ιγ τοῦ ιϐ μηνὸς, ὅς ἐστιν Ἀδὰρ, τῇ αὐ- re de illis qui eorum aduersis temporibus in-
τῇ ἡμέρᾳ. ταύτην γὰρ αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἀντὶ ὀλεθρίας, D iurias eis facere ausi sunt: idque decimatertia
σωτήριον πεποίηκεν. ἔσῳ δ' ἀγαθὴ μὲν Οἷς δυσὶν die mensis duodecimi qui est Adar: quando-
ἡμῖν, ὑπόμνησις δ' τῆς ὑπερβαλόντων κο- quidem Deus eam diem per internecina salu-
λάσεως. εἰδέναι μὲν Οἷ γε βούλομαι, Ἑ πόλιν καὶ tarem eis esse voluit: quæ quidem felix sit iis
πᾶν ἔθνος, κἂν τῆς γεγραμμένων τινὸς ὠλιγωρήσῃ, qui nobis bene cupiunt, & monumentum vl-
ὅπι κῆρυξι καὶ σιδήρῳ δαπανηθήσεται. τὰ μὲν Οἷ tionis de insidiarum machinatoribus. Notum
γεγραμμένα, περιενήχθη καθ' ὅλης τῆς ἡμῖν ὑπηκόου esse volo omnibus & vrbibus & gentibus,
χώρας, καὶ ὠδησκαλίσθησαν πάντες εἰς τὴν quòd quæcunque aliquid ex his quæ nunc
προγεγραμμένην ἡμέραν, ἵνα Οἷς ἐχθροῖς με- mandamus per inobedientiam facere neglexe-
τέλθωσιν. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς οἱ τὰς ὑπηκόους ἀγκο- rit, ferro & igni vastabitur. atque hæ literæ pro-
μίζοντες, ἅθις ἐξορμήσαντες τ' προκειμένην ὁδὸν E ponantur per vniuersam nostram ditionem, &
ἤλαυνον. ὁ δ' Μαρδοχαῖος ὡς ἀναλαβὼν τὴν βασιλικὴν accingant se vtique in præscriptam diem, vt se
στολὴν, Ἑ τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, Ἑ τὸν στρεπτὸν πε- de inimicis suis vindicent. Cum his literis con-
ριθέμενος προῆλθεν, ἰδόντες αὐτὸν ἅπαντες τετιμη- tinuò veredarij per omnes vias dimissi sunt.
μένον ὑπὸ τοῦ βασιλέως οἱ ἐν σούσοις ὄντες ἰουδαῖοι, Mardochæum verò cultu regio coronáque au-
κοινὴν ὑπέλαβον τὴν δωρεὰν αὐτῶν. χαρὰ δ' καὶ rea & torque ornatum è palatio prodeuntem
σωτήριον φέγγος ἐπιθεμένων τῆς τοῦ βασιλέως γραμ- vt videret Iudæi, felicitatem eam sibi quoque
μάτων, καὶ Οἷς κατὰ πόλιν τῆς ἰουδαίων, καὶ Οἷς κατὰ communem interpretati sunt. Ingens præter-
χώραν ἐπέσχεν. ὡς πολλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἀγὰ ea gaudium, quasi noua salutis luce oborta,
τὸν ἐκ τῶν ἰουδαίων φόβον περιτεμόμενα τὴν αἰδῶ, dum per singulas vrbes proponuntur regiæ li-
τὸ ἀκίνδυνον αὐτοῖς ἐκ τούτου περαγματεύσεσθαι. G teræ, Iudæos omnes quotquot vel oppida vel
καὶ γὰρ τοῦ ιϐ μηνὸς τῇ ιγ, ὃς κατὰ μὲν Ἑβραίοις Ἀ- agros habitarent occupauit: ita vt multi alia-
δὰρ καλεῖται, κατὰ δὲ μακεδόνας δύστρος, οἱ κο- rum gentium, metu eorum circuncidentes ve-
μίσαντες τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα ἐδήλουν, ὅ- renda, securitatem sibi hoc pacto quærerent.
πως καθ' ἣν ἡμέραν αὐτοὶ κινδυνεύειν ἔμελλον, ἐν Nam ad decimamtertiam diem mensis duo-
decimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dy-
stus dicitur, perlatæ literæ regiæ animabant
Iudæos, vt qua die ipsis imminebat exitium,
ea in inimicos impune sæuirent. quo factum
est vt procuratores, magistratus, satrapæ, ty-
ranni, reges in precio Iudæos haberent, omni-
bus modestiam indente metu ex Mardochæo.
post diuulgatas enim vbique regias literas,

ταύτῃ Οἷς ἐχθροῖς ἀπολέσωσιν. οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν σατραπῶν καὶ οἱ τύραννοι καὶ οἱ βασι-
λεῖς καὶ γραμματεῖς, εἶχον ἐν τιμῇ τοὺς ἰουδαίους. ὁ γὰρ ἐκ Μαρδοχαίου φόβος ἐπῆγε αὐτοῖς
σωφρονεῖν. τῶν δὲ γραμμάτων τοῦ βασιλικοῦ, ἃ πάσης τῆς ὑπ' αὐτῷ χώρας γνωμῶν σωίπτουσιν,

καθὼς ἐπέσταλκα, καὶ τὸ ἐκ τοῦ τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι καὶ ἔργον, τάς τε στοὰς & εἴ τι ἕτερον οἰκοδομῆσαι δέοι. ἡ
ὑπὸ τῶν ξύλων ὕλη, κομισθήσεται ἐξ αὐτῆς τ' ἰουδαίας, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, & ἐκ τοῦ λιβάνε, μηδενὸς
ἀφαιρεθησομένε τέλους. ὁμοίως & ἐκ τῶν ἄλλων ἐξ οἵων ἂν ὑπηρεσίαν γένεσθαι τῶ ἱεροῦ ὑπηρετεῖν δέοι.

non aliter quàm nauis fluctibus vtrinque oppugnata, inter prosperam & aduersam Antiochi fortunam iactatæ. Tandem victor Antiochus Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto verò Philopatore, filius eius magnum exercitum duce Scopa misit in Cœlesyriam: qui & multas eius vrbes & nostram gentem vi in potestatem eius retraxit. Aliquanto autem post Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congressus fit superior: cúmque recepisset occupatas à Scopa vrbes Cœlesyriæ simul & Samariæ, Iudæi quoque vltrò deditionem fecerunt: receptúmque intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt, & oppugnantibus præsidium in arce à Scopa relictum impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus æquum ducens aliquam Iudæis pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos suos & duces literas, testes beneficiorum quæ in ipsum contulerant, in quibus etiam significabat quomodo remunerari eos decreuit. earum exemplar subiiciam, citato priùs Polybij Megalopolitæ testimonio, ex libro historiarum eius XVI. Scopas, inquit, copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea versò impetu per hyemem Iudæorum gentem subegit. ac paulo pòst in eodem libro narrat quomodo victo Scopa Antiochus Batanéam, Samariam, Gadata, & Abila recepit: móxque Iudæi qui Hierosolyma & celebre eius loci templum incolunt, ad eum defecerunt: de quo cùm multa essent dicenda, ait se id in aliud tempus differre. & hæc quidem Polybius. nos autem narrationem continuabimus, inserta hîc priùs Antiochi epistola. Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniam Iudæi mox vt regionem eorum sumus ingressi studium erga nos suum declarauerunt, & in vrbem suam venientes splendidè exceperunt senatu obuiam progresso, exercituíque nostro & elephantis copiosè victum præbuerunt, & cum eo simul præsidium Ægyptiorum in arce expugnauerunt: visum est nobis gratiam aliquam eis reponere, & vrbem eorum refouere variis calamitatibus affectam, & in pristinam frequentiam restituere, reuocatis in eam qui nunc dispersi sunt habitatoribus. at primùm decreuimus pietatis ergò præberi eis in precium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argenteorum viginti millia, & ad similam secundum prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuagintaquinque: volóque vt hæc eis præbeantur ita vt mandaui: & quod deest templo absoluatur, siue porticus siue quid aliud ædificare opus fuerit. lignorum autem materies comportetur tam ex ipsa Iudæa quàm ex aliis gentibus & ex Libano, immunis à vectigalibus: quæ immunitas & aliis rebus conceditur ad apparatum atque ornatum templi pertinentibus.

Permittitur etiam eis vt omnes viuant iuxta A leges patrias: & remittitur senatoribus, sacerdotibus, scribis templi atque cantoribus tributum quod penditur pro capite, & aurum coronarium, & si quod est tributum aliud. Et vt eo citius vrbs frequentetur habitatoribus, concedo omnibus qui nunc eam habitant, quive ante hyperberetæum mensem eò se habitatum contulerint, immunitatem omnium tributorum vsque in triennium: remittimúsque eis in posterum tertiam partem tributorum, in præ- B teritorum damnorum compensationem. Et quotquot ex vrbe abrepti seruiunt, & ipsos & natos eorum volumus esse liberos, ac bona quoque eis restitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epistolam scripsisse, edictum etiam in honorem templi per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra septa templi ingredi contra voluntatem Iudæorum, sed solis, hoc facere fas sit, qui iuxta præ- C scriptum legis patriæ purificati priùs fuerint. Nemo etiam in vrbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri siue domestici, nec pantheræ aut vulpis aut leporis, aut cuiusuis omnino ex his animalibus quæ Iudæis vetitum est attingere, ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere: sed tantum solitas more maiorum mactare victimas, quibus Deus litari sibi vult. qui verò aliquid contra edictum hoc fecerit, trium mil- D hum drachmarum argenti mulctam luat sacerdotibus. Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit testimonium, quo tempore quosdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus studere comperit. Zeuxidem enim amicum præcipuum, in superioribus satrapiis ductátem exercitum, iussit quosdam è nostratibus apud Babylonem degẽtibus in Phrygiam mittere, scribens in hunc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales bene est, ego quoque va- E leo. Quia quosdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, videtur hoc negotium curam meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Mesopotamiam incolunt duo millia familiarum cum tota supellectili eo traducere, & locis opportunis per præsidia disponere. Persuasum enim habeo illos fore nostratum rerum custodes beneuolos: tum quia cæleste numen pie colunt, tum quia fides eorum & F promptum obsequium etiam maiorum nostrorum comprobatur testimoniis. Volo igitur vt eos, licet difficile videatur, traducas, pollicitus libertatem viuendi propriis legibus. perductis deinde ad iam dicta loca, tum ad ædificandas domos assignabis areas, tum agros ad colẽdum aruis & vinetis idoneos: immunitatemque dabis in decennium, ne quid pendere cogantur ex annuis tertæ prouentibus. & donec ipsorum agri fruges protulerint, demensum frumentum G accipiant in seruorum alimoniam: ac reliquis quoque tribuatur quantum satis est, vt benignè à nobis habiti alacriores sint in nostris negotiis. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atque hactenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolentia dixisse sufficiat.

πολιτευέσθωσαν δὲ πάντες οἱ ὲν τῷ ἔθνους κ̀ τοῖς πατρώοις νόμοις. ἀπολυέσθω ὴ ἡ γερουσία κ̀ ἱερεῖς κ̀ γραμματεῖς τῦ ἱεροῦ κ̀ ἱεροψάλται, ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς πλῆσι, κ̀ τῦ στεφανίτου φόρου, ₵ τῦ ἄλλου τῦ ἄλλων. ἵνα ὴ θᾶττον ἡ πόλις κατοικισθῆ, δίδωμι τοῖς τὰ νῦν κατοικοῦσι κ̀ κατελθοῦσιμένοις, ἕως ὑπερβερεταίου μηνὸς, ἀτελεῖς εἰ) μέχρι τριῶν ἐτῶν. ἀπαλύομεν ὴ κ̀ ὅσα τὸ λοιπὸν αὐτοῖς τὸ τρίτου μέρους τῦ φόρου, ὡς τε ἀντὶ ἐπανορθώσεως τῶν βλαβέντων. κ̀ ὅσοι ὲκ τῆς πόλεως ἁρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐτοὺς τε τούτους κ̀ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γεννηθέντας ἐλευθέρους ἀφίεμεν, κ̀ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι κελεύομεν. ἡ μὲν οὖν ἐπιστολὴ, ταῦτα προεῖπε. ἐπεμέλετο ὴ ₵ τὸ ἱερὸν, προγεγραμμένα κατὰ πᾶσαν τὴν βασιλείαν ἐξέθηκε, προεῖπε τάδε. μηδενὶ ἐξὸν εἶ) ἀλλοφύλῳ εἰς τὸν προβεβολωμένον εἰσπορεύεσθαι τὸ ἱεροῦ, πρὶ ἀπηγορευμένων τοῖς ἰουδαίοις, εἰ μὴ οἷς αὐ ἁγνισθεῖσιν ἔξεστιν ἐθιμον κατὰ τὸν πάτριον νόμον. μηδὲ εἰς τὴν πόλιν εἰσφερέσθω ἵππεια κρέα, μήτε ἡμιόνεια, μήτε ἀγρίων ὄνων κ̀ ἡμέρων, παρδάλεών τε κ̀ ἀλωπέκων κ̀ λαγωῶν, ₵ καθόλου πάντων πρὶ ἀπηγορευμένων ζώων τοῖς ἰουδαίοις. μηδὲ τὰς δορὰς εἰσφέρειν ἔξεναι, ἀλλὰ μηδὲ χρῆσθαι τι τούτων ἐν τῇ πόλει. μόνοις ὴ τοῖς προγονικοῖς θύμασιν ἀφ' ὧν κ̀ τῷ θεῷ δεῖ καλλιερεῖν, ὑπερτεθεῖσθαι χρῆσθαι. ὁ ὴ τούτων τι ποιῶν, ὑποτιννύετω τοῖς ἱερεῦσιν, ἀργύριον δραχμὰς χιλιάδας. ἐζημίωσε ὴ μάρτυρσιν ἡμῖν δυσέβειά τε κ̀ πίστιν λύσικα νεωτερίζοντα τὰ κ̀ τὴν φρυγίαν, ₵ λυδίαν ἐπύθετο. καθ' ὃν καιρὸν, ἐν ταῖς οὕτω σατραπείαις κελδέων ζεῦξιν τὸν αὐτῦ πρεσβύτην ₵ ἐν τοῖς μάλιστα φίλον πέμψαι τινὰς πρὸ ἡμετέρων ἐκ βαβυλῶνος εἰς φρυγίαν, γράφει ὅτως. βασιλεὺς ἀντίοχος ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν. εἰ ἔῤῥωσαι δ' αὖ ἔχοι. ὑγιαίνω ὴ κ̀ αὐτός. πυθανόμενος τοὺς ἐν λυδίᾳ κ̀ φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης διατροφῆς ἠπειλημένα τοῦτό μοι δεῖσθαι. κ̀ βεβουλευμένῳ μοι μετὰ τῶν φίλων τὶ δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ πρόσφορα κ̀ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τόποις πρὸ ἀπὸ τῆς μεσοποταμίας κ̀ βαβυλωνίας ἰουδαίων οἴκους δισχιλίους σὺν ὅπλοις μεταγαγεῖν. πέπεισμαι γὰρ οὕτως αὐτοὺς ἔσεσθαι πρὸ ἡμετέρων φύλακας, διὰ τὸ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν δυσέβειαν, κ̀ μάρτυρσιν μοι αὐτοὺς ὑπὸ πρὸ προγόνων εἰς πίστιν οἶδα κ̀ προθυμίαν εἰς ἃ προκαλοῦμαι. βούλομαι τοίνυν καθάπερ ἐρωτῶσίν σοι περὶ τῦ μεταγαγεῖν, ὑποχόμενος νόμοις αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. ὅταν δ' αὐτοὺς ἀγάγῃς εἰς τοὺς προειρημένους τόπους, εἰς τε οἰκοδομὰς οἰκιῶν δόσεις αὐτοῖς τόπον ἐκάστῳ, κ̀ χώραν εἰς γεωργίαν κ̀ φυτείαν ἀμπέλων. ₵ ἀτελεῖς πρὸ ἐκ τῆς γῆς καρπῶν αἰτήσεις ἐπ' ἔτη δέκα. μεχρὶσθωσαν ὴ ₵ ἄχρις οὗ τοὺς προσόδους ἐκ τῆς γῆς καρπῶν λαμβάνωσιν, ὅπον εἰς τὰς πρὸ θεραπόντων δαπανὰς. δίδοσθαι ὴ κ̀ τοῖς εἰς τὰς χρείας ὑπηρετοῦσι τὸ αὐτάρκες, ἵνα τῆς παρ' ἡμῶν τυγχάνοντες φιλανθρωπίας, προθυμότερον παρέχωσιν αὐτοὶ σφᾶς τὰ ἡμέτερα. προνοίαν ὴ ποιῶ κ̀ τῦ ἔθνους κ̀ τὸ δυνατὸν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλῆται. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀντίοχου φιλίας τῦ μεγάλου πρὸς ἰουδαίους ταῦτα ἡμῖν διεξελθόντως εἰρήσθω.

μ̀ ὴ

μετὰ ταῦτα φιλίαν καὶ συνθήκας πρὸς τὸν Πτολεμαῖον ἐποιήσατο. καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν πρὸς γάμον, καὶ διαχωρίσας αὐτῷ τὴν κοίλης συρίας καὶ σαμαρείας καὶ ἰουδαίας καὶ φοινίκης, φόρους ἐτάξατο. καὶ διαμεριζόντων εἰς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς τοὺς φόρους, τὰς ἰδίας ἕκαστοι τῶν ὑποτεταγμένων ἐπρονοοῦντο πατρίδας φορολογεῖν, καὶ συναθροίζοντες τὸ προσταχθὲν κεφάλαιον, τοῖς βασιλεῦσιν ἐτέλουν. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ σαμαρεῖς δὲ πεφάσκοντες πολλὰ τοὺς ἰουδαίους ἐκάκωσαν, τὴν τε χώραν αὐτῶν τεμόντες, καὶ σώματα διαρπάσαντες. ἠλαύνετο δ' Ἰαῦτα ὅτι ἀρχιερεὺς ὀνίας τελευτήσαντος μὲν ἐλεαζάρου, τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ θεῖος αὐτοῦ μανασσῆς ἔλαβε. μετ' ὀλίγα δὲ καταστρέψασθαι τὸν βίον, ὀνίας τὴν τιμὴν ἐδέξατο, σίμωνος υἱὸς ὢν τῆς δικαίου κληθέντος. σίμων δ' ἦν ἀδελφὸς ἐλεαζάρου κατὰ πατέρα προελθών. ἦσαν δ' ὀνίᾳ, βραχὺς ἦν τὴν ψυχὴν καὶ χρημάτων ἦττων, καὶ ἐξ τοῦτο τὸν ὑπὲρ τῶν λαῶν φόρον, ἃ τοῖς βασιλεῦσιν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐτέλουν ἐκ τῶν ἰδίων, τάλαντα εἴκοσιν ἀργυρίου μὴ δοὺς, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τὸν βασιλέα πτολεμαῖον δωργέτην, ὃς ἦν πατὴρ τοῦ φιλοπάτορος. καὶ πέμψας εἰς ἱεροσόλυμα πρεσβυτὴν, ἠπείλει τὸν ὀνίαν, ἐὰν μὴ ἀποδιδόντα τοῖς φόροις. καὶ παραιτεῖται κληροῦχήσειν αὐτῷ τὴν γῆν, ἐὰν μὴ πέμψειν τοὺς στασιάζοντας στρατιώτας. ἀκούσαντες δὲ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ ἰουδαῖοι συνεχύθησαν, τὸν δ' ὀνίαν οὐδὲν τούτων ἐδυσώπησε διὰ τὴν φιλοχρηματίαν.

Post hæc amicitia Ptolemæo coniunctus est & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & concessa dotis nomine Cœlesyria, vnà cum Phœnice, Iudæáque & Samaria: diuisisque inter vtrumque regem vectigalibus, optimates suæ quisque patriæ exactionem eorum redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, conferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samaritæ rebus secundis elati, sæpe Iudæos infestabant agros vastando, & abducendo in captiuitatem homines, maximè sub Onia pontifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus pontificatum assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotium Simonis Iusti filius, quem Simonem Eleazari fratrem fuisse diximus.

Is Onias pusillanimis erat, & auarus: quæ causa fuit vt tributum, quod pro populo maiores eius de suo solebant regi pendere, talenta argenti viginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrem Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato incusabat Oniam quod tributum non redderet: minabatúrque ni faceret regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eò deducturum. quod audientes Iudæi perterriti sunt, licet Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam.

IV.

Κεφάλαιον δ'.

Ἐπὶ τούτοις ἀτυχίας ἐπανορθοῖται ὁ ἰωσήπου τοῦ τωβίου, στρατηγὸν φιλίας ἕνεκα πτολεμαίου.

Cap. IV.

Ioseph̃us Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus.

Ἰώσηπος δέ τις, νέος μὲν ἔτι τὴν ἡλικίαν, ὅτι σεμνότητι καὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς ἱεροσολυμίταις, τωβίου μὲν πατρὸς, ἐκ δὲ τῆς ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφῆς γεγονὼς, διηλωκὼς δ' αὐτῷ καὶ μητρὸς τὴν τοῦ προσδοκωμένου παρουσίαν, ἔτυχε γὰρ αὐτὸς ἀποδημῶν εἰς φιχόλαν κώμην ἐξ ἧς ὑπῆρχεν, ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐπέπληττε τῷ ὀνίᾳ, μὴ προνοουμένῳ δ' ἀσφαλείας τῆς πολιτῶν, ἀλλ' εἰς κινδύνους τὸ ἔθνος ἑκουσίους βαλουμένῳ διὰ τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, δι' ἃ καὶ τοῦ λαοῦ τὴν προεδρίαν λαβεῖν αὐτὸν ἔλαχε, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν τιμὴν ὑπάρχειν. οἱ δ' ἀρχιπειρατικῆς τιμῆς

Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipse A
verò egressus ex templo legatum regium excepit hospitio, & donatum pretiosis muneribus, lautéque per aliquot dies acceptum, præmisit ad regem, dicens se quoque mox secuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accensus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat vt in Ægyptum veniret, operámque suam obtulerat: effecturum enim se vt quicquid opus haberet, à rege impetraret facilè. Vehementer enim captus est liberalibus honestissimi iuuenis moribus. Cæterùm B
reuersus in Ægyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitudinem, multum interim prædicata Iosephi bonitate: quem breui venturum aiebat, & patrocinaturum populo, cuius curam propter pontificis segnitiem susceperit. Tantis denique iuuenem assiduè ornabat laudibus, vt & rex & regina Cleopatra erga absentem adhuc affecti essent optimè. at Iosephus missis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuo C
sumerent, satis iam instructus ad profectionem iumentis, vestibus & poculis, impensis in hæc viginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriam. Forte fortuna ita accidit, vt illo ipso tempore ad regem venirent omnes Syriæ ac Phœnices vrbium principes ad emenda vectigalia, quæ singulis annis rex vendebat oppidanorum potentioribus. hi videntes Iosephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & D
inopiam. qui cùm apud Alexandriam audissent, Memphi Ptolemæum esse, profectus est illi obuiam. Sedente autem rege in curru vnà cum regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hierosolymis hospitio Iosephi vsus fuerat) conspicatus eum Athenio mox regi notum reddidit, dicens hunc esse illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hierosolymis reuersus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum salutauit, & currum iussit E
conscendere. quo facto Oniam accusare cœpit. At Iosephus: Danda est, inquit, senectuti venia. Scis enim quòd senes & pueri eundem habent animum. Nos autem iuuenes officio nostro non deerimus, vt nihil de nobis meritò possis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex degustata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare vt iuberet eum diuersari in regia, & quotidie suæ mensæ adhiberet. quod cùm primates Syrorum viderent apud Alexandriam, F
indignè ferebant. Cúmque dies auctionis venisset, qua addicenda erant vectigalia, licitabantur ea nobiles suæ quisque patriæ: & cùm octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cœlesyriæ Phœnicésque & Iudææ ac Samariæ, accedens Iosephus culpabat illos licitatores, tanquam de composito tam paruum regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorum G
confiscationibus, quæ priùs publicanis solebant accedere. Rege verò libenter hæc audiente,

καὶ τὸ μὲν πλῆθος τούτων ἀκούσαν, ἠχαρίστει τῷ
Ἰωσήπῳ. καταβὰς δ' αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ξενίᾳ
τε ὑποδέχεται τὸν Ἀθηνίωνα τὸν Πτολεμαίου πεφιλημένον, καὶ δωρησάμενος αὐτὸν πολυτελέσι δωρεαῖς, καὶ ὅτι πολλαὶ ἐσιάσας φιλοτίμως ἡμέρας, προέπεμψε πρὸς τὸν βασιλέα, φράσας αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἀκολουθήσειν. καὶ δὴ ἔτι μᾶλλον ἐπηύξησε πρόθυμος
πρὸς τὴν ἄφιξιν τοῦ Ἀθηνίωνα τὸν βασιλέα, τῷ φρονήματι
προσεψαμένου, καὶ παρορμήσαντος εἰς ἀγῶνα ἐλθεῖν,
καὶ πάντων ὧν αἰτήσηται παρὰ τοῦ Πτολεμαίου τυχεῖν
αὐτὸν ποιήσειν ὑποσχημένου. τὸ μὲν ἐλεύθερον αὐτοῦ
καὶ τὸ σεμνὸν τοῦ ἤθους, λίαν ἠγάπησε. καὶ ὁ μὲν πρεσβύτης ἐλθὼν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ τὴν τοῦ υἱοῦ ἀγνωμοσύνην, καὶ ὡς εἰς τὴν τοῦ Ἰωσήπου χρηστότητος ἐδήλου, καὶ ὅτι μέλλει πρὸς αὐτὸν ἥξειν, παραπησόμενος τὴν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. αὐτὸς
δὲ αὐτὸ πρὸς ἄτλω. ἀμέλει τοσαύτην πρὸς τὴν ἐγκαμίων τοῦ νεανίσκου διετέλεσε χεόμενος εὐνοίαν, ὥστε
καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πλειστέραν, προσδιέθηκεν οἰκείως ἔχειν πρὸς τὸν Ἰώσηπον
ἔτι παρόντα. ὁ δὲ Ἰώσηπος ἀφαπέμψας πρὸς τοὺς
φίλους εἰς σαμάρειαν, καὶ δανεισάμενος ἀργύριον, καὶ τὰ
πρὸς τὴν ἀποδημίαν ἑτοιμασάμενος ἐσθῆτας τε καὶ
σκεύωματα καὶ ὑποζύγια, καὶ ταῦτ' ὡς πρὸς δισμυρίας δραχμὰς ἀθροίσας, εἰς ἀλεξάνδρειαν παρεγένετο. ἔτυχε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν
πάντας ἀναβαίνειν τοὺς ἐκ τῆς πόλεως τῆς Συρίας καὶ
Φοινίκης πρώτους καὶ ἄρχοντας, ὅπως τὴν τελῶν ὠνῶν.
κατ' ἔτος δὲ ταῦτα τοῖς δυνατοῖς τῆς ἐν ἑκάστῃ πόλει
ὑπῆρχεν ὁ βασιλεύς. ὁρῶντες οὖν ἔτοι κἀτὴν ὁδὸν
τὸν Ἰώσηπον, ἐχλεύαζον ὅτι πενία καὶ λιτότητι. ὡς δ'
εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος, ἐν μέμφει τὸ βασιλέα
Πτολεμαῖον ἥκοντα, ὑπαντιόμενος ἀνέβαινεν αὐτῷ. καθεζομένῳ δὲ τὸ βασιλέως ὅτι ὀχήματος μετὰ τῆς
γυναικὸς, καὶ μετ' ἀθηνίωνος τοῦ φίλου, ἔνθ' δὴ λιὼ ὁ πρεσβύσας εἰς ἱεροσόλυμα καὶ τὸν Ἰώσηπον ξενιδείᾳ,
θεασάμενος αὐτὸν ὁ ἀθηνίων, διὰ τὸ ἐπαίειν τοῦ βασιλέως γνώριμον, λέγων τάδον εἶναι, πρὸς ὃ τὸν ἀναβαίνοντος ἐξ
ἱεροσολύμων ἀπήγγειλεν ὡς ἀγαθός τε εἴη καὶ φίλοτιμος νεανίσκος. ὁ δὲ Πτολεμαῖος, θαρσῶν τε αὐτὸν ἐκέλευσε,
καὶ ἀναβαίνειν ὅπως τὸ ὄχημα παρεκάλεσε. καὶ καθισθέντος πρὸς τὴν οἰκίαν θεατιζομένων ἤρξατο ἐγκαλεῖν.
ὁ δὲ συγγνώσεσθαι φησιν αὐτῷ διὰ τὸ γῆρας. καὶ δὲ λεγθείσι ὅτι πάντως, ὅτι μὴ τοὺς πρεσβύτας καὶ τὰ παῖδα
τὸν αὐτὸν ἔθος ἐστὶν ἔχειν συμβαίνει. ἔνθα δὲ ἡ πόλις
ἔσαν τὴν νέων ἅπαντα, ὡς τε μηδὲν ἐπιτελεσθαι. πιθεὶς δὲ ὅτι τῇ χάριτι καὶ ἀτρεπτείᾳ τοῦ νεανίσκου,
μᾶλλον αὐτὸν ὡς ἤδη πεπειρασμένος ἀγαπᾶν ἤρξατο,
ὡς ἔνια τοῖς βασιλέοις αὐτὸν κελεύσας ἐνδιατρῖβειν,
καὶ καθημέραν ὅτι ἐσιάσεως τὴν ἰδίαν ἔχων. ἐφοιτῶμεν δ' ἐν ἀλεξανδρείᾳ τὸ βασιλέως, ἰδόντες οἱ πρῶτοι
τῆς συσίας συνεκαθεζόμενον αὐτῷ τὸν Ἰώσηπον, ἀνδρῶν ἔφεσιν. ἐνεργάσης δὲ τὴν εὐσέβειαν καὶ ἐμελλε τὰ
πλήθη πιπρασκέσθαι τῶν πόλεων, ἠνόρασον οἱ τοῖς ἀξιώμασιν ἐν τοῖς πατρίοις ἐκφέροντες. εἰς ἑκατὸν μύρια δὲ
τάλαντα συναθροιζόμενα τῆς τῶν κοίλης συρίας τελῶν, καὶ τῆς τε φοινίκης καὶ ἰουδαίας, σὺν τῇ σαμαρείᾳ,
προσελθὼν ὁ Ἰώσηπος, τοὺς μὲν ὠνουμένους ἐκέλευεν ὡς συνθεμένους ὀλίγῳ αὐτῷ πλείω ὑφέσθαι τῶν
τελῶν. αὐτὸς δὲ διπλασίονα δώσειν ὑπισχνεῖτο. καὶ τῆς ἁμαρτόντων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὰς οὐσίας ἐκπέμψειν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς τέλεσι συνεπεφέσκετο. τῷ δὲ βασιλέως ἡδέως ἀκούοντος,

καὶ ὡς

καὶ ὡς εὔξοιτο τῷ θεῷ δοῦναι αὐτῷ κατὰ χρεῶν τὴν A & vt amplificatori redituum suorum addictu-
ἀπὸ τῆς τελῶν ἀνείνῳ φήσαντος, ἐρομένου ἢ καὶ τοῦτο, εἰ τοὺς ἐγγυησομένους αὐτὸν ἔχει δοκίμους, σφόδρα ἀσφαλῶς ἀπεκρίνατο, δώσω δ' εἰπὼν ἀνθρώπους ἀγαθοὺς τε καὶ καλοὺς, οἷς οὐκ ἀπιστήσετε. λέγειν ἢ τούτους οἱ τινες εἰσὶν εἰπόντος, αὐτὸν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ σε, καὶ τὴν γυναῖκα τῷ σῷ, ὑφ' ἑκατέρου μέρους ἐγγυησομένους δίδωμί σοι. γελάσας δ' ὁ πτολεμαῖος, συνεχώρησεν αὐτῷ δίχα τῆς ὁμολογουμένων, ἔχειν τὰ τέλη. τοῦτο σφόδρα τοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων εἰς τὸ ἄγυιον ἐλθόντας ἐλύπησεν, ὡς παραδοκιμηθέντας. B οἱ μὲν ἐπανῆκον εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι πατρίδας μετ' ἀρχαίης. ὁ δ' ἰώσηπος λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως στρατιὰν ἱππέων τρισχιλίους, ἠξίωσε δὲ τινὰ βοήθειαν λαβεῖν, ἵνα τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονοῦντας ἔχῃ διάζεσθαι. καὶ δανεισάμενος ἐν ἀλεξανδρείᾳ, παρά τινος τῶν βασιλέως φίλων τάλαντα πεντακόσια, εἰς συρίαν ἐξώρμησε. γνόμενος δ' ἐν ἀσκάλωνι, καὶ τοὺς φόρους ἀπαιτῶν C τοὺς ἀσκαλωνίτας, ἐπεὶ μηδὲν ἐβούλοντο διδόναι, ἀλλὰ καὶ παρεμύθουν αὐτὸν, συλλαβὼν αὐτῶν τοὺς πρωτεύοντας ὡς εἴκοσι, ἀπέκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς χίλια τάλαντα, ἀθροισθείσας ἔπεμψε τῷ βασιλεῖ, δηλῶν αὐτῷ τὰ γεγενημένα. θαυμάσας δ' αὐτὸν ὁ πτολεμαῖος τὸ φρόνημα, καὶ τῷ πεπραγμένῳ ἐπαινέσας αὐτὸν, ἐφῆκεν αὐτῷ ποιεῖν ὅ τι βούλεται. τοῦτ' ἀκούσαντες οἱ σύριοι κατεπλάγησαν, D καὶ δεῖγμα τῆς ἀσεβείας χαλεπὸν ἔχοντες τοῖς τῶν ἀσκαλωνιτῶν ἀνδράσι ἀπηρημένοις, ἀνοίγοντες τὰς πύλας ἐδέχοντο προθύμως τὸν ἰώσηπον καὶ τοὺς φόρους ἐτέλουν. ὑπηκοουμένων δὲ καὶ συνθοπολιτῶν ὑβρίζεν αὐτὸν, καὶ μὴ παρέχειν τοῖς φόροις αὐτῷ, οὓς μηδὲν ἀμφισβητοῦντες ἐτέλουν, καὶ τούτων ἀποκλείστας τοῖς πρώτοις, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. συναγαγὼν δὲ πολλὰ χρήματα καὶ κέρδη ποιήσας μεγάλα ἀπὸ τῆς ὠνῆς τῶν τελῶν, εἰς τὸ διαμεῖναι E τὴν ὑπαρχοῦσαν αὐτῷ δύναμιν τοῖς ὅσοι κατεχρήσατο, τὴν ἀφορμὴν αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς τότε δυτυχίας τηρεῖν, φεύγειν ἡγούμενος, ἐξ αὐτῶν ὧν αὐτὸς ἐσκέπτετο. πολλὰ δὲ τοῦ χείρα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ κλεοπάτρᾳ δῶρα ἐπεμψε, καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ αὐλῇ δυνατοῖς, ὠνούμενος διὰ τούτων τὴν δύνοιαν τὴν παρ' αὐτῶν. ἀπήλλαττε δὴ ταύτης τῆς δυτυχίας, ἐπ' ἔτη κδ'. πατὴρ F μὲν ἠγοράσθη καὶ μιᾶς γυναικὸς, παίδων ζ'. ποιησάμενος δὲ καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σολυμίου θυγατρὸς ἕνα υἱοκαλούμενον. γαμεῖ δὲ ταύτην ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ποτὲ εἰς ἀλεξάνδρειαν ἐλθὼν ἀφανῆ τὴν θυγατέρα γάμων ὥραν ἔχουσαν, ὅπως αὐτῷ συνοικήσῃ τινὶ τῶν ἐπ' ἀξιώματος ἰουδαίων, καὶ δεινῶν φόβον τῷ βασιλεῖ, ὀρχησαμένης ἐπελθούσης εἰς τὸ συμπόσιον δωρησαμένοις, G ἐραθεὶς τῷ ἀδελφῷ τοῦτο μεμένει, φόβον αὐτὸν ἔχει καὶ νόμων κεκωλυται τοῖς ἰουδαίοις ἀλλοφύλῳ παννυχίζειν γυναικὶ, συγκρύψαντα τὸ ἁμάρτημα καὶ δῶρον ἀγαθὸν χρώμενον, φόβον ἔχειν αὐτὸν ὡς τὸ πληρῶσαι τὴν ὀπτυμίαν. ὁ δ' ἀδελφὸς ἀσμένως δεξάμενος τὸν ἀγῶνα, κοσμήσας τὴν αὐτοῦ θυγατέρα πέμπει πρὸς αὐτὸν, καὶ συγκατακοίμησεν. ὁ δ' ὑπὸ μέθης ἀγνοήσας τὸ ἀληθὲς, συνέρχεται τῇ τοῦ ἀδελφοῦ θυγατρί. καὶ τούτου γενομένου πολλάκις, ἠράσθη σφοδρότερον. ἔφη δ' καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὡς κινδυνεύοι τὸ ζῆν ἐρῶν τῆς ὀρχηστρίδος, ἧς ἴσως οὐκ ἂν αὐτῷ δοθῆναι χωρήσειν τὸν βασιλέα.

rum se prorsus omittente, rogante tamen ex quos hi-deiussores haberet, fiducie respondit, datutum se homines probos & honestos, quibus non grauaretur credere. Quos vt proferret postulatus: Te, inquit, rex dabo, tuámque coniugem, vt alter alteri pro me fideiubeat. Tum rex arridens permisit eum absque fideiussione habere vectigalia. id quod valde molestum fuit his qui posthabiti fuerant, non sine pudore in patriam reuertentibus. Iosephus autem acceptis à rege duobus militum millibus, quos ideo petierat vt posset contumaces in vrbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regis quingenta talenta, profectus est in Syriam. Et cùm venisset Ascalonem, tributumque à ciuibus exigeret, & non solùm nihil acciperet, sed conuitiis etiam appeteretur: comprehensos circiter viginti eorum primates affecit supplicio: & redactis ex eorum facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam transmisit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permisit ei quicquid vellet facere. Hoc audito Syri, exemplo recenti castigatæ in Ascalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Iosephum excipientes tributa soluebant. Cúmque etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more solito tributa dependere, horum quoque necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem misit: comparatísque multis pecuniis & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam vsus est, prudenter existimans optimum esse iam partam felicitatem tueri ex ipsius redditibus. multa namque munera regi atque reginæ in manum mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto sibi concilians. Vsus est autem ea prosperitate per annos XXII. ex vna vxore procreatis septem filiis, suscepto etiam vno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occasione duxit coniugem. Cùm aliquando venisset Alexandriam cum fratre, ducente secum filiam nubilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingressam in conuiuium formosam saltatriculam adamauit, solique fratri hoc indicauit, rogans vt quandoquidem lege vetaretur habere rem cum fœmina alienigena, subseruiret ei vt clàm ea potiri posset. Frater verò libenter operam suam pollicitus, ornatam filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parum sobrius, per errorem cum fratris filia congressus est: & cùm hoc sæpius fecisset, magis etiam in amorem accensus, conquestus est apud fratrem quòd periculum esset, ne non posset excutere amorem saltatriculæ, quã fortè rex nollet ei cedere.

Tum Solymius ait non esse opus vt hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem eam ducere: fassus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Ioseph⁹ collaudata tam fraterna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eáque genuit quem diximus, Hyrcanum filium. Is cùm annos natus tredecim adulescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se concitauit odia, quòd eos in omnibus videretur antecellere. Ioseph⁹ enim volens cognoscere quisnam ex his ad virtutem esset idoneus maximè, vnumquemque misit ad eos qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi verò propter segnitiem & laborum impatientiam indocti domum reuersi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis iugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, vt illic sementem faceret: sed prius subtractis clàm loris, quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postquàm peruentum est, cùm non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolénsque interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est quiddam veterano duce magis dignum quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat, sementéque facta, domum rediit. Pater autem reuersum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, vt solum germanum filium, magis etiam posthac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea venit quidam nuncians quòd regi Ptolemæo natus sit filius: versíque omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Iosepho ob ætatem iam grauantem domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam profectionem suscipere: & recusantibus cæteris, quòd se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum regibus, suadentibúsque vt Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogátque ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regem salutatum accederet. qui cùm promptè eam profectionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore diceret: velle enim se frugaliter viuere, vt decem drachmarum millia sufficiant, admodum lætatus est filij prudentia. Deinde puer cùm aliquandiu siluisset, suasit patri ne domo quicquam munerum regi mitteret: sed vt ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, vt pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id quod inueniret pulcherrimum & pretiosissimum. Ille verò ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filii consilio, scripsit procuratori Arioni,

τῷ ἠ ἀδελφοῦ, μηδὲν ἀγωνιᾶν ἐφεστηκότας, ἀπολαύειν δ' ἧς ἐρᾷ μετ' ἀδείας, & γυναῖκα ἔχειν αὐτὸν ἐφασκεν, & παλιν θῆς αὐτῷ φανερὸν ποιήσαντος, ὡς ἕλοιτο μᾶλλον τὴν ἰδίαν ὑβρίσαι θυγατέρα, ἢ τοιοῦτόν τι ἐπεῖνον ἐν αἰσχύνῃ ἡγούμενον. ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ Ἰώσηπος ἐπ' φιλαδελφίας, συνῴκησεν αὐτὸς τῇ θυγατρὶ, & παῖδα ἐξ αὐτῆς ἐγέννησεν ὑρκανὸν ὄνομα ὡς προεφήκαμεν. ἐπεὶ δ' ἦν ἐν ἡλικίᾳ ὁ παῖς νεώτερος ἐπεδείκνυτο τὴν φυσικὴν εὐφυΐαν & σύνεσιν, ὡς ζηλοτυπηθῆναι δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι πολὺ κρείττονα & φρονιμωτέραν διανάμενον, τῷ ἠ Ἰωσήπου γνώμην θελήσαντος τις αὐτῶν τῶν υἱῶν πρὸς ἀρετὴν ἐπίφυσιν, & καθ' ἕνα πέμψαντος πρὸς τοὺς παιδεύοντα τότε δόξαν ἰσχύοντας, οἱ λοιποὶ μὲν ὑπὸ ῥαθυμίας & πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, αὐόπτοι & ἀμαθεῖς ἐπαύσαντο αὐτῶν. μόνῳ δ' ἐκείνους τὸν νεώτατον ὑρκανὸν δεῦρο αὐτῷ τ' ζεύγη βοῶν, ἐξέπεμψεν ὁδὸν ἡμερῶν β εἰς τὴν ἐρημίαν, ἀπεσιωπᾶτα τὴν γῆν, ἀποκρύψας τοὺς ζεύγατέρας ἱμάντας. ὁ ἠ γνούμενος ἐν τῷ τόπῳ & τοὺς ἱμάντας ἐκ ἔχων, τῆς μὲν τοῦ βουλαιτοῦ γνώμης κατηλόγησε, συμβεβλῆσθαι πέμπειν πρὸς τὸν πατέρα κομιοῦντας τινὰς τοὺς ἱμάντας. τὸν ἠ ἡγεμόνα ἡγησάμενος μὴ δεῖν ἀπολλύναι προσμένοντα τοὺς ἀποσαλησομένους, ἐπενόησε τι στρατηγικὸν & δ' ἡλικίας πρεσβύτερον. κατασφάξας γὰρ δέκα ζεύγη, τὰ μὲ κρέα τοῖς ἐργάταις δίνειμε. τιμῶν ἠ τὰς δορὰς αὐτῶν, καὶ ποιήσας ἱμάντας, ἐτέλεσε τούτοις τὰ ζεύγεια, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπείρας, ἐῶ ὁ πατὴρ αὐτῷ προσέταξε γεῶ, ὑπέστρεψε πρὸς αὐτόν. ἐλθόντα δ' ὁ πατὴρ ἀσπάσατο τε φρονήσεως, & τὸν ὀξύτητα τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τολμηρὸν ἐπαινέσας, ὡς μόνον ὄντα γνήσιον, ἔτι μᾶλλον ἤσπαζε, ἀχθομένων τῶν ἀδελφῶν διὰ τοῦτο. ὡς δ' ἀπήγγειλε τοῖς αὐτῷ, κατὰ τοῦτον τὸν ἡγεμόνα ἰὼν τῷ βασιλεῖ Πτολεμαίῳ ἐχρῆσθαι, καὶ αὐτὸς οἱ πρῶτοι τῆς συνείας & τῆς ὑπηκόου χώρας ἑορτάζοντες τὸν γενέσιον ἡμέραν τῷ παιδίου, μετὰ μεγάλης παρασκευῆς εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἤρμων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως κατέσχετο. τῷ δ' υἱῷ ἀπεστείλατο εἴ τις αὐτῷ βούλεται ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. τῷ ἠ πρεσβυτέρων παραιτησαμένων, & πρὸς τὰς ἰδιαίτας συνουσίας ἀγενεστέρων ἔχειν φησάντων, τὸν ἀδελφὸν ἠ ὑρκανὸν πέμπειν συμβεβλῆσθαι, ἡδέως ἀκούσας, καλεῖ τὸν ὑρκανὸν, καὶ εἰ δύναιτο πρὸς τὸν βασιλέα βαδίσαι, καὶ εἰ παρόρμησ ἔστιν αὐτῷ. ἐπαγγελαμένου ἠ παρέσεσθαι, & δεῖσθαι χρημάτων οὐ πολλῶν φήσαντος εἰς τὴν ὁδὸν, ἡσθῆναι δὲ ἐπαινῶν, ὥστε ἀρκέσειν αὐτῷ δραχμὰς μυρίας, ἤδη & παιδὸς τῇ φρονήσει. δαλίπων δ' ὀλίγον ὁ πατὴρ συνεβούλευσε τῷ παιδὶ, δῶρα μὲν αὐτόθι μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. δοῦναι δ' ὀπισθολεῖ πρὸς τὸν ἀλεξανδρέα οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ παρέχῃ πρὸς εὐθὺ ἂν αἰτῇ χαλκίσων καὶ πολυτελῶν χρήματα. ὁ ἠ νομίζων δέκα ταλάντων ἔσεσθαι τὴν εἰς τὰς δωρεὰς τῷ βασιλεῖ δαπάνην, & τὸν υἱὸν ἐπαρίσας ὡς παραγενοῦντα καλῶς, γεγράφει τῷ οἰκονόμῳ ἀφίκοντι, ὃς ἀ-

ἐς ἅπαντα τὰ ἐν ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτοῦ διώκει, ἐν ὀκτὼ ἐλέασιν τετρακισχιλίων ταλάντων. ὁ γὰρ Ἰώσηπος τὰ ἀπὸ τῆς συρίας χρήματα ἐπεμπεν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, καὶ παρεθεσμίας ἦν ἑκάστῳ καιρῷ αὐτῷ ἔδει τῷ βασιλεῖ τοὺς φόρους ἀπαριθμεῖν, ἐγεγράφει τῷ ἀρίωνι τοῦτο ποιεῖν. ὁ δὲ οὐδὲν τούτου ἀπαγήσας τὸν παῖδα καὶ λαβὼν ἀπεκόλει, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ὥρμησεν. ἐξελθόντος δ' αὐτοῦ, γράφουσιν οἱ ἀδελφοὶ πᾶσι τοῖς τοῦ βασιλέως φίλοις, ἵνα αὐτὸν διαφθείρωσιν. ὡς δὲ ὠφθη ἐρχόμενος εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, ἀπέδωκε τῷ ἀρίωνι τὴν ἀποκολεῖν, ἐπηρωτήσαντος αὐτὸν, πόσα βούλεται τάλαντα λαβεῖν, ἤλπιζεν δ' αἰτήσειν δέκα, ἢ ἕνδεκα τούτων πλέον, εἰδότος χιλίων χρῄζειν, ἀρχὴν δοὺς ἐπέπληττεν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῶν διεγνωκότι. καὶ πῶς ὁ πατὴρ αὐτοῦ σωφρονίσει τὸν υἱόν, ὡς πόνων καὶ τῆς ὀπωρυμίας αὐτέχων ἐδήλου, καὶ μιμεῖσθαι αὐτὸν ἄξιον εἶναι τὸν γεννήσαντος. δώσειν δ' ἔφη πλέον τάλαντον δέκα, καὶ ταῦτ' εἰς δαπανὰς τοῦ βασιλέως. παροξυνθεὶς ὁ παῖς, εἰς δεσμὸν τὸν ἀρίωνα ἐνέβαλε. τῆς δὲ τοῦ ἀρίωνος γυναικὸς, τοῦτο διαλυσάσης τὴν κλεοπάτρα, καὶ δεηθείσης ὅπως ὑπολύσῃ τὸν παῖδα, σφόδρα γὰρ οἱ ὁ ἀρίων ἐν τιμῇ παρ' αὐτῇ, φανερὸν τῷ βασιλεῖ τοῦτο ἐποίησεν ἡ κλεοπάτρα. ὁ δὲ πτολεμαῖος πέμψας πρὸς τὸν ὑρκανὸν, θαυμάζειν ἔλεγε πῶς ὄπος ἀλεὶς πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὕστε ὀφθεὶς αὐτῷ, καὶ προσέτι δήσειε τὸν αἰτιώτατον. ἐλθόντα οὖν τὴν αἰτίαν αὐτῷ μηνύειν ἐκέλευσε. τὸν δὲ φασὶν ὑποκινάμενον τῷ ὠδῷ τοῦ βασιλέως λέγειν αὐτῷ, ὅτι νόμος ἐξὶ παρ' αὐτοῖς κωλύων τὸν ἡμιθνῆτα γεύσασθαι θυσίας, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἐλθὼν καὶ θύσῃ τῷ θεῷ. καὶ δὴ τοῦτον τὸν λογισμὸν, ὑδὲ αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀφειμένον δῶρα κομίσαι τοῦ πατρὸς διεργάτην ἡμιθνῆ. τὸν δὲ δοῦλον κολάσαι ἀξίως ὧν προσέταξε. διαφέρειν γὰρ ὑδὲν, ἢ μικρὸν ἢ μέγα τι παρὰ διαστόλην ἢ μέγαν. αἱ οὖν μὴ κολάζοιμεν τοὺς τοιούτους, καὶ σὺ πρόσδοκα ὑπὸ τῶν ἀρχομένων καταφρονηθήσεσθαι. ταῦτ' ἀκούσας ὁ πτολεμαῖος, εἰς γέλωτα ἐτράπη, καὶ τὸν μεγαλοφροσύνῃ τοῦ παιδὸς ἐθαύμασεν. μαθὼν δ' ὁ ἀρίων ὅτι τοῦτό ὁ βασιλεὺς ἐπέθη τὸν τρόπον, καὶ ὅτι μηδεμία βοήθεια ἔξιν αὐτῷ, δίας τὰ χίλια τάλαντα τῷ παιδὶ, τῇ δεσμῇ ἀπελύθη. καὶ ξεῖς ἀγαλιπὼν ἡμέρας ὁ ὑρκανὸς, παρέσχε τοῖς βασιλεῦσι. οἱ δ' ἀσμένως αὐτὸν εἶδον, καὶ φιλοφρόνως εἰσίασιν ἀγαπῶν πρὸς τὸν πατέρα πιμέν. λάθρα δ' πρὸς τοὺς ἐμπόρους ἐλθὼν, ἀνεῖται παρ' αὐτῶν παῖδας μὲν ἑκατὸν γενήματα ὄντας ἀμφοῖν καὶ ἀκμαιοτάτους, ἑνὸς ἕκαστον τάλαντου. ἑκατὸν δ' παρθένους τ' αὐτῆς τιμῆς ἑκάστῃ. καλέσας δ' ἐφ' ἑστίασιν πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ τῶν πρώτων τῆς χώρας, ὑπὸ καταλύοντα πάντων, καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἐπὶ τὸν ἑλλείαν ὑπὸ τῶν τοὺς τόπους καὶ τὴν ἀξίαν διαπιόντων. τῶν δ' συγκατακειμένων παίτων τῶν μερῶν τὰ ὀστᾶ, ἀπέρριπτον δ' αὐτοὶ τοῖς σαρκῶν, συρδόντων ἐμπεσόντα τῶν ὑρκανῶν, ὡς πληρῶσαι τὴν ὠδὴν κειμένην αὐτῷ ζαπίζαν, τρύφων, ὃς ἦν τοῦ βασιλέως ἄθυρμα, καὶ τοῖς τὰ σπάσματα καὶ τοῖς τὰ ποτὰ γέλωτας ἀπέδιδεν, παρακαλούμενον αὐτὸν τῶν κατακειμένων τῇ τραπέζῃ, παρεῖς ὁ βασιλεὺς, ἔφη, εἶπεν, ὦ διαπονηρὰ, τὰ παρακείμενα ὑρκανοῦ ὀστᾶ; ἐν τούτῳ σχόντα ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν συρίαν ἅπασαν ἀπέδυσε, ὡς ἂν τούτοις τῶν σαρκῶν ἐγύμνωσε.

qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas solebat ad mittere, & quoties præstitutum tempus veniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam proficiscitur: mòxque fratres ad omnes regios amicos scripserunt, vt eum aliquo modo perderent. Vt verò exacto itinere Arioni epistolam reddidit, rogatus quótnam talenta vellet accipere: putabat enim decem petiturum aut non multo amplius: vt respondit mille sibi opus esse; iratus procurator obiurgauit eum acriter, quòd vellet ea per luxum perdere: monebátque vt sequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quam decem præbiturum, & ea non in alium vsum quàm vt mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionem coniecit in vincula. Procuratoris autem vxore reginæ hoc renunciante, & rogante vt puerum compesceret: gratiosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit. ac mox per quendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se à patre missus, non modò in conspectum non venerit: sed procuratorem etiam patris sui vinxerit. iubebátque vt veniret, ac causam eius facti diceret. Ille contrà regi nunciari iubet, legem esse Iudæis ne quis gustaret de sacrificio, priusquàm adito templo mactasset victimas: eáque ratione nec ipsum hactenus regem salutasse, expectantem dona quæ offerret regi de parente suo bene merito. Seruum autem iure se punisse, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Nisi enim tales dent pœnas meritas, expectandum mox ipsi regi vt contemnatur à subditis. His auditis rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postquam hoc cognouit, nihil sperans à rege præsidij, datis adolescenti mille talentis liberauit se à vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus reges accessit: à quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. móxque clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formosissimos, & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem pretio. tum vocatus ad conuiuium regium cum principibus, infimo loco iussus est accumbere, propter ætatem posthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuis ossa partium absumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimum in conuiuiis rex delectabatur, propter scommata & facetias hominis, rogatus à conuiuis ad regem se vertit, & Vidén, inquit, domine, quantùm ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriam ita spoliat, quemadmodum hic ossa nudauit carnibus,

Rege verò ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, vnde illa offium congeries: Nihil mirum, inquit, domine. canum enim eſt oſſa vnà cum carnibus abſumere, ſicut iſti faciunt: vultu commonſtrans reliquos, ante quos nihil erat offium. Homines autem comeſis carnibus ſolent abiicere oſſa, quod & ego homo cum ſim, nunc facio. Ibi rex miratus vrbanitatem, iuſſit omnes conuiuas huic dicto plaudere. Sequenti verò die aditis regis amicis & aulicis potentioribus, ipſos quidem ſalutauit: ex famulis autem eorum expiſcatus eſt, quidnam oblaturi eſſent regi in feſto natalitio. Illis referentibus hunc daturum talenta duodecim, alium rurſum aliud pro ſuis quemque opibus: ſimulauit ſe dolere, quod non haberet vnde tantundem largiri valeat, nec vltra talenta quinque numero. idque mox famuli renunciauêre dominis. Illis autem gaudentibus, quaſi offenſurus eſſet regem Ioſephus propter exilitatem muneris, vbi dies ſtatutus aduenit, alij quidem & hi munificentiſſimi obtulerunt talenta non plus quàm viginti. Hyrcanus autem emptos à ſe centum puetos, totidémque puellas adduxit, iuſſos ſingulos talentum offerre, hos quidem regi, has verò Cleopatræ. Omnibus verò admirantibus tam profuſam & inſpetatam munificentiam, atque ipſis etiam regibus, amicos quoque regis & miniſtros multorum talentorum donis honorauit, ne quid ſibi ab illis naſceretur periculi: ad hos enim fratres ſcripſerant, vt quocunque modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iuſſit eum donum quodcunque vellet petere. At ille nihil aliud petiit, quàm vt ſe rex patri ac fratribus commendaret per literas. Itaque honorificentiſſimè tractatum, & donatum regiè, ſcriptis quoque ad patrem, & fratrem, & omnes ſuos duces atque procuratores commendaticiis literis, dimiſit liberaliter. Fratres autem cùm cognouiſſent tantum honoris ei habitum à regibus, & honoratiorem multo reuerti quàm fuerit antea, decreuerunt obuiam proficiſci, & de medio illum tollere, ne patre quidem inſcio. Iratus enim ob profuſam in muuera tam immenſam pecuniam, non erat de ſalute eius ſolicitus. eam tamen iram metu regis diſſimulare coactus eſt. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congreſſus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter cæteros: reliqui verò fuga euaſerunt ad patrem Hieroſolyma. Veniens autem ad vrbem cùm exciperetur à nemine, territus ſeceſſit trans Iordanem fluuium, & illic vitam egit tributa colligens à barbaris: quo tempore in Aſia regnum obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obiit deinde Hyrcani pater Ioſephus, vir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus ſplendidioris vitæ occaſionem præbuit,

γελάσαντος δὲ πρὸς τὸν τοῦ ξύφωνος λόγον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐρομένου τὸν ὑρκανὸν ὅπη ζοιμῦτο αὐτῷ τοσαῦτα ὀστᾶ, εἰκότως εἶπεν ὦ δέσποτα. τοὺς μὲν γὰρ πωλοῦντας τὰ ὀστᾶ σὺν τοῖς κρέασι κατεδίειν ἅπαντ' ἔοικεν, ἐφ' οἷς οὐδὲν ἦν ὀστοῦν. ἄνθρωποι δὲ τὰ κρέατα ἐδίουσι, τὰ δ' ὀστᾶ ῥιπτοῦσιν. ὅπερ κἀγὼν ἄνθρωπος ὢν νῦν πεποίηκα. ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τοῦ ἀποκρίσεως αὐτοῦ σοφὴν οὖσαν ἠρώτησε τοὺς φίλους ἅπαντας ἐπιδοῦναι αὐτῷ ἀργύριον, τοὺς ἀποδεχομένους αὐτόν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρὸς ἑσπέραν ἦλθε τοῦ βασιλέως φίλων πορδόμβους, καὶ ἦλθε μὲν τοῦ αὐλικοῦ δυνατός, τοὺς μὲν πανάγετο, ἦλθε δὲ καὶ οἰκετῶν ἀπεστιωθήσετο, τί μέλλοιεν δώσειν τῷ βασιλεῖ δῶρον ἐν τῇ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ γενεθλίῳ. τῶν δὲ τοὺς μὲν, ἃ δώδεκα τάλαντα δώσειν φασκόντων, τοὺς δὲ ἐν ἀξίᾳ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας ἕκαστον αὐτῶν, ὑπεκρίνετο λυπεῖσθαι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοιοῦτον προσενεγκεῖν δῶρεάν. πλέον γὰρ πέντε τάλαντον οὐκ ἔχειν. οἱ δὲ διεκόπτοντες ταῦτ' ἀκούοντες ἀπήγγελλον τοῖς δεσπόταις. χαιρόντων δ' αὐτῷ, ὡς καταγνωσομένου τοῦ ἰωσήπου, ἐμπεσόντος τοῦ βασιλεῖ διὰ τὴν βραχύτητα τῆς δωρεᾶς, ἐτρίτης δ' ἡμέρας, οἱ μὲν ἄλλοι προσῆγον τοῦ βασιλεῖ τάλαντον οἱ λίαν μεγαλοδωρεῖσθαι νομίζοντες, ἢ πλεῖον εἴκοσι. ὁ δὲ ὑρκανὸς οὐκ ἐπέστατο παῖδας ἑκατὸν, καὶ παρθένους ἑκατὸν, ἅπα τάλαντον ἑκάστῳ φέρειν δοὺς προσήγαγε, τοὺς μὲν τοῦ βασιλεῖ, τὰς δὲ τῇ κλεοπάτρᾳ. πάντων δὲ θαυμαζόντων τὴν παρ' ἐλπίδα τοῦ δώρου πολυτέλειαν, καὶ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, καὶ τοῖς φίλοις ἔτι καὶ τοῖς περὶ τὴν διεσπρεῖαν τῆ βασιλέως ἦσι, πολλῶν ἄξια ταλάντων δῶρα ἐδωκεν, ὡς ὑπεφυγεῖν τὸν ὀξὺν αὐτῷ κίνδυνον. τότοις γὰρ ἐγκεφήσασι αὐτὸ οἱ ἀδελφοὶ διαχειρίσασθαι τὸν ὑρκανόν. πτολεμαῖος δὲ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀποπασάμενος τῆ μειραξίου, προσέταττεν αὐτῷ δωρεὰν εὖ βούλεσθαι λαμβάνειν. ὁ δὲ ἡδὺ πλέον ἠξίωσεν αὐτῷ γενέσθαι παρ' αὐτοῦ, ἢ γεγράφθαι τοῦ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς περὶ αὐτοῦ. πέμψας οὖν αὐτὸν φιλοτιμότατα, καὶ δωρεὰς δοὺς λαμπρὰς, ἐπιστείλας τοῦ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἡγεμόσιν αὐτοῦ καὶ ὑπηκόοις, ἐξέπεμψεν. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ τοῦτον τετυχηκότα τοῦ ὑρκανοῦ παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ μετὰ μεγάλης ἐπαιρόμενον τιμῆς, ἐξῆλθον ὑπαντησόμενοι, καὶ δόλῳ ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ τοῦ πατρὸς εἰδότος. ὀργὴ γὰρ ἐμπεσὼν τοῦ εἰς τοὺς δώρεας χρημάτων, ἐκ ἐφερπόζε τὴν εὐσταθείας αὐτοῦ. τὴν ὀργὴν μὲν τοι τὴν πρὸς τὸν υἱὸν ὁ ἰώσηπος ἀπεκρύπτετο, φοβούμενος τὸν βασιλέα. συμβαλόντων δ' αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς μάχην, ἄλλους τε τοῦ σὺν αὐτοῖς πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ δύο τοῦ ἀδελφῶν, οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν πατέρα. διωκόμενον δ' αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν, ἐπὶ μηδεὶς ἐδέχετο, διὰ τὸν ἀπεχάρισεν εἰς τὴν πέραν τοῦ ἰορδάνου πόλεμον, κἀκεῖ διέτριβε φοβούμενος τοὺς βαρβάρους. ἐβασίλευσε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς ἀσίας, σέλευκος ὁ σωτὴρ ἐπικαλούμενος, υἱὸς ὢν αὐτοκράτορος τοῦ μεγάλου. τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ τοῦ ὑρκανοῦ πατὴρ ἰώσηπος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ μεγαλόφρων, καὶ τὸν τοῦ ἰουδαίων λαὸν ἐκ ταπεινοῦ καὶ ἀσημάντου ἀδινῶν, εἰς λαμπρότητος ἀφορμὰς τοῦ βίου καταστήσας,

εἴκοσι

εἴκοσι ἔτη κὴ δύο τὰ τῆς συρίας τέλη καὶ φοινίκης καὶ σαμαρείας καταχών. ἀπέθανε δ' καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ ὀνίας, τὴν ἀρχιερωσύνην σίμωνι τῷ παιδὶ καταλιπών. τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὀνίας διάδοχος τῆς τιμῆς αὐτοῦ ὀνίας γίνεται, πρὸς ὃν ὁ λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἄρειος, πρεσβείαν ἔπεμπε καὶ ὁπισολάς, ὧν τὸ ἀπόγραφον ἔστι τοιοῦτον.

A

per duos & viginti annos præpositus vigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ vectigalibus: & eodem ferè tempore patruus quoque eius Onias, relicto successore honoris Simone filio. Deinde vita perfuncto Onia filius successit, ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legationem misit cum literis, quarum hoc exemplar extat.

B

Κεφάλαιον ε.

φιλία καὶ συμμαχία λακεδαιμονίων πρὸς ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων.

CAP. V.

Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Iudæorum pontifice.

ΒΑσιλεὺς λακεδαιμονίων ἄρειος, ὀνίᾳ χαίρειν. ἐντυχόντες γεγραφῇ τινὶ, εὕρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους ἰουδαῖοι καὶ λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς ἀβραὰμ οἰκειότητος. δίκαιον οὖν ἐστὶν ἀδελφοὺς ὑμᾶς ὄντας, γράφειν πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλησθε. ποιησόμεθα δὲ κὴ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ, κὴ τάτε ὑμέτερα ἴδια νομιοῦμεν, καὶ τὰ αὐτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἐξομεν. δημοτέλης ὁ φέρων τὰ γράμματα, γράπτας ὁπισολάς. τὰ γεγραμμένα ὅτι τετράγωνα. σφραγὶς ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος. ἡ μὲν οὖν ὁπισολὴ ἡ πεμφθεῖσα ταύτα τὸ λακεδαιμονίων βασιλέως, τοῦτον περιεῖχε τὸν τρόπον. ἀποθανόντος ἐν ἰωσήπου τὸν λαὸν συνέβη στασιάσαι διὰ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. τῶν γὰρ πρεσβυτέρων πόλεμον ἐξενεγκαμένων πρὸς υρκανὸν, ὃς ἦν νεώτατος τῶν ἰωσήπου τέκνων, διέστη τὸ πλῆθος. καὶ οἱ μὲν πλείους τοῖς πρεσβυτέροις συνεμάχουν, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς σίμων διὰ τὴν συγγένειαν. ὁ δὲ υρκανὸς ἀναπελθεῖν μὲν οὐκ ἔτι διέγνω εἰς ἱεροσόλυμα. περικαθίσας δὲ τοῖς πέραν τοῦ ἰορδάνου, συνεχῶς ἐπολέμει τοὺς ἄραβας, ὡς πολλοὺς αὐτῶν καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ λαβεῖν αἰχμαλώτους. ᾠκοδόμησε δὲ βᾶριν ἰσχυρὰν, ἐκ λίθων λευκῶν κατασκευάσας ἅπασαν μέχρι καὶ τῆς στέγης, ἐγγλύψας ζῶα παμμεγέθη σατα. περιῆγε δὲ αὐτὴ εὖρος μέγα καὶ βαθύ. ἐν δὲ κατ' αὐτικρὺ τοῦ ὄρους πέτρας διατεμὼν αὐτῆς τὸ περίεχον, σπήλαια πολλῶν στασίων τὸ μῆκος κατεσκεύασεν. ἔπειτα οἴκους ἐν αὐτῇ, τοῖς μὲν εἰς συμπόσια, τοῖς δὲ εἰς ὕπνον καὶ δίαιταν ἐποίησεν. ὑδάτων δὲ θεόντων πλῆθος, ἃ κὴ τέρψις ἦν καὶ κόσμος τῆς αὐλῆς, εἰσήγαγε. τὰ μὲν τοι σώματα τῶν ἀσπλαίων, ὥστε ἕνα δι' αὐτῆς εἰσιέναι κὴ μὴ πλείους, βραχύτερα ἐποίησε. καὶ ταῦτ' ὀπαδοὺς ἀσφαλείας ἕνεκα τοῦ μὴ πολιορκηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν κινδυνεῦσαι ληφθεὶς, κατεσκεύασε. πρόσωπον δὲ κὴ αὐλὰς τῷ μεγέθει διαφερούσας, αἷς καὶ παραδείσους ἐκόσμησε παμμίκτοις. καὶ τοιοῦτον ἀπηργασάμενος τὸν τόπον, τύρον ὠνόμασεν. ἔστι δ' ὁ τόπος ὅτι μεταξὺ τῆς τε ἀραβίας κὴ τῆς ἰουδαίας πέραν τοῦ ἰορδάνου, ὑπὸρρω τῆς ἐσεβωνίτιδος. ἦρξε δὲ ἐκείνων τῶν μερῶν ὅτι ἔτη ζ'. πάντα τὸν χρόνον ὃν σέλευκος τῆς συρίας ἐβασίλευσεν. ἀποθανόντος γὰρ τούτου, μετ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς, τὴν βασιλείαν κατέσχε. βασιλεὺς, καὶ αὐτὸς καλούμενος ἐπιφανὴς, καταλιπὼν δύο παῖδας, ἔτι βραχεῖς τὴν ἡλικίαν.

Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Incidimus in quandam scripturam antiquam, in qua inuenimus cognationem intercessisse inter nostras origines, & nostrum quoque genus non esse alienum à posteris Abrahæ. Æquum igitur est, vt quum fratres nostri sitis, petatis à nobis quæcunque libuerit. Idem nos quoque faciemus, & res vestras tanquam nostras existimabimus, nostras item vobiscum communes habituri. Demotheles est qui has vobis reddidit literas, in pagina quadrangula scriptas, & obsignatas aquilæ sigillo, draconem tenentis vnguibus. Et epistola quidem hæc continebat. Iosepho autem mortuo, populus seditionibus agitatus est propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. plerique enim fauebant senioribus, & in his Simon pontifex propter cognationem. Hyrcanus autem Hierosolyma quidem noluit repetere: sed vltra Iordanem habitans assiduum bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abstrahens. Ædificauit etiam castrum munitissimum, è marmore candido extructis vsque tectum eius parietibus, habentibus insculptas diuersorum animalium effigies enormi magnitudine: idque ædificium fossa profunda, & aquis plena circumdedit, & oppositi montis prominentem petram perforans, speluncas in ea fecit multorum stadiorum longitudine. aulas etiam in eo castro fecit aptas conuiuiis, diætásque alias & cubicula: salientium etiam aquarum eò tantam induxit copiam, vt loco voluptatem simul & ornamentum adderent. Speluncarum verò ora non amplius aperuit quàm vt vnum caperent: idque de industria factum est securitatis ac tutelæ gratia, si quando fortè oppugnaretur à fratribus. Ædificauit etiam atria magnæ amplitudinis, eáque hortis spatiosis ornauit, & locum hoc pacto instructum & absolutum vocauit Tyrum, qui est in finibus Arabiæ & Iudææ trans Iordanem sitæ, non procul regione Essebonitide. præfuítque illi tractui per septennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: post cuius obitum Antiochus eius frater in regnum successit, qui cognominatus est Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipse eodé cognométo Epiphanes dictus, superstitibus duobus filiis impuberibus:

τελευτᾷ δὲ καὶ πτολεμαῖος ὁ τῆς αἰγύπτου

quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori verò Physcon. Hyrcanus autem videns præpotentem Antiochum, & veritus ne in potestatem eius redactus pœnas daret eorum quæ contra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus intulit: possessionem verò eius vniuersam occupauit Antiochus.

A ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο. φύσκων ἦν ὁ νεώτερος. ὑρκανὸς ἦν ὁρῶν μεγάλην δύναμιν ἔχοντα τὸν ἀντίοχον, καὶ δείσας μὴ καὶ συλληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ κολασθῇ ἕνεκα τῶν πρὸς τοὺς ἄραβας αὐτῷ πεπραγμένων, τελευτᾷ τὸν βίον αὐτοχειρ αὐτοῦ γινόμενος. τὴν δ' οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀντίοχος λαμβάνει.

Cap. VI.

Iudæi seditionibus agitati Antiochi opem inuocant.

VI. 1. *Mach.* 1. IS defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri eius Iesu id sacerdotium contulit, quòd filius superstes etiam tum esset paruulus, de quo suo loco dicetur. Hic Iesus priuatus est eo sacerdotio per regis indignationem, móxque in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, vt indicauimus. Cæterùm Iesus Iasonem se vocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus dictus est. Concitata autem per fratrem contra nouum pontificem Menelaum seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filij steterunt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iasonis sequebatur. quorum vim non sustinentes Menelaus & Tobiæ filij secesserunt ad Antiochum dicentes se velle relictis patriis institutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus assumere: rogauerúntque eum vt sibi permitteret gymnasium Hierosolymis extruere. quo impetrato, adduxerunt sibi præputia, vt nudi quoque non essent Græcis dissimiles: & contemptis omnibus patriis ritibus imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi vius fortuna prospera, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento Philometore Ægyptum occupat, & redacta priùs in potestatem Memphi, locísque circumuicinis, ad Alexandriam duxit, & vrbem & regem subiugaturus. Sed omnes eius conatus vnica Romanorum denunciatione repressi sunt, ita vt iam occupata relinqueret, sicut & aliàs diximus. Nunc prolixiùs narrabimus de hoc rege quomodo Iudæam ac templum occupauerit, quod in prioribus commentariis breuiter tantum perstrinximus, vt necesse sit idem altiùs repetere.

B

Κεφάλαιον ς'.

Στάσις ἐν δυναστείᾳ ἰουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς ἐπεκαλέσαντο ἀντίοχον.

δαίους ἐγκεκλεῖσθαι συνέβαινε, φθάσαντες τὸ
χωρίον περιθέντες μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔωθεν ἐπ' C
αὐτὸ παραγίνεται. καὶ καταλαβὼν ἤδη τοῖς τείχεσι
προβεβληκότας τοὺς πολεμίους, ☪ τοὺς μὲν κλίμα-
κας ὡς τε ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτὰ, τοὺς ἢ μηχανήματα
προσφέροντας, κελεύσας τὸν σαλπιγκτὴν σημᾶ-
ναι, καὶ παρορμήσας τοῖς στρατιώτας ἀφ' ἑαυτοῦ
☪ συγχυθῶν διακινδυνεύσαι προθύμως, εἰς τεί-
χη διελὼν τὸ στρατὸν ἐπιπίπτει κατὰ νώτου τοῖς πολε-
μίοις. οἱ ἢ περὶ τὸν τιμόθεον αἰσθόμενοι, ὅτι μα-
καβαῖος εἴη, πεῖραν ἤδη καὶ πρότερον αὐτοῦ τ' ἀν- D
δρείας καὶ τῆς ἐν τοῖς πολέμοις δυτυχείας εἰληφότες,
εἰς φυγὴν τρέπονται. ἐφεπόμενος ἢ μὴ τῷ στρατεύμα-
τος ὁ ἰούδας, ἀναιρεῖ μὲν αὐτοῦ ὀκτακισχιλίους. ὑπονδύ-
σας δ' εἰς μείζονα πόλιν ἔτει λεγομένην τοῦ ἀλλο-
φύλων, λαμβάνει καὶ ταύτην, καὶ τοὺς μὲν ἄρρε-
νας ἅπαντας ἀποκτείνει, τὴν ἢ πόλιν αὐτὴν ἐμπί-
ρησιν. ἀρὰς δ' ἐκεῖθεν τήν τε χάσφωμα, καὶ βο-
σόρ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις τῆς γαλααδίτιδος κα-
τασκάπτεται. χρόνῳ δ' ὕστερον ὁ πολλῷ τιμόθεος E
δυνάμιν μείζονα παραπαρασκάμενος, καὶ συμμάχους ἄλλους τε παραλαβὼν καὶ ἀράβων τινὰς μισθῷ
πείσας αὐτῷ συστρατεύειν, ἦκεν ἄγων τὴν στρατιὰν
πέραν τοῦ χειμάρρου ῥαφῶν ἀπικρις. πόλις ἢ ἦν αὕτη.
καὶ παρεκελεύετο τοῖς στρατιώτας εἰ συμβάλοιεν εἰς μάχην τοῖς ἰουδαίοις, προθύμως ἀγωνί-
ζεσθαι, καὶ κωλύειν αὐτοὺς διαβαίνειν τὸν χείμαρρον. F
διαβάντων γὰρ ἦτταν αὐτοῖς προὔλεγε. ἰούδας δ'
ἀκούσας παραπαρασκευάζεται τὸν τιμόθεον πρὸς μάχην,
ἀναλαβὼν πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἐστρατοπέδευσε
ὅπι τὸν πολέμιον. καὶ περαιωσάμενος τὸν χείμαρ-
ρον ἐπεμπίπτει τοῖς ἐχθροῖς. ☪ τοὺς μὲν αὐτοῦ ὑπαν-
τιάζοντας αἴρει, τοὺς δ' εἰς δίοδον ἐμβαλὼν, ῥίψαντας
τὰ ὅπλα φεύγειν ἠνάγκασε. καί τινες ἐξ αὐτοῦ δι- G
έδρασαν. οἱ δ' εἰς τὸ καλούμενον, ἐν καρναὶν τέμενος,
συμφυγόντες, ἥλπισαν τεύξεσθαι σωτηρίας. ἰούδας
δὲ τ' πόλιν καταβαλόμενος, αὐτοὺς τε ἀπέκτεινε, καὶ τὸ τέμενος ἐνέπρησε, ποικίλη χρησάμενος ἰδέᾳ
τῆς ἀπωλείας τῶν πολεμίων. ταῦτα διαπεραξάμενος, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ γαλααδίτιδι ἰουδαίους
μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν, καὶ τ' ὑπαρχούσης αὐτοῖς ἀποσκευῆς, οἷός τε ἦν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπαναγα-
γεῖν. ὡς δ' ἦκεν ὅπι τινα πόλιν ἔμφρων ὄνομα, ὅπι τ' ὁδοῦ κειμένην, καὶ ἔτι ἄλλην αὐτοῦ βαπομένῳ βα-
δίζειν δυνατὸν ἦν, ἔτι ἀναστρέφειν ἤθελεν, πέμψας πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ παρεκάλει τὰς πύλας ἀνοίξαντας
ὑποδέξασθαι αὐτοῦ διὰ τ' πόλεως ἀπελθεῖν. τὰς τε δὴ πύλας λίθοις ἐμπεφραγμένας, καὶ τ' διέξοδον ἐπετέμνον-
το. μὴ πθομένων ἢ τ' ἐμφραγμῶν, παρορμήσας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ κυκλωσάμενος, ἐπολιόρκει. καὶ δι' ἡμέρας
☪ νυκτὸς προσκαθίσας, ἐξαίρει τ' πόλιν. καὶ πᾶν ὅσον ἄρρεν ἦν ἐν αὐτῇ κτείνας, καὶ καταπρήσας ἅπασαν

cum fratre Ionatha trium dierum iter emensi, accepti sunt à Nabathæis pacificè: quorum indicio compererunt, quòd multi ex ipsorum fratribus in extremo essent periculo, obsessi ab hoste in castellis & oppidis Galaditicis: monitique vt properè illis succurrerent per desertum illuc festinauerunt. In eo itinere Barasam oppibum oppugnare adorti, vi ceperunt: cæsisque ad vnum puberibus, tecta igni subiecto concremauerunt. Cúmque interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter continuauit vsque castellum, in quo Iudæos obsideri acceperat. quò cùm manè peruenisset, offendit hostem iam scalas & machinas admouere mœnibus: iussóque tubicine canere, & cohortatus suos vt bonam ac fidelem operam præstarent periclitantibus fratribus, diuisis trifariam copiis oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei verò milites cognito Maccabæum adesse, cuius virtutem & felicitatem iam antè suo periculo didicerant, sine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidêre, Iudæis acriter insequentibus. Inde ad Mallen barbarorum vrbem flexo itinere, eáque expugnata mares omnes neci tradidit, ædificia incendio sunt columpta. Eodem impetu & Chaspoma & Bosora cum aliis Galaditicæ regionis oppidis cuersa sunt. Aliquàtò pòst Timotheus contractis numerosis copiis, & inter cæteros auxiliares conducta manu Arabum, trans torrentem castra posuit contra oppidum Rafam. ibi hortatus est suos milites vt strenuè pugnarent, arceréntque Iudæos à torrentis transitu. in hoc enim sitam victoriam, Iudæis futuris superioribus si transire potuerint. Iudas autem audito quòd Timothæus paratus esset ad prælium, properè contra eum duxit exercitum: traiectóque torrente adortus hostes, partim resistentes prostrauit, partim in fugã compulit, armis etiam passim abiectis. horum nonnulli celeritate pedum salutem consecuti sunt, quidam verò in fanum quod Carnain dicunt refugientes, tutos se ibi fore sperauerunt. At Iudas & oppidum id occupauit, & incenso templo hostium alios flammis, alios ferro perdidit. His rebus feliciter gestis, & contractis è tota regione Galaditica Iudæis, vnà cum vxoribus & liberis ac facultatibus in Iudæam eos traducebat. In eo itinere cùm venisset ad Ephronem oppidum, per quod necessariò transeundum erat, nisi retrorsum reuerti mallet, misit ad oppidanos rogans vt patefacerent sibi transitum. nam obstructis portis viam interruperant. quod cùm ab Ephronitis impetrare non posset, cohortatus suos, corona oppugnauit mœnia: & diem ac noctem ibi remoratus vi cepit oppidum: occisisque omnibus maribus per incensi cineres traduxit

exercitum. tantus autem erat occisorum numerus vt in transeundo calcanda essent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnum campum veniunt, quà sita est Bethsana, Græcis dicta Scythopolis. inde in Iudæam reditum est hilariter, canente hymnos & victoriale carmen multitudine: votiuásque hostias mactarunt pro incolumitate exercitus: quãdoquidem post tot conflictus ne vnus quidem è Iudæis desideratus est. Interea Iosephus Zachariæ filius & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilæam contra Ptolemaidenses, Iuda verò & Ionatha fratre in Galaditicam, præsidio Iudææ relicti fuerant: volentes & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Iamniam venerunt. Vbi armis excepti à Gorgia eius loci præside, amiserunt ad duo millia militum: nec prius destiterunt fugere quàm in Iudææ finibus. hæc autem clades meritò illis accidit, ob contemptum Iudæ mandatum, qui interdixerat ne se absente manus cum hoste conferrent: nam hoc quoque Iudæ prouidentiam commendat, quòd intellexit non impunè fore si à mandatis discesserint. Iudas autem & fratres eius continuabant bellum contra Idumæos, vrgentes eos vndique: expugnatáque Chebrone munitiones eius diruerunt, & turres cremauerunt suppositis ignibus: peruastatisque agris hostium, euerterunt etiam Marissam oppidum, inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoque ac direpta, omnes ditati præda reuersi sunt in Iudæam victores & incolumes.

CAP. XIII.

Antiochi Epiphanis apud Persas interitus.

XIV. *1. Mach. 6.* EOdem tempore Antiochus rex superiores sui regni prouincias obeundo, audiuit esse in Perside vrbem præduitem Elimaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donariis: icuta etiam ac thoraces ibi asseruari, quondam relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonum. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus est. His verò qui inerant nec aduentu eius nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est. non contenti enim repulisse illum à mœnibus, recedentem etiam persecuti sunt, ita vt plurimis desideratis fugientis more Babylonem se reciperet. Quam cladẽ cùm ægrè ferret, nouus insuper accessit nuncius de profligatis quos ad Iudaicum bellum reliquerat ducibus, déq; Iudæorũ in dies crescẽte potẽtia. Accedẽte igitur alia super alia cura, impar solicitudini morbũ sibi cõtraxit: quo magis ac magis inualescente, intelligẽs adesse fatale tẽpus, amicos conuocat: eisq; & vim morbi & causam indicat: nimirũ quòd pœnas ob afflictã Iudæorũ gentẽ lueret, atq; ob spoliatũ sacrilegio templum, & cõtemptum cælestis numinis. atq; his dictis exhalauit animam. Quamobrẽ demiror Polybiũ Megalopolitẽ,

αὐτὴν ὁδὸν ἔφη. Τοσοῦτο δ' ἦν τὸ τῶν πεφονευμένων πλῆθος ὡς ἐπ' αὐτῷ βαδίζειν τῷ νεκρῶν. διαβάντες δὲ τὸν Ἰορδάνην, ἦκον εἰς τὸ μέγα πεδίον, ἔνθα κεῖται μὲν πρόσωπον πόλις Βηθσάνη καλουμένη πρὸς ἑλλήνων Σκυθόπολις. κἀκεῖθεν ὁρμηθέντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρῆγοντο, ψάλλοντές τε καὶ ὑμνοδοῦντες καὶ τὰς σωτηρίους ἐν τοῖς ἐπινικίοις παιδιὰς ἄγοντες. ἐθυσαν δὲ καὶ σωτήρια θυσίας ὑπὲρ τῆς κατορθωμένων, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ στρατεύματος σωτηρίας. ἐδεῖς γὰρ ἐν τούτοις τοῖς πολέμοις τῶν Ἰουδαίων ἀπέθανεν. Ἰώσηπος δὲ ὁ Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίας, οὓς κατέλιπε στρατηγοὺς ὁ Ἰούδας καθ' ὃν καιρὸν σίμων μὲν ὑπῆρχεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πολεμῶν τοῖς ἐν Πτολεμαΐδι, αὐτὸς δὲ ὁ Ἰούδας καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης ἐν τῇ Γαλααδίτιδι, βουληθέντες καὶ αὐτοὶ δόξαν περιποιήσασθαι στρατηγῶν τὰ πολεμικὰ γυναίων, τῷ ὑπ' αὐτοὺς δύναμιν ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς Ἰάμνειαν. Γοργίου δὲ τοῦ τῆς Ἰαμνείας στρατηγοῦ ὑπαντήσαντος συμβολὴν γυμνοῖς διηλίοις ἀποβάλλουσι τὰς στρατιᾶς, καὶ φεύγοντας ἔχει τῆς τῶν Ἰουδαίας ὁρῶν διώκων. σωρεύει δ' αὐτοῖς τὸ πάθημα τοῦτο ὠδηκέναι ὧν αὐτοῖς Ἰούδας ἀπέστειλε, μὴ συμβαλεῖν εἰς μάχην μηδενὶ πρὸ τῆς ἐκείνου παρουσίας. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ στρατηγήμασι, καὶ τοῦτο τοῖς πρὸ τὸν Ἰώσηπον καὶ τὸν Ἀζαρίαν πάθημα θαυμάσειεν ἄν τις, ὁ σωθῆναι εἰ δυνηθήσονται τὴν τῆς ἐπισκαμμένων αὐτοῖς ἐσόμενον. ὁ δὲ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πολεμιῶντες τοῖς Ἰδουμαίοις ἐκ ἀνέστασαν, ἀλλ' ἐπέκειντο πανταχόθεν αὐτοῖς, μάλιστα χεβρῶνα πόλιν καταλαμβανόμενοι, ὅσον ἦν ὀχυρὸν αὐτῆς καθεῖλον, καὶ τοὺς πύργους ἐμπρήσαντες, ἐδήουν τὴν ἀλλοφύλων χώραν, καὶ μάρισαν πόλιν. εἶτε ἄζωτον ἐλθόντες, καὶ λαβόντες αὐτὴν διήρπασαν, πολλὰ δὲ σύλα καὶ λείαν κομίσαντες, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψαν,

Κεφάλαιον ιγ'.

Ὡς αντίοχος ὁ ἐπιφανὴς ἐτελεύτησεν ἐν περσίδι.

ΥΠΟ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, τὴν ἄνω χώραν ἐπερχόμενος, ἀκούει πόλιν ἐν τῇ περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν ἐλυμαΐδα τοὔνομα, καὶ πολυτελὲς ἱερὸν ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ, καὶ παντοδαπῶν ἀναθημάτων πλῆρες εἶ). ἔπηλε μὲν ὅπλα καὶ θώρακας ἀφεῖναι ἐπιτεθείκει τὸν υἱὸν τὸν φιλίππου, βασιλέα δὲ μακεδόνων ἀλέξανδρον. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων, ὥρμησεν ὅπως τὴν ἐλυμαΐδα, καὶ προσβαλὼν αὐτὴν ἐπολιόρκει. τῆς δ' ἐν αὐτῇ μὴ καταπλαγέντων τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, μηδὲ τὴν πολιορκίαν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀντεχόντων, ἀποκρούεται τῆς ἐλπίδος. ἀπωσάμενοι γὰρ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ἐπεξελθόντες ἐδίωξαν. ὡς τ' αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς βαβυλῶνα φεύγοντα καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντα τῆς στρατιᾶς. λυπουμένῳ δ' ὅπι τῇ ἡμερήσιᾳ ταύτῃ, προσαγγέλλουσι τινὲς καὶ τὴν τῆς στρατιᾶς ἥτταν, ὃς πολεμήσοντας τοῖς Ἰουδαίοις καταλελοίπει, καὶ τὴν ἰσχὺν ἤδη τῆς Ἰουδαίων. προσχυθεὶς οὖν, καὶ τῆς περὶ τούτων φροντίδος τῇ προτέρᾳ, συγχυθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας εἰς νόσον κατέπεσεν, ἧς μηκυνομένης καὶ αὐξανομένων τῶν παθῶν, σωρεὺς ὅτι μέλλει τελευτᾶν, συγκαλεῖ τοὺς φίλους, καὶ τὴν τε νόσον αὐτοῖς χαλεπὴν ἔσαν ἐμήνυε, καὶ τοῦτο ὅτι ταῦτα πάσχει κακώσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος παρεδήλου, συλήσας τε τὸν ναόν, καὶ τοὺς θεοὺς καταφρονήσας. καὶ ταῦτα λέγων ἐξέπνευσεν. ὡς τε θαυμάζειν πολύβιον τὸν μεγαλοπολίτην.

λίτλιον. ὃς ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ ἀποθανεῖν λέγει τ̃ ἀντίοχον, A
βεβλημένα τὸ τ̃ ἐν περσαις ἀρτέμιδος ἱερὸν συλῆσαι.
τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βεβλασφήμηκεν, οὐκ ἔστι τι-
μωρείας ἄξιον. εἰ δὲ διὰ τοῦτο πολυβίῳ δοκεῖ καταστρέ-
ψαι τ̃ βίον ἀντίοχον ἔτος, πολὺ πιθανώτερον διὰ τ̃ ἱε-
ροσυλίαν τὸ ἐν ἱεροσολύμοις ναὸν τελευτῆσαι τ̃ βίον.
ἀλλὰ ταῦτα μὲν τούτοις διαφερέσθω, τῷ ὑπὸ τῶν μα-
κεδονιτῶν λεγομένῳ αἰτίαν, παρὰ τ̃ ὑφ' ἡμῶν ἀλη-
θῆ νομίζεσθαι. B

Κεφάλαιον ιδ'.

Ὡς ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ Ἰουδαίους νικήσας, ἐπολιόρκει Ἰούδαν εἰς τὸ ἱερὸν ἐκκλείσας.

Ὁ δὲ ἀντίοχος ὡρμὴ τελευτᾶν καλέσας φίλιπ-
πον ἕνα τῶν ἑταίρων, τ̃ βασιλείας αὐτὸν ἐπίτρο-
πον καθίστησι. δοὺς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τ̃ στολὴν
τὸν δακτύλιον, αὐτοκράτορι τῷ παιδὶ αὐτοῦ ταῦτα σκέ-
λασε κομίσαντα δοῦναι, δεηθεὶς ἀφεῖναι τ̃ ἀνα-
τροφῆς, καὶ τηρῆσαι τ̃ βασιλείαν ἐκείνῳ. ἀπέθανε δ' αὐ- C
τοκράτωρ ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Εὐπάτωρ. λυσίας δ' αὐτοῦ τὸν θάνατον
δηλώσας τῷ πλήθει, τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀντίοχον, αὐτὸς γὰρ
ἦν τῷ ὀπαδείαν, ἀποδεικνύει βασιλέα, καλέσας
αὐτὸν Εὐπάτορα. ἐν ᾧ τούτῳ τῷ καιρῷ οἱ ἐν τῇ ἄκρᾳ
τῷ ἱεροσολύμων φεύγοντες καὶ φυγάδες τ̃ Ἰουδαίων,
πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις εἰργάσαντο. τοὺς γὰρ ἀναβαίνον-
τας εἰς τὸ ἱερὸν θύσαι βουλομένους, ἐξαίφνης ἐκδέχον- D
τες οἱ φεύγοντες, διέφθειραν. ἐπέκειτο γὰρ τῷ ἱερῷ ἡ
ἄκρα. τούτων οὖν συμβαινόντων αὐτοῖς, Ἰούδας ἐξε-
λεῖν διέγνω τοὺς φεύγοντας, καὶ συναγαγὼν τὸν λαὸν
ἅπαντα, τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ καρτερῶς ἐπολιόρκει. ἔτος
δὲ ἦν τοῦτο τ̃ ἀρχῆς τοῖς ἀπὸ σελεύκου ρ' καὶ ν'. κατα-
σκευάσας οὖν μηχανήματα καὶ χώματα ἐγείρας φι-
λοπόνως προσέκειτο τῇ τ̃ ἄκρας αἱρέσει. πολλοὶ δ'
τῶν ἐν αὐτῇ φυγάδων νύκτωρ ἐξελθόντες εἰς τοὺς χώ-
ρους, καί τινας τῶν ὁμοίων καὶ ἀσεβῶν συναγαγόντες, E
ἦκον πρὸς ἀντίοχον τὸν βασιλέα, καὶ ἀξιοῦντες ἑαυ-
τοῖς ἐπιφορᾶσθαι δεινὰ πάσχοντας ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων,
καὶ ταῦθ' ὑπομένοντας διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τοὺς μὲ
πάτριον αὐτῶν καταλείψαντας θρησκείαν, οὓς δ' ἠ
προσέταξε ταύτοις πιουμένους. κινδυνεύειν οὖν
ὑπὸ Ἰούδα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τοὺς ἀκρόπολιν αἱρε-
θησομένους, καὶ τοὺς φεύγοντας τοὺς ὑπὸ τῶν βασιλέως κα-
ταστραθέντας, εἰ μήτις παρ' αὐτοῦ βοήθεια προφθείη.
ταῦτ' ἀκούσας ὁ παῖς ἀντίοχος, ὠργίσθη, καὶ τοὺς ἡγε-
μόνας καὶ φίλους μεταπεμψάμενος, ἐκέλευσε μισθο- F
φόρους συναγαγεῖν, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας τοὺς στρα-
τιμωτάτους ἡλικίαν ἔχοντας. καὶ συνήχθη στρατὸς πε-
ζῶν μ', ὡσεὶ δέκα μυριάδες. ἱππεῖς δ' δισμύριοι.
ἐλέφαντες δ' βʹ καὶ λ'. ταύτοις δὴ ἀναλαβὼν τ̃ δύνα-
μιν, ἐξώρμησεν ἐκ τ̃ ἀντιοχείας μετὰ λυσίου πάσης
τῆς στρατιᾶς ἔχοντος τοῦ ἡγεμονίαν. καὶ παρεμβο-
λὴν εἰς τοὺς ἰδουμαίαν, ἐκεῖθεν εἰς βεθσοῦραν G
ἀναβαίνει πόλιν, σφόδρα ὀχυρὰν καὶ δυσάλωτον, καὶ
περικαθίσας ἐπολιόρκει τοὺς πόλιν. ἰσχυρῶς δ' ἀντε-
χόντων τῶν βεθσουριτῶν, καὶ τοῖς παρασκευαῖς αὐτοῦ
τῶν μηχανημάτων ἐμπορησάντων, ἐπεξῆλθον γὰρ αὐτῶν,
χρόνος ἐτρίβετο πολὺς περὶ τὴν πολιορκίαν. Ἰού-
δας δ' τοῖς ἔφοδον τ̃ βασιλέως ἀκούσας, ἀφίσταται

litanum. qui vir alioqui probus, ait hunc Antiochum periisse, quòd conatus sit Dianæ templi thesauros ac donaria diripere. voluisse enim tantùm, ac non etiam perfecisse sacrilegium, non videtur res digna supplicio. quòd si hæc causa Polybio digna videtur, cur Antiochus deberet capite pœnas persoluere, multò verisimilius est ob exhaustum sacrilegiis Hierosolymitanum templum acceleratum esse eius interitum. Si quis tamen magis probat Polybij sententiam, cum eo nunc non libet contendere.

Cap. XIV.

Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet.

Cæterùm Antiochus prius quàm extremum suum diem obiret, accitum ad se vnum ex purpuratis suis amicis Philippum gubernatorem regni constituit: traditóque ei diademate regiáque stola & anulo, iussit hæc Antiocho filio suo perlata reddere, multum obtestans vt educationis curam haberet, & regnum ei seruaret, vsque dum per ætatem ipse administrationi fieret idoneus. Defunctus est autem Antiochus anno centesimo quadragesimo nono. Lysias autem postea quam populo indicauit regis obitum, filium eius Antiochum sub sua tutela tum positum regem constituit, inposito illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hierosolymitanæ arcis præsidium tenebant Macedones cum Iudæorum perfugis, multa Iudæis inferebant incommoda. Excurrentes enim in eos qui sacrorum causa templum adibant: conficiebant eos non magno negotio, quòd arx ipsi templo esset supra verticem. Quamobrem Iudas necesse habuit, oppugnare id præsidium, aduocatis ad id totius populi viribus. Annus autem is agebatur centesimus quinquagesimus, ex quo primùm ad Seleucum imperium earum regionum peruenerat. Fabricatis igitur machinis, & extructis aggeribus, totus incumbebat huic operi. multi tamen perfugarum noctu elapsi, adiunctis sibi similibus impiis, venerunt ad Antiochum, postulantes ne se in extremum periculum à suis tribulibus redactos despiceret: maximè cùm patris ipsius autoritatem secuti, in eam necessitatem adducti sint, dum malunt patrios ritus quàm regia mandata contemnere. Nunc verò periculum esse ne Iudas arcem cum præsidio vi capiat, nisi ipse maturè suis opem afferat. His auditis Antiochus puer iratus est, accersítisque amicis & ducibus, iussit eos mercenarium parare militem, & per totam suam ditionem delectus habere, ita vt breui confectus sit exercitus peditum circiter centum millium, equitum verò viginti millia, atque insuper duo & triginta elephanti. Cum his copiis egressus est Antiochiam cõmissa Lysiæ administratione vniuersi exercitus: & progressus vsque Idumæã. inde ascendit ad oppidum Bethsura, bene munitum & expugnatu non facile. Bethsuranis autem fortiter resistentibus, & admotas machinas per excursiones igne concremantibus, multùm temporis contritum est in hoc obsidio. Iudas autem cognito regis aduentu, omissa XIIII.

oppugnatione regi cum copiis obuiam profectus castra posuit circa fauces quasdam dictas Bethzacharia, distitas ab hoste septuaginta stadiis. At rex relictis Bethsuris, exercitum duxit ad eas fauces vbi Iudas castra metauerat: & quàm primum dies illuxit, aciem ceu pugnaturus iussit ire compositam. Cúmque non posset elephantos expiicare per aciei latitudinem propter locorum angustias, iussit vt vnus post alium incederent, attributis qui stiparent singulos mille peditibus, & equitibus quingentis. Beluis autem imposita erant celsa propugnacula instructa sagittariis. reliquum autem exercitum ab vtroque latere iussit montes ascendere, præpositis ex amicorum cohorte ducibus. atque ita sublato militari clamore hostem aggreditur, micans aureis & æreis clypeis, ita vt fulgore eorum coruscarent omnia. clamore autem reboabat quicquid erat in circuitu montium. nec tamen Iudas tali aspectu est territus, sed excepto fortiter impetu hostium, circiter D C. ex eis occidit, qui primi ad manus venerant. Cæterùm Eleazarus eius frater, quem Auranem vocabant, conspicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regiis, & ratus in eo regem inuehi, vasto animo in eum fecit impetum. & occisis multis prius quàm ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, succedens sub eius ventrem, confodit beluam, & ipse simul pondere eius illabentis oppressus est: atque ita non tamen inultus interit generosè inter aceruos hostilium cadauerum. Iudas autem animaduertens hostem tanto superiorem numero, Hierosolyma se recepit, volens arcem iterum oppugnatione aggredi. Antiochus verò parte exercitus amissa ad oppugnanda Bethsura, cum reliquo venit Hierosolyma. Bethsuritę territi apparatu regio, maximè cùm commeatus eos deficeret, deditionem fecerunt, pacti prius vt hostis à se iniuriam omnem abstineat: quod quidem à rege non nisi salute tenus seruatum est: alioqui nudis eiectis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit. Sed apud Hierosolyma per multum tempus eum tenuit templi obsidio, quod fortiter à Iudæis defensum est, nullam enim eis rex intentauit machinam, quam non illi contrariis machinationibus eluderent. tantum laborabatur victus penuria, quòd fruges veteres absumpserant, & annus inciderat septimus, per quem fructus non colliguntur, quòd eum cessare ab agricultura lex nostra iubeat, nec permittat tum vel arare terram, vel serere. quo factum est vt multi se clàm subducerent propter inopiam, vt penes paucos templi tutela remãserit. Cæterùm rex & Lysias imperator cognito quòd Philippus vsurpato sibi regno aduentaret è Perside, decreuerunt soluta obsidione illi occurrere, celantes tamen quantum fieri poterat id consilium, tam militè quàm duces reliquos. Quapropter dissimulato aduẽtu Philippi, iussit rex Lysiam vt alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationem eam non esse modici tẽporis, quòd locus esset munitissimus, & com-

A μὴ τῶ τῶν ἄλλων πολιορκεῖν. ἀπαντήσας ἡ τῷ βασιλεῖ, βάλλεται στρατόπεδον ὅπῃ τῆς χώρας, ἐν τινι τόπῳ Βεθζαχαρίας λεγομένῳ, στάδιοις ἀπέχοντι τῶν πολεμίων ὀ. ὁ ἡ βασιλεὺς ὁρμήσας ὀπίσω μὲν Βεθσούρων, ἤγαγε τῶν ἄλλων δύναμιν ὅπῃ τὰ χώρια, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων στρατόπεδον. ἀμὲ ἡμέρᾳ ἡ πρὸς μάχην διέταττε τὴν στρατιάν. τοῖς μὲν οὖν ἐλέφασιν ἐπέταττον ἀλλήλοις ἑπεσθαι δι' ἡ χωρογραφίας, ἐκέλευον αὐτῶν ὅπῃ πλάτος τεταγθαι. εἰς ἡ κύκλον ἑλέφαντος ἑκάστου, συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι, ἱππεῖς ἡ πεντακόσιοι. ἔφερον ἡ οἱ ἐλέφαντες, πύργους τε ὑψηλοὺς καὶ τοξότας. τῶν ἡ λοιπῶν δυνάμιν ἑκατέρωθεν ἐπέτασσεν ἀναβαίνειν ὅπῃ τὰ ὄρη, τοὺς φίλους αὐτῆς παρατάξας. κελεύσας ἡ ἀλαλάξαι τῶν σαλπιγκτὴν, παρεμβάλλει τοῖς πολεμίοις, γυμνώσας τάς τε χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ὡς τε αὐγὴν ἀπ' αὐτῶν ἀφίεσθαι λαμπράν. συνεπήχει ἡ τὰ ὄρη κεκραγότων αὐτῶν. ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἰούδας ὑ κατεπλάγη, ἀλλ' ἀμύνων ἡ γενναίως τοῖς πολεμίοις, τῶν περὶ ἐμὲ καὶ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ. ἐλεάζαρος δ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν αὐρὰν ἐκάλουν, ἰδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων ὁπλισμῶν θώραξι βασιλικοῖς, καὶ νομίζων ἐπ' αὐτῷ τὸν βασιλέα εἶν, παρεβάλλετο σφόδρα δι' καρδίας ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσας. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα κτείνας, τοῖς ἄλλοις διεσκέδασεν. ὑποδὺς ἡ ὑπὸ τὴν γαστέρα καὶ πλήξας, ἀπέκτεινε τὸν ἐλέφαντα. ὁ δ' ὀπισθεν ἐπιπεσὼν τῷ ἐλεαζάρῳ, διαφθείρει τὸν ἄνδρα ὑπὸ τῷ βάρους. καὶ οὕτω μὲν ἀνύχως πολλοὺς τῶν ἐχθρῶν ἀπωλέσας, τῷ τρόπῳ τούτῳ τὸν βίον κατέστρεψεν. ὁ ἡ Ἰούδας ὁρῶν τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολιορκίαν παρεσκεύαζετο. ἀντίοχος ἡ, τὸ μὲν τῆς στρατιᾶς εἰς Βεθσούραν ἔπεμψε, πολεμήσων αὐτῷ, τῷ ἡ λοιπῷ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἦκεν ὅπῃ τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ μὲν οὖν Βεθσουρῆται τῷ ἰσχυρῷ καταπλαγήντες, καὶ σπανίζοντα βλέποντες τὰ ὁπλίσεια, ὡδε διδόασιν αὐτοῖς, ὅρκους λαβόντες ὑπὲρ τοῦ μηδὲν πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ἀντίοχος ἡ λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν αὐτοῖς οὐδὲν διέθηκεν, ἢ μόνον γυμνοὺς ἐξέβαλε, φρουρὰν ἡ κατέστησεν ἰδίαν ἐν τῇ πόλει. πολλῷ ἡ χρόνῳ τὸ ἱερὸν πολιορκῶν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις περιεσκαπάζετο, καρτερῶς τῆς ἔνδον ἀμυνομένων. ἐπὶς ἔκαστον γὰρ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ἔστησε μηχάνημα, κἀκεῖνοι πάλιν ἀντεμηχανῶντο. τροφὴ δ' αὐτῶ ὑπελελοίπει, τὰ μὲν ὄντος ἀπαναλωμένου καρποῦ, τῆς ἡ γῆς σαββάτῳ τῷ ἔτει μὴ γεωργημένης, ἀλλὰ διὰ τὸ ἕβδομον ἔτος κατ' ὁ νόμος ἡμῶν ἀργεῖν ἐᾷν τὴν χώραν, ἀπορίαν μεγάλην. πολλοὶ τοιγαροῦν τῶν πολιορκουμένων ἀπεδίδρασκον διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν ὡς ὀλίγοις ἐν τῷ ἱερῷ καταλειφθῆναι. καὶ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ἱερῷ, τοιαῦτα συνέβαινεν εἶν τὰ πράγματα. λυσίας ἡ ὁ στρατηγὸς, καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς περσίδος ἥκων ἐδηλώθη, καὶ τὰ πράγματα εἰς ἑαυτὸν κατασκευάζειν, εἶχον μὲν ὡς τε τὴν πολιορκίαν ἀφέντες, ὅπῃ τὸν φίλιππον ὁρμᾶν. ὑ μὴν τοῦτο ποιῆσαι φανερὸν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἔγνωσαν, ἀλλ' ἐκέλευσε τὸν λυσίαν ὁ βασιλεὺς, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἡγεμόσιν, ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν μὲν περὶ φιλίππου ἐφανίζοντα, τὸν ἡ πολιορκίαν ὅτι χρησιμώτατη γένοιτ' ἂν δηλοῦντα, καὶ τὸν ὀχυρώτατα τῶ χρείᾳ. καὶ ὅτι τὸν

B

C

D

E

F

G

τὸ τ' ζοφῆς αὐτοῖς ἤδη ἐπιλελοίπει, ἢ ὡς πολλὰ δεῖ κακῶς ἔχειν τὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ πραγμάτων, ἢ ὡς δοκεῖ πολὺ κρεῖττον εἶ) ἀποδιδὰς ποιησαμένους πρὸς τοὺς πολιορκουμένους, ἢ φιλίαν πρὸς ὅλον αὖτ τὸ ἔθνος, ὑπεξέφηναντας αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς πατρίοις νόμοις ὧν ἀφαιρεθέντες ἐξεπολεμώθησαν, χωρεῖν ὅπη τὰ οἰκεῖα. ταῦτα τοῦ λυσίου φήσαντος, ἠρέσθη τότε βράδυμα ἢ ἥμερος τῇ γνώμῃ.

A

B

Κεφάλαιον ιέ.

Ὅτι πολλοῦ χρόνου τὴν πολιορκίαν τελεσθέντος, φιλίαν ποιεῖται πρὸς ἰούδαν, ἀναχωρεῖν ἐκ τῶν ἰουδαίων ἐπιτάξας.

C

Καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἰούδαν ἢ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους, εἰρήνην τε ἐπηγγείλατο, ἐπὶ συγχωρεῖν τοῖς πατρίοις νόμοις χρωμένοις ζῆν. οἱ ἢ, ἀσμένως δεξάμενοι τοὺς λόγους λαβόντες ὅρκους τε ἢ πίστεις, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. εἰσελθὼν ἢ αὐτίοχος εἰς αὐτό, ἢ θεασάμενος ὀχυρὸν ὕπαρ τὸ χωρίον, παρέβη τοὺς ὅρκους, ἐπὶ καθεῖλε τὴν δύναμιν ὧν ἔδρασαν, καθελεῖν τὸ τεῖχος εἰς ἔδαφος. ἢ ταῦτα ποιήσας, ἀπέστρεψεν εἰς αὐτίοχειαν, ἐπαγόμενος ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα, ὃς ἢ μενέλαος ἐκαλεῖτο. λυσίας γὰρ συνεβούλευσε τῷ βασιλεῖ, τὸν μενέλαον ἀπελεῖν, εἰ βούλοιτο τοὺς ἰουδαίους ἡρεμεῖν, ἐπὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν αὐτῷ. τοῦτον γὰρ ἀρξαι τῆς κακῶν πείσαντα αὐτὸν τὸν πατέρα τοὺς ἰουδαίους ἀναγκάσαι τὰ πάτρια θρησκείαν καταλιπεῖν. πέμψας δὲ τὸν μενέλαον ὁ βασιλεὺς εἰς βέρροιαν τὴν συρίας διέφθειρεν, ἀρχιερατεύσαντα μὲν ἔτη ἐ. πονηρὸν ἢ ἀσεβῆ, ἢ ἵνα αὐτὸς ἀρχὴ, τὸ ἔθνος ἀναγκάσαντα παραβαίνειν τοὺς ἰδίους νόμους. ἀρχιερεὺς δ' ἐγένετο μετὰ τὸν τοῦ μενελάου θάνατον ἄλκιμος ὁ καὶ ἰάκιμος κληθείς. ὁ ἢ βασιλεὺς αὐτίοχος, δρῶν ἤδη τὸν φίλιππον κρατοῦντα τῶν πραγμάτων, ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν, ἢ λαβὼν αὐτὸν ὑποχείριον ἀπέκτεινεν. ὁ ἢ τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς ὀνίας, ὃν προεῖπομεν ἔτι παῖδα τελοῦντος ἀφίεσθαι τοῦ πατρὸς, ἰδὼν ὅτι τὸν θεῖον αὐτοῦ μενέλαον ὁ βασιλεὺς ἀπελῶν, τιμᾷ ἀρχιεροσύνῃ ἄλκιμον δέδωκεν ἐκ ὄντα τοῦ ἀρχιερέως γένους, ἀλλ' ὑπὸ λυσίου πεισθεὶς μεταθήσῃ τιμῆς ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον, φεύγει πρὸς πτολεμαῖον τὸν αἰγύπτου βασιλέα. ἢ τιμῆς ἀξιωθεὶς ὑπό τε αὐτοῦ ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κλεοπάτρας, λαμβάνει τόπον ἀξιώσας ἐν τῷ νόμῳ τῷ ἡλιοπολίτῃ. ἐν ᾧ ὅμοιον τῷ ἐν ἱεροσολύμοις οἰκοδόμησεν ἱερόν. περὶ τούτων δ' οὐδ' ἀναγέστερον ἡμῖν ἔσται διελθεῖν.

D

E

F

Κεφάλαιον ις'.

Ὡς βακχίδης ὁ δημητρίου στρατηγὸς ὑπερπαταμήθη παῖς ἰουδαίων ἀνεχώρησε πρὸς τὸν βασιλέα.

G

Ὑπὸ ἢ τὸν αὐτὸν καιρὸν φυγὼν δημήτριος ὁ σελεύκου υἱὸς, ἢ καταλαβόμενος τῆς συρίας τρίπολιν, περιέθηκε δι' αὐτοῦ διάδημα. συναγαγὼν ἢ πᾶσας περὶ αὐτὸν μισθοφόρους εἰς ὀλίγα βασιλείας εἰσῆλθε. πάντων δ' αὐτὸν ἡδέως προσδεχομένων ἢ ὑποδεδόντων αὐτοῖς, συλλαβόντες ἢ ἢ αὐτίοχον τὸν βασιλέα ἢ λυσίαν, ζῶντας ἀπήγαγον αὐτῷ. καὶ ἔτει μὲν καλύσαντος ὑπάρχημα δημητρίου διεφθάρησαν, βασιλεύσαντος

means eos iam deficerent, & auocarent multa regni negotia quæ opus esset regem componere. Itaque præstare fœdus & amicitiam cum hac gente facere, & sinere eos vti patriis legibus, quibus priuari se non sustinentes rebellauerant, atque ita rediturос esse in suam quemque patriam. Quæ sententia per Lysiam apud exercitum exposita, communi omnium suffragio comprobata est.

Cap. XV.

Antiochus omissa oppugnatione cum Iudæis fœdus facit & amicitiam.

TVm rex misso caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obsessis denunciat, libertatemque viuendi propriis legibus. Illi verò libenter hæc audientes, acceptа in hoc fide & iureiurando interposito, exiuerunt è templo. At Antiochus cùm ingressus vidisset locum egregiè munitum, violato sacramento iussit suum exercitum, vt solo æquaret murum quo templum septum fuerat: & hoc facto reuersus est Antiochiam, ducens secum Oniam pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lysias enim regi consuluit, vt eum interficeret, si vellet Iudæos quiescere, & ipse liber esse ab eorum molestationibus. hunc enim esse malorum omnium autorem & principium, qui persuasisset eius patri, vt Iudæos ab institutis patriis deficere cogeret. Rex igitur Menelaum missum in Beroeam Syriæ necauit, post exactum in pontificatu decennium, hominem malum & impium, qui vt sibi principatum adstrueret, totam gentem à religione deficere compulit. ei successit in pontificatum Alcimus, Iacimus alio dictus nomine. Cæterùm Antiochus cùm offendisset Philippum iam occupasse tyrannidem, bello victum, & in potestatem suam redactum affecit supplicio. Filius autem pontificis Onias, quem diximus orbatum patre adhuc puerum, videns quòd rex interfecto ipsius patruo sacerdotium Alcimo dedisset, nihil pertinenti ad cognationem pontificum, Lysia suadente vt transferret eum honorem in aliam familiam, fugit ad Ægypti regem Ptolemæum: apud quem & vxorem eius Cleopatram in precio habitus, impetrauit ab eis locum in præfectura Heliopolitana, in quo templum Hierosolymitano simile extrueret, de quo aliàs dicemus tempestiuiùs.

Cap. XVI.

Bacchides Demetrij dux cum exercitu contra Iudæos missus, infecto negotio ad suum regem reuertitur.

EOdem tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: assumptóq; diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenariis regnum inuadit: cúmque certatim ad eum populi deficerent, excipientes eum obuiis manibus, etiam Antiochum regem & Lysiam comprehensos viuos ad eum perduxerunt: qui mox iussu Demetrij necati sunt, post exactum regni

XV. 1. Mach. 7.

Antiochi annum alterum, sicut & in aliis commentariis diximus. Ad nouum regem confluxerunt multi Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus pontifex: accusabántque totam gentem, præcipuè Iudam cum fratribus, quòd post interfectos omnes amicos & fautores regis, se quoque eiecissent è patria: metu coactos solum vertere: postulabántque vt ex amicis quempiam eò mitteret, qui cognosceret quanta per Iudam patrata fuerint. at ille iratus mittit eò Bacchidem amicum regis Antiochi Epiphanis, virum strenuum, cui tum Mesopotamiæ præfectura credita fuerat: & cõmendato illi Alcimo, traditóque exercitu, iubet vt Iudam & eum sequentes internecione deleat. Ille profectus Antiochia cum his copiis, postquam peruenit in Iudæam, misit ad Iudam & fratres, insidiantes eos ad pacem & amicitiam. Volebat enim dolo eum circumuenire. Sed ille noluit ei se credere, quòd videret adesse exercitum: quem putabat adductum belli potius quàm pacis gratia. Quidam tamen è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciauerat, & nihil sibi timentes ab Alcimo propter communem patriam, ad eos se contulerunt. & accepto ab vtroque iureiurando, nihil mali passuros nec se nec eiusdem factionis homines, eorum fidei se commiserunt. Bacchides autem non seruata fide sexaginta interfectis ex eo numero, cæteros cautiores iam factos deterruit, quo minus ad eum accederent. itaque amoto exercitu à Hierosolymis postquam peruenit ad vicum Bethzetho, comprehendit multos perfugas, & quosdam è populo, & occisis omnibus iussit eius regionis homines parere Alcimo, ad cuius præsidium relicta sub eo parte exercitus, Antiochiam ad regem Demetrium reuersus est. Alcimus autem volens principatum sibi constabilire, & intelligens ad hanc rem opus esse popularium beneuolentia, comiter ac blandè appellabat omnes, & loquendo singulis ad gratiam, breui numerosam manum adiunxit ad priorem quam antè habuerat. horum plerique erant impij & profugi, quorum opera & ministeriis vtendo regionem obibat, occidens eos qui erant Iudæ partium, quotquot in suam potestatem redigere poterat. at Iudas animadnertens tantopere creuisse illis potentiam, & multos probos ac pios homines extinctos eius violentia, ipse quoque obibat regionem, interficiens quotquot in manus eius venirent è studiosis Alcimi. Qui videns se viribus imparem, quo posset diutius resistere, decreuit confugere ad auxilium & opes regis Demetrij. Profectus igitur Antiochiam solicitabat contra Iudam illius animum, accusans quòd plurimas ab eo passus esset iniurias, plures etiã passurus, nisi maturè misso illuc exercitu, vir audax & facinorosus pœnas debitas lueret.

A αὐτόχου ἔτη ϛ, καθὼς ἤδη που καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται. συνεφθάρησαν δὴ πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων παντοῖοι καὶ φυγάδες, καὶ μετ' αὐτῶν ἄλκιμος ὁ ἀρχιερεύς, κατηγόρουν τὸ ἔθνους παντὸς, καὶ τὸ Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, λέγοντες ὡς τοὺς φίλους αὐτοῦ πάντας ἀπέκτειναν, καὶ ὅσοι τὰ ἐκείνου φρονοῦντες συνεμάχοντο αὐτὸν ὑπῆρχον ἐν

B τῇ βασιλείᾳ, τούτους ἀπωλολέκασιν, αὐτοὺς τε τῆς οἰκείας γῆς ἐκβεβλήκασιν, ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιήκασιν. ἀξιοῦντες πέμψαντα τῶν ἰδίων τινὰ φίλων, γνῶναι δι' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰούδα τετολμημένα. ὁ δὲ δημότερος παρεξιωθεὶς ἐκπέμπει Βακχίδην φίλον αὐτοῦ τῷ ὀνόματος βασιλέως αὐδένα χρηστὸν, καὶ τὴν μεσοποταμίαν ἅπασαν πεπιστευμένον, δοὺς αὐτῷ δύναμιν, καὶ τὸν ἀρχιερέα ὠμόθεμον αὐτῷ ἄλκιμον, ἐντειλάμενος αὐτῷ κτεῖναι Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ἐξορμήσας δὲ

C ἀπὸ τῶν Ἀντιοχείας ὁ Βακχίδης μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ ἐλθὼν ἐμβαλὼν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ πρὸς φιλίας καὶ εἰρήνης δῆλα ἐνόμους. δόλῳ γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο λαβεῖν. ὁ δ' οὐκ ἐπίστευσεν. ἑώρα γὰρ ὅτι μετὰ στρατιᾶς παρέσται τοσαύτης, μεθ' ὅσης οὐκ ἐπολέμησέ τις, ἀλλ' οὐκ ἐπ' εἰρήνῃ ἔρχεται. τινὲς μὲν οὖν τῶν ἐκ τοῦ δήμου πρόσεχον οἷς ὁ Βακχίδης ἐπεκηρυκεύσατο, καὶ νομίσαντες οὐδὲν αὐτοῖς ὑπὸ ἀλκίμου πεισθέντας δεινὸν ὄντος ὁμοφύλου, πρὸς αὐτοὺς ἀνεχώρησαν. καὶ λαβόντες ὅρκους παρ' ἀμφοτέρων, μήτε

D αὐτοὺς τι παθεῖν, μήτε τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ὄντας προαιρέσεως, ὅπισθεν αὐτοὺς ἐκείνοις. ὁ δὲ Βακχίδης ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων, ξ μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε. τοὺς δ' ἄλλους, ὅσοι διενοοῦντο πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν, ἀπέστρεψε, τοῖς πρώτοις τὴν πίστιν μὴ φυλάξας. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀπελθὼν, κατὰ κώμην Βηθζηθὼ λεγομένην ἐγίνετο, πέμψας συλλαμβάνει πολλοὺς τῶν αὐτομολούντων καὶ τινας τοῦ λαοῦ, καὶ πάντας ἀποκτείνας προστάττει

E τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ πάσῃ, ὑπακούειν ἀλκίμῳ. καὶ μὴν στρατιᾶς τινὸς ἵν' ἔχῃ τηρεῖν τὴν χώραν αὐτῷ καταλιπὼν αὐτὸν, εἰς Ἀντιόχειαν πρὸς τὸν βασιλέα δημότερον ὑπέστρεφεν. ἄλκιμος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ βουλόμενος βεβαιώσασθαι, καὶ σωτὴρ ὅτι κατασκάψας δύνοιτο τὸ πλῆθος ἀσφαλέστερον ἄρξει, χρησοῖς ἀπαντας ὑπήγετο λόγοις. καὶ πρὸς ἡδονὴν ἐκάστῳ καὶ χάριν ὁμιλῶν, ταχὺ δὴ μάλα χεῖρα πολλὴν

F καὶ δύναμιν προσεβάλλετο. τούτων δ' ἦσαν οἱ πλείους ἐκ τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφυγαδευμένων, οἷς ὑπηρέτας καὶ στρατιώτας χρώμενος, ἐπῆρχετο τὴν χώραν, καὶ ὅσους ἐν αὐτῇ τὰ Ἰούδα φρονοῦντας εὕρισκεν, ἐφόνευεν. ὁρῶν δὲ τὸν ἄλκιμον ἤδη μέγαν ὁ Ἰούδας γιγνόμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρκότα τῶν ἀγαθῶν καὶ ὁσίων τοῦ ἔθνους, καὶ αὐτὸς ὑπερδυόμενος τὴν χώραν, διέ-

G φθειρε τοὺς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας. βλέπων δ' αὐτὸν ὁ ἄλκιμος αὐτέχειν τῷ Ἰούδα μὴ δυνάμενον, ἀλλ' ἡττώμενον αὐτοῦ τὸ ἰσχύϊ, ὅτι τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλέως συμμαχίαν ἔγνω ζάπεδε. συναγόμενος οὖν εἰς Ἀντιόχειαν, παρώξυνεν αὐτὸν ὅπι τὸν Ἰούδαν, κατηγορῶν ὡς πολλὰ μὲ ὑπ' αὐτοῦ πεπονθοι κακά. πλείω δ' ἤμελλεν ἂν ἔι μὴ προκαταληφθείη, ϛ δῶ δίκην, δυνάμεως ἐχυρᾶς ἐπ' αὐτὸν ἀποσταλείσης.

Κεφά-

Κεφάλαιον ιζ'.

Ὡς νικάνωρ μετὰ τὸν βαχίδην πεμφθεὶς στρατηγὸς, ἀπόλετο σὺν τῇ στρατιᾷ.

CAP. XVIII.

Nicanor post Bacchidem dux contra Iudam missus vnà cum vniuerso exercitu internecione periit.

Ὁ δημήτριος, τοῦτ' ἤδη καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ πράγμασιν ὑπισχνούμενος ἐπιτυχεῖν, τὸ φιλιδεῖν ἰούδαν ἐν ἰσχυῖ ζοιαύτῃ γιγνόμενον, ἐπιπέμπει νικάνορα, τὸν φιλτατον αὐτῷ καὶ πιστότατον τῶν φίλων. οὗτος γάρ ἦν ὁ καὶ ἀπὸ τῶν ῥωμαίων πόλεως αὐτῷ συμφυγὼν, καὶ δυσὶ δυνάμεσι ὅσαις ἀρκέσειν ὑπέλαβεν αὐτῷ πρὸς τὸν ἰούδαν, ἀπέλυσεν αὐτὸν μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι τοῦ ἔθνους. ὁ δὲ νικάνωρ ὡς ἀγωνιῶμενος εἰς ἱεροσόλυμα, πολεμεῖν μὲν οὐδεὶς ὑ διέτρεπε τῷ ἰούδᾳ, δόλῳ δὲ ὑποχείριον λαβεῖν κρίνας, πρεσβευτὰς λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ μηδεμίαν μὲν ἀπάγκλην ἔχ φάσκων πολεμεῖν καὶ κινδυνεύειν, ὅρκους δ' αὐτῷ διδόναι πρὸς τὸ μηδὲν πείσεσθαι δεινόν. ἤκειν γὰρ μετὰ φίλων ὅτι τῷ ποιῆσαι φανερὰν αὐτοῖς τὴν δημοσίᾳ τοῦ βασιλέως διάνοιαν, ὡς οὐδεὶς ἂν ἡμῶν αὐτῷ φθονεῖ. ταῦτα διαπρεσβευσαμένων τοῦ νικάνορος, ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πεισθέντες, μὴ μηδεμίαν ἀπάτην ὑποπτεύσαντες, δίδοσι πίστεις αὐτῷ, καὶ δέχονται τὸν νικάνορα μετ' ἐνδόξου. ὁ δὲ ἀσπασάμενος τὸν ἰούδαν μεταξὺ προσομιλῶν, δίδωσι τοῖς οἰκείοις τὸ σημεῖον, ὅπως συλλάβωσι τὸν ἰούδαν. ὁ δὲ συνεὶς τὸ ὑπόβουλον, ἐκπηδήσας πρὸς τοὺς ἰδίους συνέφυγε. φανερᾶς δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπίδρας ὁ νικάνωρ γνωρίμης, πολεμεῖν ἔκρινε τῷ ἰούδᾳ. καὶ συγκροτήσας καὶ ὡπλισμένος πρὸς τὸν μάχιμον, συμβαλὼν κατά τινα κώμην καφαρσαλαμᾶ, καὶ νικήσας, ἀναγκάζει τὸν ἰούδαν ὑπὸ τὸν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἄκραν φεύγειν. ἐπεὶ δ' αὐτὸς κατόπιν ἐπὶ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν, ἀπαντήσαντες τῷ ἱερέων τινὲς καὶ πρεσβυτέρων ἦσαν ἄζοντο, καὶ τὰς θυσίας ἐπεδείκνυον, αἷς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἔλεγον προσφέρειν τῷ θεῷ, ὁ δὲ βλασφημήσας αὐτοὺς ἠπείλησεν, εἰ μὴ παραδοῖεν τὸν ἰούδαν ὁ λαὸς αὐτῷ καθαιρήσειν ὅταν ἐπανέλθῃ τὸν ναόν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπειλήσας ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς ἱεροσολύμων. οἱ δὲ ἱερεῖς εἰς δάκρυα ἐλθόντες τὸν ὑπὲρ τοῦς εἰρημένοις λύπην ποιήσεσθαι, καὶ τὸν θεὸν ἱκέτευον ῥύσασθαι ἐκ τῆς πολεμίων αὐτούς. ὁ δὲ νικάνωρ, ὡς ἐκ τῶν ἱεροσολύμων ἐξελθὼν ἐλήλυθε κατά τινα κώμην, βεβοηθημένην αὐτόθι στρατοπεδεύεται, προσγνωμῆς αὐτῷ καὶ ἄλλης ὑπὸ συρίας δυνάμεως. ἰούδας δὲ ἐν ἀδασοῖ, τετάρτῃ κώμῃ σαδίους ἀπεχούσῃ τριακοντα τῆς βεθωρῶν στρατοπεδεύεται, εἰς χιλίους ἄνδρας ἔχων. τούτοις παρορμήσας μὴ καταπλαγῆναι τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος, μηδὲ λογίζεσθαι πρὸς πόσους ἀγωνίζεσθαι μέλλουσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες καὶ ὡς οἷον ἐπάνδρων κινδυνεύουσιν ἐθνῶν μεθύχως ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, ὑπὲρ τοῦ μάχιμον ἐξάγει. καὶ συμβαλὼν τῷ νικάνορι, καὶ κρατησᾶς δὲ μάχης ἡμωμένης, κρατεῖ τῶν ἐναντίων. καὶ πολλοὺς τε αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ τελευταῖον αὐτὸς ὁ νικάνωρ λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ἔπεσεν. οὗ πεσόντος, οὐ καὶ τὸ στράτευμα ἔμεινεν, ἀλλὰ τὸν στρατηγὸν ἀπολέσαντες, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν ῥίψαντες τὰς παρασκευάς. ἔδηλοῦτο δὲ ὁ ἰούδας ἐφόδια, καὶ τοῖς σάλπιγξι ταῖς πέριξ κώμαις ἐσήμαινεν, ὅτι νικᾷ τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ ἐν αὐταῖς ἀκούοντες, ἐξεπήδων ὡπλισμένοι. καὶ τοῖς φεύγουσιν ἀπαντῶντες, ἔκτεινον αὐτοὺς χωμη-

XVII. 1. Macc. 7

DEmetrius verò ne suis quidem rebus tutum existimans, si ita Iudæ vires augeri sineret, Nicanorem mittit amicorum charissimum simul & fidissimum: qui etiam Roma fugienti comes fuerat: attributóque quantum satis contra Iudam putabat exercitu, iussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primum dissimulans hostem, decreuit specie pacificatoris dolo Iudam intercipere. aiebat enim nihil esse causæ cur belli subire deberent aleam. paratum se illi cauere iureiurando sanctissimo, si quid fortè periculi metuat. In hoc enim tantùm se venisse cum amicorum comitatu, vt mentem sui regis ei notam faceret, quàm propensus sit in fauorem Iudaici generis. hac legatione persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data vicissim & accepta fide exceperunt eum hospitaliter cum toto exercitu. Cúmque post primam salutationem colloqueretur cum Iuda familiariter, signum quoddam suis dedit vt eum comprehenderent. Ille maturè intellectis insidiis properè ad suos refugit: & detecto iam dolo ad apertam vim vterque se vertit. Commisso deinde prælio prope vicum Capharsalamam, inferior inde discedens Iudas in Hierosolymitanam arcem compulsus est. Reuertenti deinde præter templum Nicanori sacerdotes facti sunt obuiam, ostentantes victimas, quas se dicebant oblaturos Deo pro salute regis Demetrij. at Macedo ne à conuiciis quidem in Deum temperans, minatus est nisi populus Iudam sibi traderet, breui se reuersurum, & in templum ipsum sæuiturum, ita vt ad solum vsque id diruat. atque cum his minis reliquit Hierosolyma. at sacerdotes tali denunciatione mœsti cum lacrymis Deo supplicauerunt, vt sacratam sibi ædem vnà cum suis cultoribus tutaretur ab hostium iniuria. Nicanor verò egressus Hierosolyma castris locum optauit apud vicum Bethoron, vbi se cũ eo coniunxit alia manus recens tum è Syria veniẽs. Iudas quoque castra posuit ad aliũ vicũ nomine Adaso, triginta modò stadiis distantem ab hostibus, habens circa se nõ plus mille militum. hos cohortatus ne terreantur hostium multitudine, néve cogitẽt cum quàm multis decernerẽt, sed quales ipsi, & pro qualibus præmiis contenderent, iussit forti animo hostem aggredi & pugnã capessere. itaq; edito acri certamine, multi ceciderunt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & ducis & militis strenui perfunctus officio. quo iacẽte ne cætera quidem acies substitit amplius, sed amisso duce verterunt terga, arma iactantes quo expeditiùs fugerent. Iudas verò impigrè cum suis persequens sæuiebat cædibus: & tuba significabat vicinis oppidis & vicis victoriam: móxque vndique armati prosilientes, profligatis incondité ruentibus oc-

currebant infestis gladiis, ita vt ne vnus quidem incolumis euaserit ex nouem millibus: tot.n.in vniuersum fuerant. Ea victoria cõtigit decimatertia die mensis Adar, vt nostri nominant, qui Macedonibus Dystrus dicitur: eáque die festiuitatem nostri per singulos annos renouant ob rei prosperè gestæ memoriam. Post eam victoriam aliquantisper quieuit Iudæorum gens à continuis conflictationibus, pacis ocio perfruens, donec iterum in eadem reuoluta est discrimina. Alcimo autem pontifici volenti demoliri veterem adyti parietem, sanctorum vatum ædificium, morbus diuinitus inflictus est, per quem repentè voce priuatus in terram procidit, & cruciatus non paucis diebus miserè periit, post exactum in sacerdotio quadriennium: quo defuncto pontificatum populus communibus suffragiis Iudæ tradidit. Qui quoniam multa audierat de Romana potentia, quòd deuictis Gallis & Hispanis ac Carthaginensibus Græciam quoque subegerint, & reges Perseum, Philippum, magnúmque Antiochum perdomuerint, decreuit conciliare sibi eorum amicitiam. Missis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Ioannis & Iasone Eleazari filio, rogauit vt in societatem reciperetur & amicitiã, & vt Demetrio scriberent ne posthac Iudæos bello lacesseret. Hanc legationem senatus admisit, & auditis eorum postulatis amicitiam annuit. móxque senatusconsultum de ea re factum inscriptum æreis tabulis relatum est in Capitolium: cuius exemplar in Iudæam missum est. erat autem senatusconsultum de societate & amicitia Iudæorum huiusmodi. Ne cui Romanæ ditionis cum Iudæis bellum gerere liceat, neque præbere hostibus eorum triticum aut naues aut pecuniam. vtque si quis Iudæos inuadat Romani succurrant pro viribus: & vicissim si quis Romanos bello impetat, Iudæi contra eum sint auxilio. Quòd si Iudæi velint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de communi populi Romani sententia: idque ita demum ratum fore. Scriptum est hoc senatusconsultum per Eupolemum Ioannis filium, & Iasonem Eleazari, sub pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipsius. Atque hoc fuit primum inter Romanos & Iudæos fœdus societatis ac amicitiæ.

XVII. 1. *Mach.8.*

Cap. XVIII.

Bacchidis denuò missi in Iudæam victoria.

XVIII. 1. *Mach.9.*

DEmetrius autem accepto nuncio cladis Nicanoris & exercitus, rursum Bacchidem in Iudæam misit cum aliis copiis: qui ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbela oppidum Galilææ castra posuit: & expugnatis illic speluncis ad quas magnus hominum numerus confugerat, properabat inde Hierosolyma. & cognito quòd Iudas in Berzetho vico tuũ cõtineret militẽ, raptim contra eũ duxit peditũ viginti, equitũ verò duo millia, cũ Iudas nõ pl⁹ haberet quàm mille milites. ex his quidã territi multitudine Bacchidis militũ, desertis castris diffugerũt, ita vt octingẽti tãtũ reliqui fuerint.

νοι κ᾽ τοῦ πρόσωπον, ὡς τε ἐκ τ᾽ μάχης ταύτης ἐλὶς διφυγῇ, ὄντων αὐτῷ ἐννακισχιλίων. τ᾽ ϗ νίκην συνέβη γενέσθαι ταύτην τῇ ιγ᾽. τὸ μὲν τὸ λεγομένῳ, Δῶσα μὲ ἰουδαίοις ἄδαρ, κ᾽ ϗ μακεδόνας δύστρε. ἄγουσιν δ᾽ ἐν τούτῳ τὰ νικητήρια κ᾽ πᾶν ἔτος, ὡς ἑορτὴν νομίζοντες τὴν ἡμέραν. ἐξ ἐκείνου μὲν οὖν τοῖς χρόνοις ὀλίγον τὸ τ᾽ ἰουδαίων ἔθνος τοῦ πολέμων ἀναπαυσάμενον, κ᾽ εἰρήνης ὀπολαύον, ἔπειτ᾽ εἰς ἀγῶνας πάλιν κ᾽ κινδύνους κατέστη. τοῦ δ᾽ ἀρχιερεῖ τοῦ ἀλκίμῳ βουληθέντι καθελεῖν τὸ τεῖχος τ᾽ ἁγίου, ὃν παλαιὸν κ᾽ κατασκευασμένον ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, πληγὴ τις ἀφνίδιος ἐκ τοῦ θεοῦ προσέπεσεν. ὑφ᾽ ἧς ἄφωνός τε ὅλη τ᾽ γῆν κατενέχθη, κ᾽ βασανισθεὶς ὅπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανεν, ἀρχιερατεύσας ἔτη δ᾽. τελευτήσαντος ϗ τούτου, τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ ἰούδᾳ δίδωσιν. ὃς ἀκούσας περὶ τῆς ῥωμαίων δυνάμεως, κ᾽ ὅτι κατεπεπολεμήκασι τήν τε γαλατίαν κ᾽ τ᾽ ἰβηρίαν, καὶ καρχηδόνα τ᾽ λιβύης, καὶ πρὸς τούτοις τὴν ἑλλάδα κεχειρωνται, καὶ τοὺς βασιλεῖς περσέα τε κ᾽ φίλιππον, κ᾽ τ᾽ μέγαν ἀντίοχον, ἔσπευδε φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι. πέμψας οὖν εἰς τὴν ῥώμην τοῦ αὐτῷ φίλων δι᾽πόλεμον τ᾽ ἰωάννε υἱὸν, κ᾽ ἰάσονα τ᾽ ἐλεαζάρου, παρεκάλει δ᾽ αὐτοῦ συμμάχους εἶ), καὶ φίλους, καὶ δημοῖφ γράψαι ὅπως μὴ πολεμῇ τοῖς ἰουδαίοις. ἐλθόντας ϗ εἰς τ᾽ ῥώμην τοὺς ΩΔΔ τὸ ἰούδα πρεσβύτας, ἡ σύγκλητος δέχεται, καὶ δεηθεῖσα πρὸ ὧν ἐπέμφθησαν, τ᾽ συμμαχίαν ὑπέδει. ποιήσασα ϗ πρὸ τούτῳ δόγμα, τὸ μ᾽ ἀντίγραφον εἰς τ᾽ ἰουδαίαν ἀπέστειλε. αὐτὸ δ᾽ εἰς τὸ καπετώλιον, εἰς χαλκὰς ἐγγράψαντες δέλτοις ἀνέθεσαν. ἰοῦ ϗ τοιοῦτον δόγμα συγκλήτου, περὶ συμμαχίας κ᾽ φιλίας τ᾽ πρὸς τὸ ἔθνος τοῦ ἰουδαίων. μηδένα τ᾽ ὑποτεταγμένων ῥωμαίοις πολεμεῖν τοῦ ἰουδαίων ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμοῦσι χορηγεῖν, ἢ σῖτον ἢ πλοῖα ἢ χρήματα. ἐὰν ϗ ὅπίωσι τινες ἰουδαίοις βοηθεῖν ῥωμαίους αὐτοῖς, κ᾽ τὸ δυνατόν. ϗ πάλιν αὖ, τῇ ῥωμαίων ὅπίωσι τινες, ἰουδαίοις αὐτοῖς συμμαχεῖν. ἂν δέ τι πρὸς ταύτῃ τὴν συμμαχίαν θελήσῃ τὸ τοῦ ἰουδαίων ἔθνος ἢ προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, τοῦτο κοινῇ γνώμῃ γίνεσθαι γνώμῃ τῶν δήμου τοῦ ῥωμαίων. ὁ δ᾽ αὐ προσεθῆ τοῦτ᾽ εἶ) κύριον. ἐγεγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ δι᾽πολέμου τ᾽ ἰωάννου παιδὸς, καὶ ὑπὸ ἰάσονος τοῦ ἐλεαζάρου, ὅτι ἀρχιερέως μ᾽ τοῦ ἔθνους ἰούδα, ϛρατηγοῦ ϗ σίμωνος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ τῶν μὲν πρώτων ῥωμαίοις πρὸς ἰουδαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, οὕτω συνέβη γίνεσθαι.

Κεφάλαιον ιή.

Οὐ πάλιν ὅτι τῶν ἰουδαίων ϛρατηγὸς ἀπεμφθεὶς ἐνίκησεν.

ΔΗμήτριος δ᾽ ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τῆς νικήσεως τελευτῆς, καὶ τῆς ἀπωλείας τ᾽ συν αὐτοῦ ϛρατεύματος, πάλιν τ᾽ βαχίδην μ᾽ δυνάμεως εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐξέπεμψεν. ὃς ἐκ τ᾽ αἰτιοχείας ὁρμήσας καὶ παραγενόμενος εἰς ἰουδαίαν ἐν ἀρβήλοις πόλει τῆς γαλιλαίας ϛρατοπεδεύεται. καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐκεῖ ἁπλοίοις ὄντας, πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὰ συμπεφύγασι, ἑλὼν πολιορκήσας καὶ λαβὼν, αἴρας ἐκεῖθεν ὅτι τὰ ἱεροσόλυμα ἀπειλῆν ἐποιεῖτο. μαθὼν ϗ τ᾽ ἰούδαν ἔν τινι κώμῃ βηρζηθὼ τοῦνομα κατεϛρατοπεδευμένον, ἐπ᾽ αὐτὸν ἠπείγετο μ᾽ πεζῶν μ᾽ δισμυρίων, ἱππέων ϗ δισχιλίων. τοῦ ἰούδα δ᾽ ἦσαν οἱ πάντες χίλιοι. ἅτοι τὸ βαχίδου πλῆθος θεωρήσαντες ἐδείσαν, κ᾽ τ᾽ παρεμβολὴν καταλιπόντες, ἔφυγον πάντες, πλὴν ὠ. ἰούδας

ἰούδας ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ τῆς οἰκείας στρατιᾶς καὶ πολεμίων ὑπερφυῶν, καὶ μηδένα καιρὸν αὐτῷ πρὸς συλλογὴν δυνάμεως ὑπαρχόντων, οἷός τε ἦν μὴ τῆς ὡσυμβαλεῖν τοῖς μετὰ τὸ βακχίδου. καὶ προσπόμενός γε τούτοις δι' ὑψίκαρος ὑψίστας τὸ κίνδυνον, παρεκάλει χωρεῖν ὅπῃ τὸ μάχιμον. τῶν δὲ λεγόντων ὡς ἐκ εἰσὶ πρὸς τοσοῦτον μέγεθος στρατιᾶς ἀξιόμαχοι, συμβαλλόντων δὲ νεῦ μὲ ἀναχωρεῖν καὶ σώζειν αὐτούς, αὖθις δὲ σωταγόντα τοὺς ἰδίους, τοῖς ἐχθροῖς συμβαλεῖν, μὴ τὸτ' εἶπεν ἥλιος ὑπόδυ χθόμενον, ἵνα ἐγὼ τὰ νῶτα μὲ δείξω τοῖς πολεμίοις. ἀλλ' εἰ τελευτῶ ὁ παρών μοι καιρὸς φέρει, καὶ δεῖ πάντως ὑπολέσθαι μαχόμενον, σήσομαι γενναίως παῦ ὑπομένων τὸ μέλλον, ἢ τοῖς ἤδη κατορθωμένοις καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δόξῃ προσβαλὼν τὴν ἐκ τῶν νεῶν φυγὴν ὑβρεῖν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας ὠδύρατο, τὸ κινδύνου καταφρονήσαντας ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις ἐλεγεν.

A

B

C

Κεφάλαιον ιθ'.

Ως ἰούδας διεφθάρη μαχόμενος.

Ὁ δὲ βακχίδης ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς στρατοπέδου τὴν δύναμιν πρὸς μάχην παρετάσσετο. Καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐξ ἑκατέρων τῶν κεράτων ἔταξε, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ τοξότας, προεπήσατο ἁπάσης τὴν φάλαγγος. αὐτὸς δὲ ἐν ᾧ ὅπῃ τὸ δεξιὸν κέρως. ὕστερος δὲ συντάξας τὴν στρατιὰν ἐπεὶ προσέμιξε τῇ τῶν πολεμίων στρατοπέδῳ, σημανάσης τὸν σαλπιγκτὴν ἐκέλευσε, καὶ τὴν στρατιὰν ἀλαλάξασαν προσπέσαι. τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσας ὁ ἰούδας, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις. καὶ καρτερῶς ἀμφοτέρων ἀγωνιζομένων, καὶ μάχης μέχρι δυσμῶν παρατεινομένης, ἰδὼν ὁ ἰούδας τὸν βακχίδην καὶ τὸ κράτιστον ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι, οἱ τὸ δώτυμον ἔχοντες, ἐκυκλώσαντο τὸν ἰούδαν διώκοντες, καὶ λαμβάνουσι μέσον αὐτὸν κατόπιν γενόμενοι. ὁ δὲ φυγεῖν ἐ δυνάμενος, ἀλλὰ προειρημένος ὑπὸ τῶν πολεμίων σας ἐμάχετο μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. πολλοὺς δὲ κτείνας τῶν ἀντιπάλων καὶ κατάκοπος γενόμενος, καὶ αὐτὸς ἔπεσεν, ὅτι καλοῖς μὲ προτέρων γενόμενος, ἐφ' ὁμοίοις δὲ ὅτε ἀπείθησε τῇ ψυχῇ ἀφείς. πεσόντος δὲ ἰούδα, πρὸς μηδένα τὸ λοιπὸν ἀφορᾶν ἔχοντες οἱ σὺν αὐτῷ, στρατηγοῦ δὲ τοιούτου στερηθέντες ἔφυγον, λαβόντες δὲ τὸ σῶμα ὠδὰ πολεμίων ὑπάντων δὲ σίμων καὶ ἰωνάθης οἱ ἀδελφοὶ τοῦ ἰούδα, κομίσαντες εἰς τὴν μωδεὶμ κώμην, ὅπου καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν τέθαπτο, κηδεύσαντες, πενθήσαντος ὅλη συχνὰς αὐτὸν τῷ πλήθοις ἡμέρας, καὶ πενθήσαντος κοινῇ τοῖς γενομένοις. καὶ τέλος μὲν τοιοῦτον κατέσχεν ἰούδαν, ἄνδρα γενναῖον καὶ μεγαλοπάλεμον γενόμενον, καὶ τὴν τῶν πατρῴων ἐντολῶν μετὰ θέσιν μνήμονα, καὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς τῆς πολιτῶν ἐλευθερίας καὶ δράσαι καὶ παθεῖν ἕτοιμον. τοιοῦτος οὖν τελευτῶν ἀρετῶν ὑπάρξας, μέγιστον αὐτῷ κλέος καὶ μνημεῖον κατέλιπεν ἐλευθεράσας τὸ ἔθνος, καὶ τὸν ὑπὸ μακεδόσιν ἁρπάσας αὐτὸ δουλείας. καὶ τελευτῶν ἀρχιερατεύσαντα ἔτος ἕνα καὶ τριακοστόν, ἀπέθανεν.

Iudas autem quamuis imminente iam hoste destitueretur milite, tamen quia non erat vnde delectum in supplementum faceret, maximè in tali temporis angustia, decreuit cum octingentis illis Bacchidem aggredi, & cohortatus vt generosè subirent pericula, iussit eos prodire in aciem. quibus consulentibus vt tunc se in tutum reciperet, cùm sit tanto inferior & numero & viribus, ac mox maioribus copiis hostem inuaderet: Absit, inquit, vt me terga obuertentem hostibus sol aspiciat. nam etiam si mori nũc oporteat, nunquam tot res hactenus egregiè gestas, tantámque virtute partam gloriam ignominiosa fuga maculaturus sum. Atque ita suorum reliquias cohortatus, persuasit vt intrepidè expectarent conflictum hostium.

Cap. XIX.

Quomodo Iudas prælio victus occubuit.

INterea Bacchides productis extra castra copiis instruebat aciem, equitum alas hinc & inde in vtroque cornu collocans, in fronte leuem armaturam & sagittarios, & post hos robur phalangis Macedonicæ: ipse in dextro cornu locum sibi optauit. Sic instructa acie postquam venit in conspectum hostium, iussit signa canere, & militem cum clamore eos inuadere. Idem & Iudas fecit, collatísque signis certatum est vtrinque acriter: donec vergente iam sole, Iudas animaduertens Bacchidem cum robore militum pugnam in dextro cornu ciere, cum audacissima manu iuuenum in eum irruit. Perruptáque phalange penetrauit in mediam aciem: & impulsis in fugam aduersariis, persecutus est eos vsque montem qui Aza dicitur: id conspicati qui sinistrum cornu tenebant, à tergo adorti Iudam circumueniunt. qui videns nullum superesse effugium vrgentibus circumquaque hostibus in vestigio cum suis constitit: & cæsis hostium plurimis lassitudine magis quàm vulneribus confectus cecidit non inultus, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore addito. quo prostrato non habentes amplius quem sequerentur milites orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effusi sunt. Simon autem & Ionathas fratres induciis factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modim vicum magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquammultos dies honorauerunt eius memoriam. Hic finis fuit Iudæ viri generosissimi & bellicosissimi, qui memor mandatorum Mathiæ patris, nullum vnquam pro libertate popularium defugit aut laborem aut periculum. quapropter meritò virtutis sempiternam post se reliquit gloriam, liberata è Macedonum seruitute patria, & per triennium ante obitum administrato pontificali sacerdotio.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἰσοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως ἰωνάθης ἀδελφὸς ὢν ἰούδα, τελευτήσαντος αὐτοῦ, τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν. Κεφ. α

Ως πολεμήσας βακχίδῃ, ἠνάγκασε φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας. Κεφ. β

Οτι ἀλέξανδρος ὁ τῶ ὄνιφανοῦς ἀπόγονος ἐλθὼν εἰς συρίαν, ἐξεπολέμησε πόλεμον πρὸς δημήτριον. Κεφ. γ

Ως δημήτριος προσβυσάμενος πρὸς ἰωνάθην, ποιεῖται συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν πολλοῖς δωρησάμενος. Κεφ. δ

Ως ἀλέξανδρος ταῦτ' ἀκούσας καὶ ἀπορβαλὼν τὰ παρὰ δημητρίου, καὶ ἀποδείξας ἰωνάθην ἀρχιερέα, συμμαχεῖν ἔπεισεν αὐτῷ. Κεφ. ε

Η ὀνίου φιλία πρὸς τὸν φιλομήτορα πτολεμαῖον, καὶ ὡς ᾠκοδόμησε τὸν ὀνίου καλούμενον ναὸν πρὸς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις ὄντα. Κεφ. ς

Οτι ἀλέξανδρος ἀποθανόντος δημητρίου, σφόδρα ἐτίμησεν ἰωνάθην. Κεφ. ζ

Ως δημήτριος ὁ δημητρίου παῖς πλεύσας εἰς συρίαν ἀπὸ κρήτης καὶ πολεμήσας τὸν ἀλέξανδρον καὶ κρατήσας, αὐτὸς ἐβασίλευσε, φιλίαν πρὸς ἰωνάθην ποιησάμενος. Κεφ. η

Ως ζύφων ὁ ἀπαμεὺς καταπολεμήσας δημήτριον, ἀπόχῳ τῷ ἀλεξάνδρῳ υἱῷ παρέδωκε τὴν βασιλείαν, ποιησάμενος καὶ αὐτὸς σύμμαχον ἰωνάθην. Κεφ. θ

Ως δημητρίου ὑπὸ πάρθων ἀχμαλώτου ληφθέντος ὁ ζύφων παρεπόνησε τὸν ἰωνάθην, καὶ δόλῳ λαβὼν αὐτὸν ἀπέκτεινε, καὶ πόλεμον ἐξεύηγε πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ σίμωνα. Κεφ. ι

Ως σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ἐνεχείρισε τὸ ἔθνος, καὶ ἀπέδειξεν αὐτὸν ἀρχιερέα. Κεφ. ια

Ως ὁ σίμων ἐπολιόρκησεν ἐν δώροις ζύφωνα σύμμαχος γενόμενος ἀπόχῳ τῷ δημητρίου ἀδελφῷ, καὶ καὶ δυσεβεῖ ὑπεκλήθη. Κεφ. ιβ

Ως ζύφωνος αἰχμαλωτίσαντος, ἀπόχον ἐπολέμησε σίμων, καὶ κενδεβαῖον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ νικήσας, τῆς ἰουδαίας ἐξέβαλεν. Κεφ. ιγ

Οτι ὑπὸ γαμβροῦ πτολεμαίου ἐν συμποσίῳ δολοφονηθεὶς ὁ σίμων ἀπέθανεν. Κεφ. ιδ

Οτι πτολεμαῖος τὴν ἀρχὴν ἐπεχείρησε κατασχεῖν, καὶ πῶς ὑρκανὸς τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν. Κεφ. ιε

Ως στρατευσάμενος ἐφ' ὑρκανὸν ἀπόχος ὁ δυσεβὴς, καὶ προσκαθίσας τῇ τοῦ ἱεροσολυμιτῶν πόλει, διέλυσε τὴν πολιορκίαν, λαβὼν παρ' ὑρκανοῦ τάλαντα τ', καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν θέμενος. Κεφ. ις

Τρκανοῦ στρατεία ἐπὶ συρίαν. Κεφ. ιζ

Ως ἀπόχος ὁ κυζικηνὸς ἐλθὼν βοηθήσας τοῖς σαμαρεῦσι ἡττηθεὶς διέφυγε. Κεφ. ιη

HÆC IN IOSEPHI DECIMOTERTIO ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Ionathas defuncto fratri in principatu succedit. CAP. I.

Ionathas fessum bello Bacchidem compellit, inito cum Iudæis fœdere exercitum abducere. CAP. II.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur. CAP. III.

Demetrius missa legatione ad Ionatham multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit. CAP. IV.

Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus, & delato Pontificatu Ionatham in partes suas traducit. CAP. V.

Onias in amicitiam à Ptolemæo Philometore receptus templum Oniæ dictum ad Hierosolymitani similitudinem ædificat. CAP. VI.

Quòd Alexander post mortem Demetrij Ionatham in summo honore habuit. CAP. VII.

Demetrius Demetrij filius cùm è Creta in Syriam traiecisset, deuicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recipit. CAP. VIII.

Tryphon Apamenus post deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum asserit, recepto in amicitiam Ionatha. CAP. IX.

Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus violat, & Ionatha dolo capto atque interfecto Simoni eius fratri bellum infert. CAP. X.

Quòd Simoni Iudæorum gens & Pontificatum simul & copiarum imperium detulit. CAP. XI.

Simon Tryphonem in Dora compulsum oppugnat, inito cum Antiocho, cui Pius cognomen erat, fœdere. CAP. XII.

Postquam Tryphon interfectus esset, bello inter Antiochum & Simonem orto, Cendebæus dux regius è Iudæa profligatur. CAP. XIII.

Quòd Simon à genero sub Ptolemæo in conuiuio per dolum occisus est. CAP. XIV.

Quomodo frustratis Ptolemæi conatibus, Hyrcanus principatu potitus est. CAP. XV.

Quòd Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, & obsessis Hierosolymis placatus CCC. talentis fœdus cum eo iniit. CAP. XVI.

Hyrcani expeditio in Syriam. CAP. XVII.

Quòd Antiochus Gyzicenus Samaritis auxilium ferens victus aufugit. CAP. XVIII.

Οτι ωδαλαβὼν ἀρισόβυλος τὴν ἀρχὴν, διάδημα πρῶτος ἐπέθετο. Κεφ. ιθ
Αλεξάνδρου τ᾽ ἰουδαίων βασιλέως στρατία. Κεφ. κ
Πτολεμαίου τοῦ λαθύρου πρὸς αὐτὸν μάχη καὶ νίκη. Κεφ. κα
Ως στρατυσάμβρος δημήτριος ὁ εὐκαιρεὺς ἐπὶ ἀλέξανδρον, στρατὸν ἔπεμψεν αὐτῷ. Κεφ. κβ
Αντιόχου τοῦ διονύσου λεγομένου, στρατία ἐπὶ ἰουδαίαν, ὡς ἐστράτευσε τῇ μάχῃ. Κεφ. κγ
Ως μετ᾽ ἀλέξανδρον τελευτήσαντος ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀλεξάνδρα, τὴν βασιλείαν κατέσχεν. Κεφ. κδ

Quòd Ariſtobulus primus diadema ſibi impoſuit. Cap. XIX.
Alexandri Iudæorum regis res geſtæ. Cap. XX.
Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria. Cap. XXI.
Demetrius Eucærus Alexandrum prælio ſuperat. Cap. XXII.
Antiochi Dionyſij in Iudæam expeditio. Cap. XXIII.
Alexandro mortuo vxor Alexandra in regnum ſuccedit. Cap. XXIV.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICARVM
LIBER DECIMVSTERTIVS.

Κεφαλ. α'.
Ως ἰωνάθης μετὰ τὸν ἀδελφὸν ἰούδαν τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν.

CAP. I.
Ionathas defuncto fratri ſuo Iuda in principatu ſuccedit.

TINI μὲν οὖν ζόπῳ τὸ τῶν ἰουδαίων ἔθνος καταδουλωσαμένων αὐτὸ τῶν μακεδόνων ἀνεκτήσατο τὴν ἐλευθερίαν, καὶ δ' ὅσων καὶ πολίτων ἀγώνων ὁ στρατηγὸς αὐτῶν ἐλθὼν ἰούδας, ἀνῄρηται γὰρ αὐτῷ μαχόμενος, ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν. μετὰ δὲ τὸν τελευτῆσαν ἰούδαν πάλιν ὅσον οὔπω τῶν ἀσεβῶν καὶ παραβεβηκότων τὴν πάτριον πολιτείαν, ἐπεφύη τοῖς ἰουδαίοις, καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς ἀκμάζον ἐπάκουεν. συνελάμβανε δὲ τῇ τούτων πονηρίᾳ καὶ λιμὸς τὴν χώραν καταλαβών. ὡς πολλοὺς δι' ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τοῖς παρ' ἀμφοτέρων ἀπὸ τε τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν ἐχθρῶν δεινοῖς αὐτέχειν, αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς μακεδόνας. βακχίδης δὲ τῶν ἰουδαίων τοὺς δοκοῦντας ἐπὶ πάτρίοις συνηθείας, καὶ τὸν κοινὸν βίον πρεσειρημένους σεμνοπρεπέστατους, τούτους εἰ ἐχείρισε τῆς χώρας ἐπιμέλειαν. οἱ δὲ συλλαμβάνοντες τοὺς ἰούδα φίλους, καὶ τὰ ἐκείνου φρονοῦντας, τῷ βακχίδῃ παρέδωσαν. ὁ δέ, βασανίζων πρῶτον αὐτοὺς, εἶτα πρὸς ἡδονὴν αἰκιζόμενος, ἔκτεινε δ' ἕνα τὸν διέφθειρε. ταύτης δὲ συμφορᾶς τοῖς ἰουδαίοις τηλικαύτης γενομένης, ἡλίκης οὐκ ἦσαν πεπραγμένοι μετὰ τὴν βαβυλῶνος ἐπάνοδον, οἱ πρεσβύτεροι

A

B

C

VEMADMODVM libertatem à Macedonibus oppreſſam populus Iudæorum denuò receperit, & quo pacto dux & propugnator eorum Iudas poſt multa exhauſta certamina poſtremo prælio fuerit occiſus, in præcedenti libro ſatis declarauimus. Poſt eius obitum quotquot Iudæorum à pietate deſciuerant, reſumptis animis infeſtant reliquos populares: ita vt accederet etiam fame, quæ tum fortè regionem eam totam occupauerat, multi non ferentes geminatum infortunium, hinc à penuria, inde ab aduerſariis ingruens, coacti ſint adiungere ſe factioni Macedonicæ. Bacchides autem conuocatis ad ſe Iudæorum deſertoribus; qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his adminiſtrationem regionis commiſit: qui comprehenſis Iudæ amicis & fautoribus, Bacchidæ eos tradiderunt. & is tortos primùm cruciatóſque ad libitum, poſtremò omnes ad vnum enecabat. In hac tanta calamitate conſtituti Iudæi, quantam poſt captiuitatem Babylonicam nunquam experti fuerant: quotquot

1. *Mach.9.*

erant reliqui ex Iudæ sociis, veriti gentis interitum adiuerunt Ionatham eius fratrem, rogabántque vt germani æmulus fieret, qui ad extremum halitum libertatem propugnans præclaris conatibus sit immortuus: nec sineret totam gentem sine præside venire in extremum salutis periculum. Tum Ionathas paratum se vel ad mortem obtulit pro tutela populi,& visus dignus qui Iudæ fratri suo succederet,communibus Iudæorum suffragiis administrandæ militiæ præfectus est. Quo comperto Bacchides veritus ne Ionathas quoque multum negotiorum exhibeat regi & Macedonibus, quemadmodum antè Iudas fecerat,decreuit eum dolo tollere: sed hoc eius propositum nec ipsum nec Simonem fratrem latuit. quamobrem maturè moniti assumpta sociorum manu in desertum vrbi vicinum celeriter refugerunt: & cùm venissent ad aquam quæ dicitur lacus Asphar, ibi morabantur. Porrò Bacchides sentiens eos timere & in desertis illis latitare, duxit contra eos omnes suas copias,& positis vltra Iordanem castris confluentem illuc militem recipiebat. Ionathas autem cognito illius aduentu, misit fratrem suum Ioannem Gaddin ad Nabathæos Arabas,vt apud eos impedimenta deponeret, donec armis cũ Bacchide decerneret. erant enim amici. sed in itinere inuaserunt eum Medabenses Amaræi filij, direptísque impedimentis & quicquid secum deferebat, comprehensum interfecerunt cum omnibus sociis: cuius facinoris paulò pòst pœnas dederunt eius fratribus, sicut suo loco dicetur. Bacchides autem cognito quòd Ionathas castra haberet in Iordanis palustribus, sabbato illum aggressus est, ratus non repugnaturum propter religionem dici.at ille cohortatus socios,& ostento periculo quòd nisi viri essent, non possent euadere, clausi à tergo amne, à fronte hostibus: votísque Deo factis pro victoria, impigrè hostem aggreditur: & prostratis non paucis, videns ipsum Bacchidem in se ruere, ferire eum conatus est. sed cùm ille cautè ictum declinasset, Ionathas cum sociis desilientes commiserunt se flumini, & in oppositam ripam enatarunt, hostibus non ausis traicere, sed ad Hierosolymitanam arcem reuertentibus, desideratis ex eorum numero fermè duobus millibus. post eum conflictum Macedo communiuit aliquot oppida, Hierichuntem, Emmauntem, Bethoron, Bethellam, Thannatham, Pharathonem, Tochoam, Gazara, additis mœnibus & turribus, vt impositis in eas præsidiis, res Iudæorum inde infestaret excursionibus: sed nihil æquè vt Hierosolymitanam arcem muniit,in qua acceptos à Iudæorum primatibus filios obsides inclusit, vt ibi custodirentur. Eodem tempore nunciatum est Ionathæ & Simoni fratribus,quòd Amaræi filij celebraturi essent nuptias,& adducturi sponsã ab

τες τῷ ἑταίρων τῷ ἰούδα, βλέποντες ἀπολλύμενον πικρῶς τὸ ἔθνος, προσελθόντες αὐτῷ τῷ ἀδελφῷ ἰωνάθῃ, μιμεῖσθαι τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ, & τῶν ἐκείνου θεῖ τ ὁμοφύλων περίοιαν ἡξίουν ἀποθανόντος ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας, κ μὴ περιορᾶν ἀφεσάτευτον τὸ ἔθνος, μεσοῦ ἐν οἷς φθείρεται. ὁ ὁ ἰωνάθης φήσας ἑτοίμως ἔχειν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν κ νομισθεὶς κ μεῖζον εἰ) χείρων τῷ ἀδελφῷ, στρατηγὸς ἀποδείκνυται τῶν ἰουδαίων. ὁ ὁ βακχίδης ἀκούσας τῶτο κ φοβηθεὶς μὴ πλείονα πράγματα τῷ βασιλεῖ κ τοῖς μακεδόσιν ὁ ἰωνάθης, ὡς κ πρότερον ἐποίει, ἀποκτεῖναι δόλῳ τῶτον ἐζήτει. ταύτην δ' ἔχων τὴν προαίρεσιν, ἐκ ἔλαθε τὸν ἰωνάθην, οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ σίμωνα. ἀλλὰ γὰρ μαθόντες ἔβοι κ πλείονα λαβόντες τοὺς ἑταίρους ἅπαντας, εἰς τὴν ἐρημίαν τ ἔγγιστα τῶν πόλεως τὸ τάχος ἔφυγον. κ παρῳκισμένοι ὅπου τὸ ὕδωρ τὸ καλούμενον λάκκου ἀσφαρ, αὐτόθι διῆγον. ὁ ὁ βακχίδης αἰσθόμενος αὐτοὺς ἀπειρηκότας, & ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τυγχάνοντας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτοὺς μ πάσης τ δυνάμεως, & πέραν τῶ ἰορδάνου στρατοπεδευσάμενος, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. ἰωνάθης ὁ γνοὺς τὸν βακχίδην ἐπ' αὐτὸν ἤκοντα, πέμπει τὸν ἀδελφὸν ἰωάννην τὸν κ γαδδὶν λεγόμενον, πρὸς τοὺς ναβαταίους ἄραβας, ἵνα παρ' αὐτοῖς ἀποθηται τὴν ἀποσκευὴν ἕως ἂ πολεμήσωσι πρὸς βακχίδην, ἦσαν γὰρ φίλοι· τὸν ὁ ἰωάννην ἀπόντα πρὸς τοὺς ναβαταίους, ἐνεδρεύσαντες ἐκ μηδαβᾶς πόλεως οἱ ἀμβράικ παῖδες αὐτόν τε συλλαμβάνουσι κ τοὺς σὺν αὐτῷ, κ ἁρπάσαντες ὅσα ἐπεκομίζετο, κτείνουσι κ τὸν ἰωάννην κ τοὺς ἑταίρους αὐτῷ πάντας. δίκην μὲν τοίνυν τούτων ὑπέσχον τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῷ τὴν ἀξίαν, ὡς μετ' ὀλίγον δηλώσομεν. ὁ ὁ βακχίδης γνοὺς τὸν ἰωνάθην ἐν τοῖς ἕλεσι τῶ ἰορδάνου κατεστρατοπεδευμένον, παραφυλάξας τὴν τῷ σαββάτων ἡμέραν, ἐπ' αὐτὸν ἦκεν, ὡς ὀ μαχόμενον ἐκείνῃ δὴ τ' ἡμέραν. ὁ ὁ παρορμήσας τοὺς ἑταίρους, κ περὶ τῆς ψυχῶν αὐτοῖς εἰ) τὸν κίνδυνον εἰπὼν μέσοις ἀπειλημμένους τῶτε ποταμοῦ κ τῶν πολεμίων, ὡς φυγεῖν ἐκ ἔχοιεν. οἱ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν ὄπισαν, ὁ ποταμὸς δ' ἐν κατόπιν αὐτῶν. δεξάμενος ὁ & τὴν θεὸν νίκην αὐτοῖς παράσχειν σωτάπασι τοῖς πολεμίοις. ὧν πολλοὶ κατεβαλὼν, ἐπεὶ τολμηρῶς εἶδεν ἐπερχόμενον αὐτῷ τὸν βακχίδην, ἐξέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων αὐτόν. τὸ ὁ προσιόντος κ τ πληγὴν ἐκκλίναντος, ἀποπηδήσας μετὰ τῶν ἑταίρων εἰς τὸν ποταμὸν, διενήξατο, κ τῶν διασώζοντα τ τόπον εἰς τὸ πέραν τῶ ἰορδάνου, τῶν πολεμίων ἐκ ἔτι τὸν ποταμὸν ἐπιβαβάντων, ἀλλ' ὑποστρέψαντος δίθις τὸ βακχίδου εἰς τὴν ἱεροσολύμοις ἄπρεαν. ἀπέβαλε ὁ τῆς στρατιᾶς ὡς περὶ δισχιλίους, πολλὰς ὁ τ' ἰουδαίας καταβαλλομένας πόλεις ὠχύρωσε, κ τὴν ἰεριχοῦντα κ ἐμμαοῦν, κ βαθωρὸν, κ βαθήλλαν, κ θαμναθᾶ, κ φαραθὼ, κ τοχόαν, & γάζαρα, & πύργους ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οἰκοδομήσας, κ τείχη περιβαλὼν αὐταῖς καρτερὰ, κ τῶν μεγίστων διαφέροντα, δυνάμεις εἰς αὐτὰς κατέστησεν, ὅπως κακοῦν ἐκείθεν ὁρμώμενοι τοὺς ἰουδαίους ἔχωσι. μάλιστα ὁ τὴν ἐν ἱεροσολύμοις ἄπρεαν ἰσχύρωσε. λαβὼν ὁ κ τοὺς τῶν πρώτων τῆς ἰουδαίας παῖδας ὁμήρους, εἰς τὴν ἄπρεαν αὐτοὺς ἐνέκλεισε, κ τῶτον ἐφύλαττε τὸν τρόπον. ὑπὸ τὸν αὐτὸν δὴ καιρὸν παρῳκισμένός τις περὶ ἰωνάθην & τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ σίμωνα, τοὺς ἀμβρικίου παῖδας ἀπήγγειλεν αὐτοῖς γάμον ὁπλίζοντας, κ τὴν νύμφην ἄγοντας, ὑπὸ

γαβα-

γαβαθὰ πόλεως, θυγατέρα τινὸς ἔσαν τῶν ὀνομαστῶν A
ἅμα τοῖς ἄνυμφι. μέλλειν ἤ γίνεσθαι ἁρπαστὴν τὴν
κόρης λαμπρᾶν καὶ πολυτελῆ. οἱ ἢ ἀδελφοὶ τὸν ἰωνάθην καὶ
σίμωνα, καιρὸν ὀπιτηδειότατον εἰς τὴν ἐκδίκιαν τοῦ ἀδελ-
φοῦ νομίσαντες αὐτοῖς ἁρμόσαι, καὶ λήψεσθαι τὸν γάμον
ἰωάννης δίκλω παρ' αὐτῶν, ὅτι πολλῆς ἀξιώσεως γαμβρὸν
λαβόντες, ἐξώρμησαν εἰς μηδάβαν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐν
τῷ ὄρει λοχῶντες ἔμενον. ὡς ἢ εἶδον αὐτοὺς ἄγοντας
τὸν παρθένον, καὶ τὸν νυμφίον, καὶ φίλων σὺν αὐτοῖς οἷον B
εἰκὸς ἐν γάμοις ὄχλον, ἀναπηδήσαντες ἐκ τῶν ἐνέδρας
ἀπέκτειναν ἅπαντας, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἄλλα ὅσα
τότε εἴωθε λεία τοῖς ἀνθρώποις, λαβόντες ὑπέστρεψαν.
καὶ τιμωρίαν μὲν ἰωάννης τοῦ ἀδελφοῦ ἅμα τῷ ἰδίῳ
ἀμύναρθαι, τοιαύτην ἀπέλαβον. αὐτοί τε γὰρ ἔτοι καὶ οἱ
συνεπόμενοι φίλοι καὶ γυναῖκες αὐτῶν καὶ τέκνα διεφ-
θάρησαν, ὄντες ὑπὲρ σίμωνα μὲν οὐδὲ καὶ ἰωνάθης εἰς τὰ ἔ-
λη τοῦ ποταμοῦ ὑποστρέψαντες, αὐτόθι κατέμενον. βακ- C
χίδης ἢ τὴν ἰουδαίαν ἅπασαν φρυκτοῖς ἀσφαλισάμενος,
ὑπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ τότε μὲν ἐπ' ἔτη δύο τὰ
τῶν ἰουδαίων ἠρέμησε πράγματα. οἱ ἢ φυγάδες καὶ
οἱ ἀσεβεῖς, ὁρῶντες τὸν ἰωνάθην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μὴ
πολλῆς ἀδείας ἐνδεχομένους τὴν χώραν διὰ τὴν εἰρή-
νην, πέμπουσι πρὸς δημήτριον τὸν βασιλέα παρακα-
λοῦντες, ὅπως εἶλαι βακχίδην ὅτι τὴν ἰωνάθου σύλλη-
ψιν. ἐδήλου γὰρ αὐτὸν ἀπόνως ἐσομένην, καὶ νυκτὶ μιᾷ
μὴ προσδοκῶσιν αὐτοῖς ὅπιπεσόντας, ἀποκτεῖναι ἅ- D
παντας. τοῦ ἢ βασιλέως ἐκπέμψαντος τὸν βακχίδην
χρυσόμενος ὅδιτ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, πᾶσιν ἔγραψε τοῖς φίλοις
καὶ ἰουδαίοις καὶ συμμάχοις, συλλαβεῖν αὐτῷ τὸν ἰω-
νάθην. ἀκουσάντων ἢ πάντων καὶ μὴ δυναμένων
κρατῆσαι τοῦ ἰωνάθου, ἐφυλάττετο γὰρ τὸν ὅπιβουλὸν
ἠθημένος, ὁ βακχίδης ὀργισθεὶς τοῖς φυγάσιν, ὡς ψεύ-
σαμένοις αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα, πεντήκοντα αὐτῶν
τοὺς ἡγεμόνας συλλαβὼν, ἀπέκτεινεν. ὁ ἢ ἰωνάθης E
σὺν τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ εἰς βηθαλαγὰν ἀνα-
χωρεῖ, κώμην ἔσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, φοβηθεὶς τὸν βακχί-
δην. καὶ οἰκοδομήσας πύργους, καὶ τείχη περιβαλόμε-
νος, αὐτὸν ἔσχεν ἀσφαλῶς πεφρουρημένον. βακχί-
δης ἢ ταῦτα ἀκούσας, τὴν τε μεθ' ἑαυτοῦ στρατιὰν ἄ-
γων, καὶ τὴν ἰουδαίων τοὺς συμμάχους συλλαβὼν,
ὅπι τὸν ἰωνάθην ἦκε, καὶ προσβαλὼν αὐτοῖς τοῖς ὀ- F
χυρώμασιν, ὅπι πολλὰς αὐτὸν ἡμέρας ἐπολιόρκει. ὁ ἢ,
πρὸς τὴν παρὰν τῆς πολιορκίας οὐκ ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ
καρτερῶς ἀντιτάξας, σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ πό-
λει καταλείπει, τὴν βακχίδου πολεμίσουσα. λάθρα
δ' αὐτὸς εἰς τὴν χώραν ἐξελθὼν, καὶ συναγαγὼν χεῖ-
ρα πολλὴν παρὰ τῶν αὐτὰ φρονούντων, νυκτὸς
ὅπιπίπτει τοῦ βακχίδου στρατοπέδῳ. καὶ συχνοὺς αὐ-
τῶν διαφθείρας, φανερὸς καὶ τὰδελφῷ σίμωνι γίνεται G
τοῖς ἐχθροῖς ὅπιπεσών. καὶ γὰρ ὅδιτ αἰθόμενος ὑπ'
αὐτῶν κτεινομένων, ἐπέξεισιν αὐτοῖς, καὶ τὰ τε μηχα-
νήματα τὰς πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐνέπρησε τοῦ μακε-
δόνων, καὶ φόνον αὐτῶν ἱκανὸν εἰργάσατο. θεασάμενος
δ' αὐτὸν ὁ βακχίδης ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλημ-

oppido Gabatha, filiam illustris cuiusdam inter Arabas: eámque puellam traducendam cum pompa sumptuosa & splendida. Fratres autem existimantes opportunissimum ad vindictam tempus sibi oblatum, & facilè vlturos se iniuriam fratri illatam, versus Medabam properauerunt, & insidiis in monte collocatis expectabant eorum transitum. Vt verò in conspectum venit sponsus cum virgine & amicorum comitatu, vt fieri solet in nuptiis, coorti ex insidiis omnes ad vnum interfecerunt, & cum ornamentis cæteráque præda reuersi sunt voti compotes, & egregiè vlti germani interitum de Amaræi filiis. ceciderunt enim hi non soli, sed cum vxoribus, liberis & amicis, vsque ad quadringentorum numerum. Atque ita Simon cum Ionatha in palustria Iordanis reuersi, illic commorabantur. Bacchides autem per totam Iudæam præsidiis dispositis, ad regem suum reuersus est: quo tempore per integrum biennium status rerum Iudaicarum fuit pacatior. Transfugæ autem & vulgus impiorum hominum videntes Ionatham & eius factionem securè versari in Iudæa propter tranquillitatem temporum, per nuncios solicitauerunt Demetrium, vt Bacchide misso Ionatham in potestatem suam redigeret. fore enim hoc perfacile, & vnica nocte posse omnes eius milites insperato incursu opprimi. qui vbi iussu regis in Iudæam peruenit, ad omnes eius regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darent operam vt comprehenderetur Ionathas. Cúmque omnium insidiis appeteretur, nec tamen quicquam proficerent, cautus enim erat, vt qui dolum præsensérat: itatus Macedo transfugis, putánsque & se & regem ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis quinquaginta præcipuos. Ionathas autem cum fratre & suorum manu metu secessit in vicum Bethalagam, qui in deserto situs est: eúmque muniuit mœnibus & turribus, vt tutum haberet receptaculum. quo audito Bacchides cum totis suis copiis, adiunctísque Iudæorum suæ factionis auxiliis contra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perstitit. at ille nihil territus restitit acriter: relictóque ad oppidi tutelam Simone fratre clàm egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit vt frater aduentum suum cognosceret. quàm primùm enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta incendit eorum machinas, cæde etiam non mediocri edita. Bacchides verò videns se à fronte ac tergo inuasum ab hostibus, re inopinata consternatus, ob insperatum obsidionis exitum, vix fuit compos animi. totam autem indignationem effudit in transfugas vt impostores, quorum opera missus à rege fuerat, vnum cogitãs quomodo ex dignitate sua & regis obsidioni fine imposito, exercitum sine ignominia posset reducere.

μμένον, καὶ τοὺς μὲν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τοὺς δ' ὄπισθεν προσκειμένους, εἰς ἀθυμίαν ἅμα καὶ ταραχὴν τὰ πράγματα ἐνέπεσε, τῷ παρ' ἐλπίδας ἀποβαίνειν τὰς πολιορκίας συνχυθείς. τὸ μὲν τοίνυν ὑπ' αὐτῶν θυμὸν, εἰς τοὺς φυγάδας, οἳ μετεπέμψαντο παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτὸν, ἐπέσκηψεν, ὡς ἐξαπατήσαντας. ἐβούλετο ἢ τελέσας τὴν πολιορκίαν ἀφορμῶς, εἰς τὴν οἰκείαν ὑποστρέφειν.

CAP. II.

Ionathis fessum bello Bacchidem compellit, inito cum Iudais fœdere exercitum abducere.

1. *Mach.9.* QVa eius voluntate cognita Ionathas, misit ad eum nuncios, petens societatem & amicitiam inter se & eum fieri, captiuis vtrinque redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificum, & oblatam occasionem qua posset non inglorius obsidionem soluere, amicitiam cum Ionatha iniit, iureiurando interposito, neutrum arma moturum in alterum: redditisque & receptis captiuis, Antiochiam ad suum regem reuersus est: nec vnquam posthac Iudæam cum exercitu repetiit. Ionathas verò hanc securitatem nactus, & degēs apud Machmam oppidum, administrationi rerum & iuri populis reddendo operam impendit, & seuerè animaduertens in religionis patriæ desertores, repurgabat suam gentem ab huiusmodi contagionibus.

CAP. III.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur.

II. ANno autem sexagesimo supra cēteſimum Alexander Antiochi Epiphanis filius veniens in Syriam Ptolemaidem occupauit, proditione militum qui eam tenebant præsidio, moréſque Demetrij oderant, vt parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in regium quoddam castellum munitum quatuor turribus, non procul situm ad Antiochia, neminem admittebat: & omissa reipublicæ cura degebat in ocio per segnitiem, vnde grauiora etiam odia contra eum exorta sunt, sicut alibi à nobis dictum est. Audito igitur quòd Alexander occupasset Ptolemaidem, cum omnibus copiis contra eum profectus est.

CAP. IV.

Demetrius missa legatione ad Ionatham multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit.

1. *Mach.10* MIsit etiam legatos ad Ionatham, inuitans eum ad societatem & amicitiam, præuenire Alexandrum cupiens, ne fortè ille prior impetraret illius auxilium, ídque eo facilius, quòd odia inter se & Ionatham intercesserant: cui mandabat vt haberet delectum militum, & arma pararet reciperétque Iudæorum obsides, quos Bacchides in Hierosolymitanam arcem incluserat. Talis cōditio cùm offerretur à Demetrio, Ionathas venit Hierosolyma, & legit regias literas audiēte tā populo quā arcis præsidio. quib. lectis impij & transfugæ qui in arce erāt, vehemēter sunt territi, quòd rex Ionathæ & exercitū colligere permitteret, & obsides recipere: quos suis quemque parentibus restituit. Atque ita Ionathas Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea vrbe reparans, nam & mœnia eius iussit saxo quadrato extrui, quo firmiora essent contra assultus hostium. Quod vbi senserunt qui dispersi erant per præsidia, omnes relictis illis receperunt se Antio-

A

B

C

D

E

F

G

Κεφάλαιον β'.

Ως ιωνάθης πλεμίσας βαχχίδη, διέλυσε τὴν φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας.

ΜΑθὼν δὲ αὐτὸ τὴν διάνοιαν ἰωνάθης, ἀπεσβεύσατο πρὸς αὐτὸν περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας, ὅπως ἀποδῶσιν ἀλλήλοις οὓς εἰλήφασιν αἰχμαλώτους ἑκάτεροι. νομίσας ὁ ταύτην διαπρεπεστέραν ὁ βαχχίδης τὴν ἀναχώρησιν, ἀπέστειλε πρὸς τὸν ἰωνάθην φιλίαν, καὶ ὁμόσαι μὴ στρατεύειν ἐπ' κατ' ἀλλήλων. καὶ τοὺς τε αἰχμαλώτους ἀποδοὺς, καὶ τοὺς ἰδίους κομισάμενος, ὑπέστρεψεν εἰς ἀπόχειαν πρὸς τὴν βασιλέα, καὶ μηκέτι ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, ἐπ' ἐπ' εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐνέβαλεν. ὁ δὲ ἰωνάθης ταύτης τὴν ἀδείας λαβόμενος, καὶ πειράμενος ἐν μαχμᾷ πόλει τὴν διαιταν, αὐτόθι τοῖς ὄχλοις διῴκει τὰ πράγματα, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς κολάζων, ἐκάθηρεν ἔτους ἀπὸ τούτων τὸ ἔθνος.

Κεφάλαιον γ'.

Οτι ἀλέξανδρος ὁ τοῦ ἐπιφανοῦς ἐκβιάσας πόλεμον πρὸς δημήτριον.

ΕΤεῖ δὲ ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἀλέξανδρον τὴν ἀποχὴν τοῦ ἐπιφανοῦς ἰόν ἀναβαίνοντα εἰς συρίαν, συμβὰν καταλαβέσθαι πτολεμαΐδα, ἐκ προδοσίας τῆς ἐνθένδε στρατιωτῶν. ἀνεχθῶς δὲ εἶχον πρὸς τὸν δημήτριον διὰ τὴν ὑφηφανίαν αὐτοῦ καὶ τὸ δυσέντευκτον. ἀποκλείσας δὲ αὐτὸν εἰς τετράπυργόν τι βασίλειον, ὃ κατεσκεύασεν αὐτὸς ἐκ ἀποθέν τὴν ἀποχείας, ἐδένα προσίετο, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ πράγματα ῥᾳθυμος ἰὼν καὶ ὀλίγωρος, ὥστε αὐτοῦ καὶ μᾶλλον τὸ πρὸς τὴν ἀποστατηγμένων μίσος ἐξήφθη, καθὼς ἤδη καὶ ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. γενόμενον οὖν ἐν πτολεμαΐδι τὸν ἀλέξανδρον ἀκούσας ὁ δημήτριος, ἦλθε ἄπασαν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐπ' αὐτόν.

Κεφάλαιον δ'.

Ως δημήτριος πρεσβευσάμενος πρὸς ἰωνάθην, πείθεται συμμαχίαι πρὸς αὐτὸν πολλῶν δωρεαῖς.

ΕΠεμψε δὲ καὶ πρὸς ἰωνάθην πρέσβεις περὶ συμμαχείας καὶ φιλίας. φθάσαι γὰρ τὸν ἀλέξανδρον λέγω, μὴ προσχωρηθεὶς ἐκείνος αὐτῷ, χὴ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν. τοῦτο δὲ ποιεῖ, φοβηθεὶς μὴ μνησικακήσας ὁ ἰωνάθης αὐτῷ τῆς ἔχθρας συνεπιθῆται. προσέταξεν οὖν αὐτῷ συναθροίζειν δύναμιν, καὶ προκατασκευάζειν ὅπλα, καὶ τοὺς ὁμήρους οἷς τὴν ἱεροσολύμων ἐκλεισε βαχχίδης ἐν τῇ ἀκρᾳ τὴν ἱεροσολύμων, ἀπολαβεῖν. τούτων οὖν αὐτῷ τὴν φιλίαν δημηγόρει προσιόντων, ὁ ἰωνάθης ἀσπαζόμενος εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, τῷ ὄπισθεν ἀπήγαγε τὸ βασιλέως, ἀκούοντων τῶν τε λαῶν καὶ τῆς φρουρούντων τὴν ἀκρόπολιν. ἀπαγωθέντων δὲ τούτων, οἱ ἀσεβεῖς καὶ φυγάδες ἐκ τῆς ἀκροπόλεως λίαν ἐδέισαν, ὅπερ τε φόβος ἰωνάθη τὸ βασιλέως σφᾶς συλλέγειν καὶ τοὺς ὁμήρους ἀπολαβεῖν. ὁ δὲ, τοῖς γονεῦσιν ἑκάστῳ τὸν ἴδιον ἀπέδωκε. καὶ ἔτους μὲν ἰωνάθης ἐν ἱεροσολύμοις τῷ μονῷ ἐποιεῖτο, κατιζων τὰ κατὰ τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τῷ αὐτοῦ βάλλειν κατασκευάζων ἕκαστον. ἐπέλυσε γὰρ οἰκοδομηθεῖσαν καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐκ λίθων τετραγώνων, ὡς ἂν ᾖ πρὸς τὰς πολέμους ἀσφαλέστερα. ταῦτα δὲ ὁρῶντες οἱ τὴν φρουρὰν τὴν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ φύλακες, ἐκλιπόντες αὐτὰ πάντες

πάντες ἔφυγον εἰς ἀπόχειαν, πάρεξ τῶν ἐν Βεθσύρᾳ πόλει, καὶ τῶν ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν ἱεροσολύμων. ἔσοι γὰρ ἡ πλείαν μοῖρα τῶν ἀσεβῶν ἰουδαίων καὶ πεφυγότων ἦσαν, καὶ δι' ταῦτο τὰς φρουρὰς οὐκ ἐγκατέλιπον.

A

chiam, excepris ſolis qui Bethſuram tenebant & arcem Hieroſolymis. nam horum maxima pars conſtabat ex Iudæis religionis deſertoribus, & ideo præ metu non ſuſtinuerunt præſidia relinquere.

Κεφάλαιον ε'.

Ως ἀλέξανδρος τῶν ἀνώνας καὶ ὑπερβαλὼν τὰ ὑπὸ δημητρίου, καὶ ἀποδείξας ἰωνάθην ἀρχιερέα, συμμαχίαν ἔπεμψεν αὐτῷ.

Cap. V.

Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus & delato pontificatu Ionatham in partes ſuas traducit.

ΓΝοὺς δὲ ἀλέξανδρος τὰς τε ὑποσχέσεις ἃς ἐποιήσατο δημήτριος πρὸς ἰωνάθην, καὶ εἰδὼς τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ, καὶ ὁπόσα διέθηκε πολεμῶν τοὺς μακεδόνας, καὶ πάλιν οἷα πεπονθὼς αὐτὸς εἴη ὑπὸ δημητρίου καὶ βακχίδου τοῦ στρατηγοῦ αὐτοῦ, σύμμαχον οὐκ ἂν δόξειν ἰωνάθην ἁρμόσειν πρὸς τοὺς φίλους ἐλέγχῳ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ὃς καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους ὄντ' ἀνδρεῖος, ἔμοιγε οἰκεῖον ἔχει πρὸς δημήτριον, πολλὰ πεπονθὼς ὑπ' αὐτοῦ κακὰ καὶ πεποιηκώς. εἰ τοιγαροῦν δοκεῖ φίλον ποιεῖσθαι αὐτὸν καὶ δημητρίου, νυνὶ ὅτι οὐκ ἄλλοτε χρησιμώτερον προσκαλεῖν αὐτὸν ὅπως τὴν συμμαχίαν. δόξει οὖν αὐτῷ, καὶ τοῖς φίλοις πέμψειν πρὸς τὸν ἰωνάθην, γράφει τοιαύτην ὑπιστολήν. βασιλεὺς ἀλέξανδρος ἰωνάθῃ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. τὴν μὲν ἀνδρείαν σε καὶ πίστιν, ἀκηκόαμεν πάλαι, καὶ διὰ τοῦτο πεπόμφαμεν πρός σε τὴν φιλίας καὶ συμμαχίας χρηζοντες. δέ σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων, καὶ φίλον ἐμὸν καλεῖσθαι. ἀπέσταλκα δέ σοι καὶ δωρεάς, στολὴν πορφυρᾶν καὶ στέφανον χρύσεον, καὶ προσκαλοῦμαι ὑφ' ἡμῶν, ὁμοίων γινέσθαι πρὸς ἡμᾶς. δεξάμενος δὲ τὴν ὑπιστολὴν ὁ ἰωνάθης, ἐνδύεται μὲν τὰ ἀρχιερατικὴν στολήν, τὰ σκηνοπηγίας ἐνεστώσης μηνὸς ἔτη τέσσαρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἰούδαν ὑποθαυμάσιν. καὶ γὰρ ἐδὲ μὴ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεύς τις ἐγεγόνει. συνήγειρε δὲ δύναμιν πολλὴν, καὶ πλῆθος ὅπλων ἐχάλκευε. δημήτριον δὲ ταῦτα ἐλύπησε μαθόντα, καὶ τὰ βραδύτητος ἑαυτὸν ἐποίησεν αἰτιᾶσθαι, ὅτι μὴ προλαβὼν ἀλέξανδρον αὐτὸς ἐφιλανθρωπήσατο τὸν ἰωνάθην, ἀλλ' ἐκεῖνος καταλήψεται καιρὸν εἰς τοῦτο. γράφει οὖν καὶ αὐτὸς ὑπιστολὴν τῷ ἰωνάθῃ καὶ τῷ δήμῳ δηλοῦσαν τάδε. βασιλεὺς δημήτριος, ἰωνάθῃ καὶ τῷ ἔθνει τῷ ἰουδαίων χαίρειν. ἐπειδὴ διετηρήσατε τὰ πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ προσεμείνατε ὑμᾶς τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς ἢ προσεθέσθε, καὶ ταύτην μὲν ὑμῖν ἐπαινῶ τὴν πίστιν, καὶ προσκαλοῦμαι τοὺς αὐτοὺς ὑπομεῖναι, ἀπολήψεσθε παρ' ἡμῶν καὶ χάριτας. τοῖς γὰρ πλείοσιν ὑμῖν ἀφίημι τοὺς φόρους καὶ τὴν συντάξεων ἃς προσετέλειτε τοῖς πρὸ ἐμοῦ βασιλεῦσι καὶ ἐμοί. νυνὶ τε ὑμῖν ἀφίημι τοὺς φόρους οὓς ἀεὶ παρείχετε. πρὸς τούτοις καὶ τιμὴν ὑμῖν χαρίζομαι τὴν ἁλῶν, καὶ τὴν στεφάνων οὓς προσφέρετε ἡμῖν, καὶ αὐτὴ τὴν ζίτων τὴν τὸ καρποῦ καὶ τὴν ἡμίσους τὸ ξυλίνου καρποῦ τὸ γινόμενον ἐμοὶ μέρος ὑμῶν ἀφίημι, ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας. καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἑκάστης ὃ ἔδει μοι δίδοσθαι τὴν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ καθικνουμένων, καὶ τῶν τριῶν τοπαρχιῶν τῶν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ προσκειμένων, σαμαρείας καὶ γαλιλαίας καὶ περαίας, τούτους ἀφίεμεν ὑμῖν ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. καὶ τὴν ἱεροσολυμίτην πόλιν ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι βούλομαι, καὶ ἐλευθέραν ἕως τῶν ὁρίων αὐτῆς ἀπὸ τῆς δεκάτης καὶ τῶν τελῶν, τὴν δὲ ἄκραν ὑπείξειν τῷ ἀρχιερεῖ ὑμῶν ἰωνάθῃ, ὡς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ πιστὸς καὶ φίλους, τούτους ἐν

Alexander autem cognito quid Demetrius Ionathæ promiſerit, nec ignorans viri fortitudinem, & quomodo ſe geſſerit contra Macedonas, tum qualiter vexatus ſit à Demetrio eiúſque duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non poſſe ſe eo tempore commodiorem ſocium inuenire quàm Ionatham: qui & virtute ſit eximia, & peculiares odij cauſas contra Demetriũ habeat, quod datis viciſſim & acceptis cladibus exacerbatum fuerat. Itaque ſi idem ipſis videatur, adeſſe occaſionem inuitãdi hominem ad amicitiam. cúmque id purpuratis quoque ſuis probari animaduerteret, ſcripſit talem epiſtolam. Rex Alexander Ionathæ fratri S. Quia iamdudum audiuimus de fide tua ſimul & fortitudine, mittimus ad te qui de ſocietate agant, & amicitia: & noſtro ſuffragio hodie te pontificem Iudæorum conſtituimus, & in amicorum noſtrorum numerum aſcribimus. mitto etiam tibi munera, ſtolam purpuream, & coronam auream, & rogo vt ſic honoratus à nobis, non cedas nobis mutua beneuolentia. His literis acceptis Ionathas pontificiam ſtolam induit, in ipſo ſcenopegiæ feſto, poſt quadriennium exactum à Iudæ fratris obitu, cùm vacaſſet interim ſacerdotium: móxque contraxit exercitum, & fabricauit magnum armorum numerum. Demetrius verò hoc cognito multum doluit, & damnans ſuam cunctationem, quòd non præueniens æmulum, eblanditus ſit Ionathæ fœdera, ſed clabi ſibi hanc occaſionem, & ab Alexandro arripi paſſus ſit. Scripſit tamen etiam ipſe pontifici & populo in hanc ſententiam. Rex Demetrius Ionathæ & Iudæorum genti ſalutem. Quoniam ſeruaſtis noſtra fœdera, & ſolicitantibus vos inimicis noſtris non acceſſiſtis, equidem laudo veſtram fidem, hortórque vt conſtantes ſitis in ea, dignam percepturi à nobis gratiam. Remittam enim vobis maximam tributorum partem: & iam nunc remitto quæ pendebatis tam mihi, quàm his qui me præceſſerunt regibus: inſupérque ſalis precium & aurum coronarium, & tertiam ſeminis, dimidiámque partem fructus arborei ſolitam mihi cedere, ab hodierno in poſterum vobis remitto: ſimúlque quod in ſingula capita pendebatur ab his qui Iudæam incolunt, & tres attributas ei toparchias, Samariam, Galilæam, & Peræam, vobis concedo in perpetuum. Et Hieroſolymitanam vrbem ſacram eſſe volo, & ius aſyli habere, immunémque eſſe cum ſuis finibus à tributis atq; decimis. Arcem etiam eius permitto pontifici veſtro Ionathæ, vt quos ipſe fidos & amicos probauerit, in

prætidio eius constituat. Eos quoque Iudæos qui iure belli capti seruitutem in nostra ditione seruiunt, in pristinum libertatem restituo, ac ne iumenta quidem ad angarias adigi permitto. Sabbatis item & festis solennibus, & tribus diebus ea præcedentibus immunitatem concedo. Eodem modo Iudæos qui in mea ditione habitant, liberos, & sine molestia degere volo: & quicunque ex eis mecum militare voluerint permitto, duntaxat vsque triginta millium numerum: idque ea conditione stipendiorum, qua ceteros meos milites. Habebo etiam eos in præsidiis & in meo satellitio, & principes eorum in aulicorum meorum numero. Permitto etiam vt patriis vtantur legibus & ipsi & tres attributę eis præfecturæ: vtque pontifici curæ sit, ne quis Iudæus aliud templum præter Hierosolymitanum religionis ergò adeat. Præterea do in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorum quindecim millia siclorum argenti, & quod pecuniæ superfuerit vestrum esse iubeo. & decem illa drachmarum millia, quæ de templo accipiebant reges, sacerdotibus atque ministris templi remitto, ad quos ea pertinere compertum mihi est. Quicunque etiam confugerint in templum Hierosolymitanum, fanúmque contiguum, siue ob debitam regi pecuniam, siue alia de causa, immunes sint ab omni vexatione, tam ipsi quàm eorum facultates. Permitto etiam vt reparetur templum, & operum sumptus de meis pecuniis fieri iubeo: sicut & mœnia & turres altas æquè de meo volo ædificari. tum si quæ sunt loca per Iudæam apta ad struendas arces, imponendáque præsidia, & hæc meo sumptu muniantur. Atque hæ fuerunt literæ ac pollicitationes Demetrij. Alexander autem rex magnis copiis contractis tam è mercenario milite, quàm eo qui in Syria defecerat à Demetrio, omnes in hostem duxit, collatísque signis sinistrum cornu Demetrij oppositam sibi aciem terga coëgit vertere: hærentéique diu fugientium vestigiis etiam castra eorum diripuerunt. at dextrum cornu in quo rex ipse pugnabat, compulsum est loco cedere: & reliquis effusè fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostium occîdit, alios non sustinentes ipsius impetum persequens, abreptus est in cœnum quoddam profundum & transitu difficile: vbi prolapso equo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circundatum enim corona confixerunt iaculis, at ille etiam pedes generosè repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrij post exactum regni annum vndecimum, sicut in aliis commentariis iam antè demonstrauimus.

αὐτῇ φρουρὰς καθάπαξ ἵνα φυλάσσωσιν ἱερὸν αὐτῶν. τοὺς δὲ Ἰουδαίων ὑπὸ τῶν πολεμίων αἰχμαλωτισθέντας καὶ δουλεύοντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἀφίημι ἐλευθέρους. κελεύω δὲ μηδὲ ἀγγαρεύεσθαι τὰ Ἰουδαίων ὑποζύγια. τὰ δὲ σάββατα καὶ ἑορτὴν ἅπασαν, καὶ τρεῖς ἡμέρας πρὸ τῶν ἑορτῶν ἡμέρας, ἕως καὶ τελείας. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐμῇ καθοικοῦντας Ἰουδαίους ἐλευθέρους καὶ ἀπερισπάστους ἀφίημι, καὶ τοὺς στρατεύεσθαι μετ' ἐμοῦ βουλομένους ὑπάρχειν, καὶ μέχρι τρισμυρίων ἐξέσω τοῦτο. τῆς δὲ αὐτῆς ὅπως καὶ ἀπόνως τύχωσιν ὧν καὶ τὸ ἐμὸν στράτευμα μεταλαμβάνει. καὶ τοὺς ἀπὸ δὲ αὐτῆς, οὓς μὲ εἰς τὰ φρούρια, πέμπω ὑπάρχειν καὶ τὴν φυλακὴν τοῦ σώματος, καὶ ἡγεμόνας ὑπ' αὐτῶν εἶναι τῶν ἐμῶν αὐλικῶν. ὑπάρχειν δὲ καὶ τοῖς πατρίοις χρῆσθαι νόμοις καὶ τούτοις φυλάσσειν, καὶ τοῖς ἐκεῖ τοῖς θεσμοθέταις ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ νόμοις, ὑποτάσσεσθαι βούλομαι. καὶ τὸν ἀρχιερέα ὑπομένειν ἕν), ἵνα μηδεὶς εἰς Ἰουδαῖος ἄλλον ἔχῃ ἱερέα προσκυνεῖν, ἢ μόνον τὸν τοῦ ἱεροσολύμοις. δίδωμι δὲ καὶ τῷ ἱερῷ εἰς τὰ δαπανήματα τῷ θυσιῶν κατ' ἔτος μυριάδας ιε'. τὰ δὲ περισσεύοντα τῷ χρημάτων ὑμέτερα ἔσται βούλομαι. τὰς δὲ μυρίας δραχμὰς, ἃς ἐλάμβανον οἱ βασιλεῖς, ὑμῖν ἀφίημι, διὰ τὸ θεσπίσαι αὐτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι τῷ ἱερῷ. καὶ ὅσοι δὲ ἂν φύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ εἰς τὰ ὑπ' αὐτῷ χρηματίζοντα, ἢ βασιλικὰ ὀφείλοντες χρήματα, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀπολελύσθωσαν ὅτου, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, σῶα ἔσω. διατάσσω δὲ καὶ ἀναστήσειν τὸ ἱερὸν καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ εἰς ταῦτα δαπάνης ἐκ τῶν ἐμῶν χωμάτων, καὶ τὰ τείχη συγχωρῶ τὰ τῆς πόλεως οἰκοδομεῖσθαι, καὶ πύργους ὑψηλοὺς ἐγείρειν, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἐμῶν ἀναλωμάτων. εἰ δέ τι καὶ φρούριον ἔστι τῆς Ἰουδαίων χώρας ὀχυρὸν ἕν), καὶ τοῦτ' ἐκ τῶν ἐμῶν καθαιρεθήτω. ταῦτα ὑπισχνούμενος καὶ γράφων Δημήτριος τοῖς Ἰουδαίοις. ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς δύναμιν μεγάλην συναγαγὼν μισθοφόρων, καὶ τῶν προσπεσόντων ἐκ τῆς συρίας αὐτῷ στρατιωτῶν, ὅπη τὸν Δημήτριον ἐστρατεύσε. καὶ μάχης γενομένης, τὸ μὲ δύνυμον κέρας τοῦ Δημητρίου, ἔφευγεν ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ εἰς φυγήν, καὶ διώξων ἄχει πολλοῦ, κτείνει τε συχνοὺς αὐτῶν καὶ διαρπάζει τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ δεξιὸν ἐσώθη ἔνθα ἦν Δημήτριον, ἐπὶ τάξεται. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφυγον. Δημήτριος δὲ γενναίως μαχόμενος, ἐπ' ὀλίγον μὲ ἀναιρεῖ τὸν πολεμίων, διώκων δὲ τοὺς ἄλλους, εἰσιλαύνει τὸν ἵππον, εἰς τέλμα βαθὺ καὶ δυσεκπόρευτον. ἔνθα συμβὰν πεσόντος αὐτοῦ τοῦ ἵππου, μὴ δυνάμενον διαφυγεῖν ἀναιρεθῆναι. τὸ γὰρ συμβεβηκὸς θεῖ αὐτὸν ἰδόντες οἱ πολέμιοι αὐτίκα, καὶ κυκλωσάμενοι τὸν Δημήτριον, πάντες ἐπ' αὐτὸν ἠκόντιζον. ὁ δὲ, πεζὸς ὢν, γενναίως ἀπεμάχετο, καὶ τελευταῖον θαυμαστὰ λαβὼν πολλὰ, καὶ μηκέτ' ἀντέχειν δυνάμενος κατέπεσε. καὶ τέλος μὲν τοιοῦτον τὸν Δημητρίου κατέλαβε, ἔτη βασιλεύσαντα ια', ὡς καὶ ἐν ἄλλοις διδηλώσαμεν.

CAP. VI.

De templo Dei ab Onia ædificato.

IV. ONias autē pontificis Oniæ filius, qui profugus Alexandrię degebat apud Ptolemęum Philometorē, vt iā antè diximus, videns Iudæam

Κεφάλαιον ς'.

Περὶ ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ὁμώνυμος τοῦ ὄντος τοῦ πατρὸς, ὃς ἐν ἀλεξανδρείᾳ φυγὼν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον τὸν ὀνομαζόμενον φιλομήτορα ἐλθὼν, καὶ ὡς ἀφιδρύσατο τὸν ἐν ἱερουσαλὴμ ναόν.

ΟΔὲ ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς ὁμώνυμος ὢν τοῦ πατρὸς, ὃς ἐν ἀλεξανδρείᾳ φυγὼν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον τὸν ὀνομαζόμενον φιλομήτορα ἐλθὼν, ὡς καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ἰδὼν φιλο Ἰουδαίους καὶ

κακωμένων ὑπὸ τῶν μακεδόνων καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν, A
βουλόμενος αὐτῶν μνήμην καὶ δόξαν αἰώνιον καταστῆσαι, διέγνω πέμψας πρὸς πτολεμαῖον τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν κλεοπάτραν, αἰτήσασθαι παρ' αὐτῶν ἐξουσίαν, ὅπως οἰκοδομήσειε ναὸν ἐν αἰγύπτῳ, ὁμοιότροπον τῷ ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ λευίτας καὶ ἱερεῖς ἐκ τοῦ ἰδίου γένους καταστήσῃ. τοῦτο δ' ἐβούλετο θαρρῶν μάλιστα τῇ προφητείᾳ ἠσαΐου, ὃς ἔτεσιν ἔμπροσθεν ἑξακοσίοις πλέον γεγονὼς, προεῖπεν, ὡς δεῖ πάντως ἐν αἰγύπτῳ οἰκοδομηθῆναι ναὸν τῷ μεγίστῳ θεῷ, ὑπ' ἀνδρὸς ἰουδαίου. διὰ ταῦτα οὖν ἐπιπρεμψὰς ὁ ὀνίας, γράφει πτολεμαίῳ καὶ κλεοπάτρᾳ τοιαύτην ἐπιστολήν. πολλὰς B & μεγάλας ὑμῶν χρείας τετελεκὼς ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἔργοις μετὰ τῆς θεοῦ βοηθείας, καὶ γενόμενος ἐντὸς τῆς κοίλης συρίας καὶ φοινίκης, καὶ εἰς λεόντων δὲ πόλιν τὴν ἡλιουπολίτου συνὼ τοῖς ἰουδαίοις, καὶ εἰς ἄλλους τόπους ἀφικόμενος τὸ ἔθνος, καὶ πλείστους δίρων διὰ τὸ καθῆκον ἔχοντας ἱερὰ, καὶ διὰ τοῦτο δύσ- C νους ἀλλήλοις, ὁ καὶ αἰγυπτίοις συμβέβηκε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἱερῶν, καὶ τὸ περὶ τὰς θρησκείας οὐχ ὁμόδοξον, εὕρηκα εἰστατον δίρων τὸν τόπον ἐν τῷ περιταγορδομένῳ τῆς ἀγελαίας βουβάστεως ὀχυρώματι, βρύοντα ποικίλης ὕλης καὶ τῶν ἱερῶν ζώων μεστὸν, δέομαι συγχωρῆσαί μοι τὸ ἀδιάφορον ἀνακαθάραντι ἱερὸν καὶ συμπεπτωκὸς, οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ μεγίστῳ θεῷ, καθ' ὁμοίωσιν τῶν ἐν ἱεροσολύμοις τοῖς D αὐτοῖς μέτροις, ὑφ' τε σοῦ καὶ τῆς βασιλίσσης καὶ τῶν τέκνων, ἵν' ἔχωσιν οἱ τὴν αἴγυπτον κατοικοῦντες ἰουδαῖοι εἰς αὐτὸ συνιόντες κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, ταῖς σαῖς ἐξυπηρετεῖν χρείαις. καὶ γὰρ ἠσαΐας ὁ προφήτης τοῦτο προεῖπε, ἔσαι θυσιαστήριον ἐν αἰγύπτῳ, κυρίῳ τῷ θεῷ. καὶ πολλὰ ἄλλα προεφήτευσε τοιαῦτα διὰ τὸν τόπον. καὶ ταῦτα μὲ ὁ ὀνίας τῷ βασιλεῖ πτολεμαίῳ γράφει. καταινοήσειε E δ' ἂν τις αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν, καὶ κλεοπάτρας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ καὶ γυναικὸς, ἐξ ἧς αἰτήσεως ἔπεμψεν ἐπιστολὴν, τὴν γὰρ ἁμαρτίαν καὶ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν, εἰς τὴν ὀνίου κεφαλὴν ἀνέθεσαν. αἰτήσεως γὰρ ἔφη. βασιλεὺς πτολεμαῖος & βασίλισσα κλεοπάτρα ὀνίᾳ χαίρειν. ἀπεγνωμεν σου τὴν ἐπιστολὴν ἀξιοῦντος ἐπιτρέψαι σοι τὸν ἐν λεοντοπόλει τῷ ἡλιουπολίτου ἱερὸν συμπεπτωκὸς ἀνακαθάραι, προσαγορεύομενον ἀπὸ τῆς ἀγελαίας βουβάστεως. διὸ καὶ θαυ- F μάζομεν εἰ ἔσαι τῷ θεῷ κεχαρισμένον τὸ καθιδρυόμενον ἱερὸν ἐν ἀσελγεῖ τόπῳ, & πλήρει ζώων ἱερῶν. ἐπεὶ δὲ σὺ φῂς ἠσαΐαν τὸν προφήτην ἐκ πολλοῦ χρόνου τοῦτο προειρηκέναι συγχωροῦμέν σοι, εἰ μέλλει τοῦτο ἔσεσθαι κατὰ τὸν νόμον, ὡς τε μηδὲν ἡμᾶς δοκεῖν εἰς τὸν θεὸν ἐξημαρτηκέναι. λαβὼν οὖν τὸν τόπον ὁ ὀνίας, κατεσκεύασεν ἱερὸν καὶ βωμὸν τῷ θεῷ, ὅμοιον τῷ G ἐν ἱεροσολύμοις, μικρότερον καὶ πενιχρότερον. τὰ δὲ μέτρα αὐτοῦ καὶ τὰ σκεύη ἐκ ἔδοξέ μοι δηλοῦν, ἐν γὰρ τῇ ἑβδόμῃ μου βίβλῳ τῶν ἰουδαϊκῶν πολέμων ἀπαγγεγραφα. οὗτος δὲ ὀνίας & ἰουδαίους τινὰς ὁμοίους αὐτῷ, & ἱερεῖς καὶ λευίτας, τοὺς ἐκεῖ θρησκεύοντας. ἀλλὰ περὶ μὲ τοῦ ἱεροῦ τούτου, ἀρκούντως ἡμῖν δεδήλωται. τοὺς δ' ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἰουδαίους καὶ σαμαρεῖς, οἳ τὸν ἐν γαριζὶν προσκυνοῦσι ἱερὸν, καὶ τοὺς ἀλεξανδρου χρόνους, συνέβη στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν ἐπ' αὐτοῦ πτολεμαίου δι-

vastatam à Macedonibus eorúmque regibus, & sibi æternam memoriam parare volens, decreuit à rege Ptolemæo & regina Cleopatra per literas petere, vt sibi liceat in Ægypto instar illius Hierosolymitani, templum ædificare, & in eo Leuitas & sacerdotes ex suo genere constituere. Hoc autem consilium cepit fretus maximè prophetæ Esaiæ vaticinio, qui ante sexcentos amplius annos prænunciarat fore omnino vt templum aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idque hominis Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus scribit Ptolemæo & Cleopatræ talem epistolam. Dum in bello strenuam vobis operam nauans cum Deo, varias regiones obirem, animaduerti apud Cœlesyriam & Phœnicen & Leontopolim, quæ est in præfectura Heliopolitana, aliísque in locis Iudæos præter decorum habere templa, & ideo male inter eos conuenire: quod & Ægyptiis vsu venit, propter multitudinem templorum & diuersitatem religionum. Et quia locum idoneũ inueni apud castrum quod agrestis Bubastis dicitur, plenum variæ materiæ sacrísque animalibus, rogo vt mihi permittatis templum, quod illic est nulli sacratum numini, iámque collapsum repurgare, & aliud loco eius Deo maximo extruere ad Hierosolymitani illius similitudinem, pari etiam modo & mensura, pro salute tua & reginæ atque liberorum vestrorum: vt Iudæi qui Ægyptum incolunt illuc conuenientes, quo magis alent mutuam cõcordiam, eo accommodatiores fiant tuis vsibus. Nam & Esaias vates prædixit, quòd erit domino Deo sacrarium in Ægypto, & alia multa de eo loco cecinit. His Oniæ literis acceptis, rex & soror eius ac coniux Cleopatra declarauerunt suam pietatem per epistolam quam ei rescripserunt. Nam peccatum hoc & præuaricationem legis à se in Oniæ caput reiecerunt: sic enim rescriptum habet. Rex Ptolemæus & regina Cleopatra Oniæ gaudium. Legimus tuas literas in quibus postulas, vt tibi permittamus illud apud Leontopolim præfecturæ Heliopolitanæ collapsum templum repurgare, quod vocatur agrestis Bubastis: quod sanè miramur, si poterit acceptum esse Deo templum statutum in impuro loco & pleno animalibus. Sed quoniam ais prophetam Esaiam iam olim hoc prædixisse, permittimus tibi hoc quatenus potest salua legis obseruatione fieri, ne videamur per hoc peccare in Dominum. Onias igitur impetrato loco, extruxit ibi templum & altare Deo ad Hierosolymitani similitudinem, sed minus & non peræquè opulentum. Mensuram verò eius & vasa nunc non libet repetere, commemorata iam antè in septimo belli & captiuitatis Iudaicæ volumine. Nec defuerunt Oniæ similes ipsius Leuitæ sacerdotes, qui illic diuinum cultum frequentarent & instaurarent ceremonias. Sed de hoc templo hactenus. Apud Alexandriam verò inter Iudæos & Samaritas, qui sub Alexandro magno Garizitani templi religionẽ induxerunt, seditio est exorta de sacris ipsorũ, ita vt res ad regis cognitionẽ

peruenireturdum Iudæi contendunt iuxta Moysis præscripta Hierosolymitanum templum esse legitimum, Samaritæ verò Garizitanum: prouocatúmque est ad regem & amicorum eius consessum, vt ab his causa audiretur, & vtrius patris causidici succumberent, morte mulctarentur. patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodosio, Hierosolymitanis Iudæis Andronicus Messalami filius. iurauerúntque per Deum & regem, quòd ex lege probationes allaturi essent, & rogauerunt regem vt necaret eum qui iusiurandum non seruasse deprehenderetur. Itaque rex multis amicis in consilium adhibitis, consedit causam auditurus. Iudæi verò qui Alexandriam habitabant valde erant soliciti pro tuentibus iura Hierosolymitani templi, ægrè ferentes autoritatem antiquissimi & nobilissimi in orbe templi vocari in discrimen. Sed cùm Sabbæus & Theodosius cessissent Andronico vt prior diceret, orsus ex lege approbare eius sanctitatem & religionem, ostendénsque per continuas pontificum successiones, sacerdotij vsque in sua tempora propagationem, & ab omnibus Asiæ regibus maiestatem eius loci honoratam donariis: Garizitani verò ac si omnino nullum esset, nunquam ab his habitam rationem: his & talibus rationibus persuasit regi, vt decerneret Hierosolymitanum esse ex sententia Moysis conditum, Sabbæum verò & Theodosium addiceret supplicio. Atque hæc sunt quæ Alexandrinis Iudæis acciderunt Ptolemæi Philometoris tempore.

κείνοντο. τῆς μὲ ἰουδαίων λεγόντων κ τοὺς μωυσέως νόμους οἰκοδομεῖσθ τὸ ἐν ἱεροσολύμοις, τ ἢ σαμαρείτ, τὸ ἐν γαριζίν. προσκαλεσάμ τε σεὺ τοῖς φίλοις καθίσαντα τ βασιλέα, τοὺς περὶ τούτων ἀκούσαι λόγους, κ τοὺς ἡττηθέντας θανάτῳ ζημιῶσαι. τ μὲ οὖν ὑπὲρ τ σαμαρέων λόγον, σαββαῖος ἐποιήσατο ☾ θεοδόσιος, τὰς δ' ὑπὲρ τῆς ἱεροσολυμιτῶν κ ἰουδαίων, ἀνδρόνικος ὁ μεσαλαμίου. ὤμοσαν ἢ τ θεὸν κ τὸν βασιλέα, ἢ μὲν ποιήσασθαι τὰς ἀποδείξεις κ τ νόμον, παρεκάλεσάν τε τ πτολεμαῖον ὅπως ὃν αὐ λάβῃ ὡμολογημένα τοῖς ὅρκοις ἀποκτείνῃ. ὁ μὲ οὖν βασιλεὺς πολλοὺς τ φίλων εἰς συμβουλίαν παραλαβών, ἐκάθισεν ἀκουσόμενος τ λεγόντων. οἱ δ' ἐν τῇ ἀλεξανδρείᾳ τυγχάνοντες ἰουδαῖοι, σφόδρα ἠγωνίων περὶ τῶν αὐτῶν οἷς ἀγανακτῶν περὶ τὸ ἐν ἱεροσολύμοις ἱερὸ συνέβαινε. χαλεπῶς γὰρ ἔφερον εἰ τοῦτο τινὲς καταλύσουσι, ὄντες ἀρχαῖον κ ὁσιώτατον τ κ τ οἰκουμένῃ ὑπάρχον. τὸ ἢ σαββαίε κ θεοδοσίε συγχωρησάντων τῷ ἀνδρονίκῳ πρώτῳ ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἤρξατο τῆς ἀποδείξεως ἀπ τ νόμε ☾ τῆς διαδοχῆς τ ἀρχιερέων, ὡς ἕκαστος παρὰ πατρὸς τ τιμὴν ἐκδεξάμενος, ἤρξε τε ναε, κ ὅτι πάντες οἱ τ ἀσίας βασιλεῖς τὸ ἱερὸν ἐτίμησαν ἀναθήμασι ☾ λαμπροτάταις δωρεαῖς. τε δ' ἐν γαριζὶν ὡς ἐδ' ὄντος, ἐδὲ λόγον ἐδ' ὁπισροφὴν ἐποιήσατο. ταῦτα λέγων ἀνδρόνικος κ πολλὰ τούτοις ὅμοια, πείθει τ βασιλέα κεῖναι μὲ κ τοὺς μωυσέως νόμους οἰκοδομηθῆναι τὸ ἐν ἱεροσολύμοις ἱερὸν, ἀποκτεῖναι ἢ σαββαῖον ☾ θεοδόσιον. κ τὰ μὲ ἡμόμενα τοῖς ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἰουδαίοις κ πτολεμαῖον τὸν φιλομήτορα, ταῦτα ἦν.

CAP. VII.

Quòd Alexander post mortem Demetrij Ionatham in summo honore habuit.

Κεφάλαιον ζ.

Οτι ἀλέξανδρ ἀποθανόντος δημητρίου σφόδρα ἐτίμησεν ἰωνάθην.

V. 1. *Mach.* 11

CÆso autem in pugna Demetrio, sicut superius dictum est, Alexander assumpto Syriæ principatu scribit Ptolemæo Philometori, filiam eius nuptum sibi dari depoſcens, æquum esse dicens vt se affinitate dignetur, post receptum fauente Deo paternum imperium, & Demetrium bello deuictum. Ptolemæus verò libenter eius postulatis admissis, rescripsit & gratulari se ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturum in matrimonium: iussitque vt sibi Ptolemaidem occurreret, adducturo illò filiam, & ibi celebraturo eius nuptias. subsecutus deinde literas, ad constitutum locum peruenit cum Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eam coniunxit, addita in dotem auri & argenti summa, quanta tam potentem regem decuit. Ad has nuptias vocatus est per literas ab Alexãdro & Ionathas pontifex, & cùm venisset ad reges, amplíſque muneribus vtrunque donasset, ab vtroque in magno honore habitus est. nam Alexander mutare eum vestem coegit, & purpuratum assidere sibi pro tribunali: mandauítque suis ducibus vt in medium vrbis eo producto, præconis voce ediceret, nemini licere accusationem contra

ΔΗμητρίου δ' ἀποθανόντος ἐν τῇ μάχῃ, καθὼς ἐπάνω δεδηλώκαμεν, ἀλέξανδρος τὴν οὐσίας παραλαβὼν βασιλείαν, γράφει πρὸς φιλομήτορα πτολεμαῖον μνησθύμενος αὐτῷ περὶ γάμου τῆς θυγατέρα, δίκαιον εἶ λέγων πρὸς τὴν παρὼσαν ἀρχὴν κομισαμένῳ, ☾ σχὼν τὴν τε θεῖ πρόνοιαν εἰς αὐτὸν προαχθέντι κ κρατήσαντι δημήτριον, κ μηδὲν ἄλλο ἑσομένῳ τ πρὸς αὐτὸν οἰκειότατος ἀναξίῳ σωτηρίας συγχύσεως. πτολεμαῖος ἢ προσδεξάμενος ἡδέως τὴν μνησθείαν, ἀπεγράφει, χάριν τε λέγων ὅτι πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ παρὼσαν ὕσαν ἀπειληφέναι, καὶ τὴν θυγατέρα δώσειν ὑπισχνεῖται. ἅπαντας δ' αὐτὸν εἰς πτολεμαΐδα τὴν θυγατέρα μέλλοντα ἄγειν ἐκέλευσεν, αὐτὸς γὰρ αὐτῷ μέχρι ταύτης παραπέμψειν ἀπ' αἰγύπτε, κἀκεῖ συνοικίσειν αὐτοῖς τὴν παῖδα. κ πτολεμαῖος μὴν ταῦτα γράψας ὡς ἀφίκετο μετ' οὐσδὴς εἰς πτολεμαΐδα, κλεοπάτραν ἄγων τὴν θυγατέρα. εὑρὼν δ' ἐκεῖ τὸν ἀλέξανδρον καθὼς ἐπέστειλε προαπηντηκότα, δίδωσιν αὐτῷ τὴν παῖδα. καὶ φερνὴν, ἀργυρόν τε χρυσὸν ὅσον εἰκὸς ἦν δοῦναι βασιλεῖ. τῆς δ' γάμων ὀπτελεσθέντων, ἀλέξανδρος ἰωνάθῃ τοῖς ἀρχιερεῖ γράψας, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἥκειν εἰς πτολεμαΐδα. ὡς δ' ἀφικόμενος ἦ πρὸς τοὺς βασιλεῖς, ☾ δωρησάμενος αὐτοὺς λαμπρῶς, τ παρ' ἀμφοτέρων ἀπήλαυσε τιμῆς. ἀλέξανδρος ἢ αὐτὸν ἠνάγκασε, κ ἀποδυσάμενον τ οἰκείαν ἐσθῆτα, λαβεῖν πορφύραν κ συγκαθεδεῖσθαι ποίησας αὐτὸν ὅπ τῷ βήματος, προσέταξε τοὺς ἡγεμόνας εἰς μέσην μεθ' αὐτοῦ προελθόντων τ πόλιν κηρύξαι, μηδενὶ λέγειν κατ' αὐτοῦ

αὐτὸ ἐφίεσθαι, μηδὲ παρέχειν αὐτῷ πράγματα. τοῦτο δὴ A ποιησάντων τῷ ἡγεμόνων ὁρῶντες τὴν τοῦ βασιλέως κεκηρυγμένην ἰωνάθῃ τιμὴν οἱ κατηγορεῖν παρεσκευασμένοι, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἔχοντες, ἀπέδρασαν, μή τι παθόντες κακὸν, διδόντες. τοσαύτην δὲ σπουδὴν ποιεῖται πρὸς ἰωνάθην ὁ βασιλεὺς ἀλέξανδρος ἐχθήσατο, ὥστε αὐτὸν πρῶτον ἀναγράψαι τῶν φίλων.

Κεφάλαιον η'. B

Ως δημήτριος ὁ δημητρίου πολεμήσας τὸν ἀλέξανδρον καὶ κρατήσας αὐτὸς ἐβασίλευσε. φιλίαι πρὸς ἰωνάθην ποιησάμενος.

ΕΤει δὲ ἑνὶ, καὶ ξ' πρὸς τοῖς ρ' δημήτριος ὁ δημητρίου, μετὰ πολλῶν μισθοφόρων, οὓς παρέσχεν αὐτῷ λασθένης ὁ κρὴς, ἄρας ἀπὸ τῆς κρήτης, κατέπλευσεν εἰς κιλικίαν. τοῦτο δὲ ἀλέξανδρον ἀκούσαντα, εἰς ἀγωνίαν καὶ τα- C ραχὴν αὐτὸν ἔβαλε. καὶ ὡς δὲ χρῆμα ἐν τῇ φοινίκῃ, εἰς ἀντιόχειαν ἔπλευσεν, ἵνα τὰ ἐκεῖ φρονοῦντα δημήτριον ἐλθεῖν, ἀσφαλῶς θῆται. κατέλιπε δὲ τῆς κοίλης συρίας ἀπολλώνιον τὸν δάου ἡγεμόνα. ὃς μετὰ πολλῆς δυνάμεως εἰς ἰάμνειαν ἐλθὼν, ἔπεμψε πρὸς ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα λέγων ἄδικον εἶναι μόνον αὐτὸν ἐπ' ἀδείας ζῆν καὶ μετ' ἐξουσίας, ἐκ ὑποτασσόμενον τῷ βασιλεῖ. τοῦτο D δὲ αὐτῷ πᾶσι παράντων ὄνειδος φέρειν, ὅτι μὴ ὑποτάξειεν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ. μὴ τοίνυν σαυτὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καθήμενος ἀξιπάτα, νομίζων ἰσχὺν ἔχειν. ἀλλ' εἰ θαρρεῖς τῇ σαυτοῦ δυνάμει καταβὰς εἰς τὸ πεδίον, τῇ ἡμετέρᾳ φαλαγγὶ συγκείθητι, καὶ τὸ τέλος τῆς νίκης ὑπόδειξει τὸ ἀνδρικώτατον. ἴσθι μέντοι γε τοῖς ἀρίστοις ἐκάστης πόλεως ἐμοὶ συστρατεύεσθαι. καὶ γὰρ δὴ τοὺς σοὺς προγόνους ἀεὶ νικῶντες εἰσὶν ἔτοι. ποιήσεις δὲ τὸ E πρὸς ἡμᾶς ἀγῶνα ἐν τοιαύτῃ γῇ, ἐν ᾗ λίθοις οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅπλοις ἀμύνεσθαι, οὐδὲ τόπος εἰς ὃν ἥττων μένος φεύξῃ. παροξυνθεὶς δὲ ὑπὸ τούτοις ὁ ἰωνάθης, μυρίους ὁπλεξάμενος στρατιώτας, ὥρμησεν ἐξ ἱεροσολύμων, μετὰ σίμωνος τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ γλυφόμους ἐν ἰόππῃ, στρατοπεδεύεται τῆς πόλεως ἔξω, τῶν ἰοππιτῶν ἀποκλεισάντων αὐτῷ τὰς πύλας. φρουρὰν γὰρ ἔνδον εἶχον ὑπὸ ἀπολλωνίου κατασταθεῖσαν. τῇ δὲ ἰωνάθου πρὸς πολιορκίαν αὐτῶν σπουδαζομένῳ, φοβηθέντες μὴ τὴν F πόλιν αὐτῷ ἐξέλῃ κατὰ κράτος, ἀνοίγουσιν αὐτῷ τὰς πύλας. ὁ δὲ ἀπολλώνιος ἀκούσας τὴν ἰόππην ὑπὸ ἰωνάθου κατειλημμένην, χιλίους ἱππεῖς λαβὼν, καὶ πεζοὺς ὀκτακισχιλίους εἰς ἄζωτον ἦλθε. κἀκεῖθεν ἄρας, ἐρήμα καὶ βάδην ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἰόππην, ἀναχωρῶν, ἕλκει τὸν ἰωνάθην εἰς τὸ πεδίον τῇ ἵππῳ καταφερῶν, καὶ τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας ἔχων ἐν αὐτῇ. προελθὼν δὲ ἰωνάθης, ἐδίωκεν εἰς τὴν ἄζωτον τὸν ἀπολλώνιον. ὁ δὲ ὡς ἐν τῷ πεδίῳ G γενέσθαι συνέβη τὸν πόλεμον, ὑποστρέψας εἰς μάχην αὐτῷ συνέβαλε. τῶν δὲ ἀπολλωνίου χιλίους ἱππεῖς καθίσαντος εἰς ἐνέδραν ἐν τινι χειμάρρῳ, ὡς ἂν κατόπιν ὀφθαναῖεν τοῖς πολεμίοις, ἀθόμβως ὁ ἰωνάθης ἐκατεπλάγη. ζέξας δὲ τὴν φαλαγγα ἐν πλινθίῳ, κατ' ἀμφότερα τοῖς πολεμίοις ἀμύνεσθαι παρεκελεύσατο, καὶ κατὰ πρόσωπον καὶ κατ' ὀπισθεν ἐπελθοῦσι ἐναντίον αὐτοῖς ἄξας. τῆς δὲ μάχης ἑώς ἑκατέρας προβαινούσης, δοὺς σίμωνι τῷ ἀδελφῷ μέρος τῆς δυνάμεως, τοῦτον μὲν ἐκέλευσε συμβαλεῖν τῇ φάλαγγι τῶν ἐχθρῶν.

hominem instituere, aut vlla in re exhibere ei negotium. quo facto cùm manifestum esset quanti rex eum faceret, aduersarij qui ad accusandum parati venerant, subduxerunt se, veriti ne ipsis potius mali aliquid accideret. Tanta autem beneuolentia rex hic Ionatham prosecutus est, vt ei primum locum in amicorum suorum numero assignauerit.

Cap. VIII.

Demetrius Demetrij filius deuicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recepit.

occurrit. habebat autem ille equitum tria millia, peditum verò quadraginta. Itaque multa vtrinque tentata sunt, dum hic mercenarios vtpote Græcos ad defectionem solicitat: ille verò stantes cum Demetrio Iudæos. Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat, postquam visum est armis decernere, victoria fuit penes Demetrium: in quo prælio miles Alexandri conductitius ad vnum cæsus est, nauata priùs forti ac fideli opera. Sed & ex Demetrianis multi desiderati sunt. Cæterùm postquã Alexander ad montes perfugit, miserati eius fortunam coadunarunt ad eum circiter sex millia, quorum metu Demetrius retrò abiit. Post hæc Iudæi propriis viribus bellum gesserunt aduersus Alexandrum, sed semper victi multos amittebant è suorum numero. tandem potentissimos eorum compulsos in Bethoma oppugnauit, & capto oppido redactos in potestatem abduxit Hierosolyma, vbi facinus cõmisit longè immanissimum. epulans enim cũ pallacis excelsiore loco, vnde prospectus patebat, ad DCCC. iussit suffigi crucibus: in conspectu adhuc viuentium iugulauit vxores eorum & liberos, pœnas exigens pro acceptis iniuriis, quæ tamen inhumaniores fuerunt, licèt sæpe ab inimicis afflictus, in extremum vitæ & regni periculum adductus fuerit dum non contenti propriis eum impugnare viribus, externa etiam auxilia conciunt: & postremo in eam necessitatem eum compellunt, vt quæ loca in Moabitica & Galaditica regione subegerat, restitueret Arabibus, ne & ipsi arma sua aduersus eum cum inimicis coniungerent: præter alia quæ in eius contumeliam gesta sunt innumerata. Iniqua tamen fuit talis animaduersio, ita vt propter hanc crudelitatẽ Thracidæ cognomen apud Iudæos inuenerit. Cæterùm aduersariorum exercitus ad octo millium numerum noctu in tutum euaserunt: & toto tempore quo vixit Alexander, egerunt in exilio: atque ita demum liberatus à tumultibus, securè administrauit regnum in posterum. Demetrius autem relicta Iudæa profectus Berœam, Philippum fratrem suum oppugnauit in ea, habens secum decem millia peditum, & mille equites. Straton verò Berœæ tyrannus & Philippi socius Zizum principem Arabum exciuit, & Mithridatem Sinatem præfectum Parthorum, qui postquam venerunt cum magno exercitu, Demetrij castra oppugnauerunt, & tam siti quàm missilium telorum multitudine deditionem cum suis facere coegerunt: abductáque ex ea regione præda maxima, Demetrium captiuum ad Mitridatem Parthorum regem miserunt. Antiochenses verò quotquot in castris inuenti sunt, gratis dimissos redire Antiochiam passi sunt. Parthus verò rex Demetrium apud se in omni honore habuit, donec ibi morbo abpsũtus est. At Philippus post hanc pugnam statim profectus Antiochiam, totius Syriæ regno potitus est.

CAP. XXIII.

Antiochi Dionysi in Iudæam expeditio.

XXI. DEinde Antiochus cognomine Dionysus frater ipsius, Damascum principatum ambiens peruenit, & ibi rerum potitus rex factus est, qui cùm exercitum duxisset contra Arabas, Philippus eius frater hoc audito Damascum aduolat: & cùm opera Milesij arcis præfecti, vrbe Damascenorum potitus esset per ingratitudinem non remunerauit eum, quòd vellet videri terrore vrbem, non proditione cepisse. quapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit. progressum enim in circum animi gratia Milesius exclusit, & vrbem seruauit Antiocho. at ille auditis de Philippo rumoribus, confestim rediit ex Arabia: móxque duxit in Iudæam exercitum octo millium peditum, & equitum octingentorum. Cuius inuasionem Alexander metuens, fossam profundam duxit à Capartabe, quæ nunc Antipatris dicitur, vsque ad Ioppense mare, qua solum patebat accessus: excitatóque muro, & per interualla castellis ligneis per C L. stadia, præstolabatur Antiochum. at ille omnibus his incensis traduxit hac exercitum in Arabiam. & cùm Arabs primùm cessisset, deinde cum X. equitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus, prælio atus est acriter, iámque de victoria certus occisus est, dum alterum suorum cornu laborans vult in integrum restituere. post eius casum exercitus refugit in vicum Cana, vbi maxima eius pars fame absumpta est. Post hunc Cœlesyriæ regnum Aretas adipiscitur, vocatus ad imperium à Damascenis propter odium, quo persequebantur Ptolemæum Mennæum. Is quoque in Iudæam profectus cum exercitu, deuicto Alexandro apud Adida, certis conditionibus reduxit suos vnde venerat. Alexander verò ad Dian oppidum admoto milite, eóque vi capto, ad Essam inde duxit, vbi erant Zenonis res pretiosissimæ: & primum triplici muro eum locum circumdedit, dein expugnato oppido ad Caulanam duxit & Seleuciam: & subactis his quoque, redegit in suã potestatem vallem quæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Obiectísque multis criminibus Demetrio locorum eorum domino, principatu suo illum exuit, & tertio demum huius expeditionis anno domum reduxit exercitum, magna alacritate Iudæis eum ob res prosperè gestas excipientibus. Per hæc tempora iam & Syrorum & Idumæorum & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotũ, Gazam, Anthedona, Raphiam, Rhinocuram, in mediterraneis per Idumæam regionẽ Adora & Marissam, totámque Samariam & montes Carmelum ac Irabyrium. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabala, & Moabiticas vrbes, Esebonem, Medabam, Lempam, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonẽ Cilicium, Pellam. hanc vltimã diruerunt, quod incolæ recusarent Iudaicos ritus recipere. possidebant & alia Syriæ non obscura opida, quæ imperio suo nouiter adiecerant. Post hæc Ale-

Κεφάλαιον κγ'.

Αντιόχου τοῦ Διονύσου στρατεία ἐπὶ Ἰουδαίαν.

ΕΠειτα ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Διόνυσος, ἀδελφὸς ὢν Φιλίππου, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιούμενος εἰς Δαμασκὸν ἀφικνεῖται, κἀκεῖ στασιάσαντος Μιλησίου τοῦ ἡγουμένου ἐβασίλευσεν. ἐκστρατεύσαντος δ' αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, φίλιππος ὁ ἀδελφὸς ταῦτα ἀκούσας, ἦλθε Δαμασκὸν ἦλθε. μιλησίου δ' ὃς καταλελειπτο τὴν ἄκραν φύλαξ, καὶ τὴν Δαμασκηνῶν ἀφαδόντος αὐτῷ τὴν πόλιν, ἀχάριστος εἰς αὐτὸν ἡγούμενος, καὶ μηδὲν ὧν ἐλπίσας ἐδίξατο αὐτὸν ἀφαιρεῖν, ἀλλὰ τὴν παρ' αὐτοῦ φόβῳ βεληθεὶς δοκεῖν ἀφαλαβεῖν τὴν πόλιν ἢ τῇ χάριτι τῇ μιλησίου, δωρούμενος αὐτὸν οἷς ἐχρῆν ὑπωπτεύετο, καὶ πάλιν ἐκπίπτει τῆς Δαμασκοῦ. ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν εἰς ἱππόδρομον, ἀπέκλεισεν ὁ μιλήσιος, καὶ τὴν Δαμασκὸν ἀπόχῳ διεφύλαξεν. ὁ δ' ἀκούσας τὰ περὶ τὸν φίλιππον ὑπέστρεψεν ἐκ τῆς ἀραβίας. στρατεύεται δ' αὐτὸς, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ὁπλίταις μὲν ὀκτακισχιλίοις, ἱππεῦσι δὲ ὡς δίσσας δ' ἀλέξανδρος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, τάφρον ὀρύττει βαθεῖαν, ἀπὸ τῆς χαβαρζαβᾶ καλουμένης, ἥ ἐστιν ἀντιπατρὶς καλεῖται, ἄχρι τῆς εἰς ἰόππην θαλάσσης, ἣ ἦν μόνον ἐπίπροσθεν ἐπίπεδον. τεῖχος τε ἐγείρας καὶ πύργους ἀναστήσας ξυλίνους, καὶ μεσοπύργια, ἐπὶ σταδίους ρ', τὸν ἀντίοχον ἐξεδέχετο. ὁ δὲ ταῦτα πάντα ἐμπρήσας, διαβὰς ταύτῃ τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν ἀραβίαν. ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ ἄραβος τὰ πρῶτα, ἔπειτα μυρίων ἱππέων ἐξαίφνης ἐπιφανέντος ὑπαντήσας τούτοις ἀντίοχος, καρτερῶς ἐμάχετο. καὶ δὴ νικῶν ἀπέθανε Θαβωθῶν τῇ πονηρᾷ μέρει. πεσόντος δὲ ἀντιόχου, καὶ τὸ στράτευμα φεύγει εἰς κανὰ κώμην, ἔνθα τὸ πλεῖστον αὐτῆς λιμῷ φθείρεται. βασιλεύει δὲ μετὰ τοῦτον τῆς κοίλης συρίας ἀρέτας, κληθεὶς εἰς τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν τὴν δαμασκὸν ἐχόντων, διὰ τὸ πρὸς πτολεμαῖον τὸν μεννάου μῖσος. στρατεύσας δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν, καὶ περὶ ἄδιδα χωρίον μάχῃ νικήσας ἀλέξανδρον ὅτι συνθήκας ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὴν ἰουδαίας. ἀλέξανδρος δὲ ἐλάσας αὖθις ἐπὶ δίαν πόλιν, αἱρεῖ ταύτην. καὶ στρατεύεται ἐπὶ ἔσσαν, ἥτις πλείστῃ ἀξία ζηλωτῶν σωτείχισεν εἶη). καὶ ξύσι μὲν περιβάλλει τείχεσι τὸ χωρίον. μάχῃ δὲ λαβὼν τὴν πόλιν, ἐπὶ γαύλανα καὶ σελεύκειαν ἐξώρμησε. παραλαβὼν δὲ καὶ ταύτας, προσεξεῖλε καὶ τὴν ἀντιόχειαν λεγομένην φαραγγα καὶ γάμαλα τὸ φρούριον. ἐξελὼν δὲ δημητρίῳ πολλὰ τῆς τῶν ἄρχοντι, προσέδυσεν αὐτὸν, καὶ ξύτον ἤδη πεπληρωκὼς ἔτος τῆς στρατείας εἰς τὴν οἰκείαν ὑπέστρεψε, προθύμως αὐτὸν τῆς ἰουδαίων διὰ τὴν εὐεργέτειαν δεχομένων. καὶ τοῦτον τὸν καιρὸν ἤδη τῆς σύρας καὶ ἰδουμαίων καὶ φοινίκων, πόλεις εἶχον ἰουδαῖοι. παρὰ θαλάσσῃ μὲν στράτωνος πύργον, ἀπολλωνίαν, ἰόππην, ἰάμνειαν, ἄζωτον, γάζαν, ἀνθηδόνα, ῥαφίαν, ῥινοκόρουραν. ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ καὶ τὴν ἰδουμαίαν, ἄδιδα, καὶ μάρισσαν, καὶ σαμάρειαν. καρμήλιον ὄρος, καὶ τὸ ἰτάβυριον ὄρος, σκυθόπολιν, γάδαρα, γαυλανίτιδα, σελεύκειαν, γάβαλα, μωαβίτας ἔστε εβών, μήδαβα, λεμβᾶ, ὀρώνας, τελίθωνα, ζαρᾶ, κιλίκιον αὐλῶνα, πέλλαν.

ταύτην δὲ κατέσκαψαν, ἐκ ὑποχομένων τῆς ἐνοικούντων εἰς τὰ πάτρια τῆς ἰουδαίων ἔθη μεταβαλέσθαι. ἄλλας τε πόλεις, προστιθούσας τῆς συρίας, αἳ ἦσαν κατὰ σεμμύραν. μετὰ δὲ ταῦτα ἀλέ-

ξανδρος

ξανδρος ὁ βασιλεὺς, ἐκ μέθης εἰς νόσον καταστὰς, ἢ ἔτεσιν ἕπτα τεταρταίῳ πυρετῷ συνεχόμενος, οὐκ ἀπέστη τῇ στρατιωτῶν ἕως ἐν τοῖς πόνοις ἐξαναλωθείς, ἀπέθανεν ἐν τοῖς γεφυρίων ὄρεσι, πολιορκῶν ῥαγαβᾶ φρούριον πέραν τοῦ ἰορδάνου. ὁρῶσα δὲ αὐτὸν ἡ βασίλισσα πρὸς τὸ τελευτᾶν ὄντα, καὶ μηδεμίαν ὑποφέροντα μηκέτι σωτηρίας ἐλπίδα, κλαίουσα καὶ κοπτομένη, τὰ μελλούσης ἐρημίας αὐτῇ τε καὶ τοῖς παισὶ δυσφόρητα, καὶ τίνι καταλείπεις ἔφη με τε καὶ τὰ τέκνα παρ' ἀλλήλων βοηθείας δεόμενα; πῶς αὐτὸν ἔλεγε, καὶ ταῦτ' εἰδὼς πῶς διάκειταί πρὸς σὲ δυσμενῶς τὸ ἔθνος. ὁ δ' συνεβούλευεν αὐτὴν, πειθεσθαι μὲν οἷς ὑποθήσεται, πρὸς τὸ τὴν βασιλείαν ἀσφαλῶς κατέχειν μετὰ τῶν τέκνων. κρύψαι δὲ τὸν θάνατον αὐτὸς πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἕως ἂν ἐξέλῃ τὸ χωρίον. ἔπειτα ὡς ἂν νικήσῃ λαμπρῶς εἰς τὰ ἱεροσόλυμα παραγενομένη, τοῖς φαρισαίοις ἐξουσίαν τινὰ παράσχῃ. τούτους γὰρ ἐπαρθέντας αὐτῷ αὐτὴ τῆς τιμῆς, δύνασθαι κατασήσειν αὐτῇ τὸ ἔθνος. δύναται δὲ πολὺ παρὰ τοῖς ἰουδαίοις τούτοις ἔφασκε, κλάψαι τε μισθωτὰς, καὶ φίλους ἐξεπενθοῦντας ὠφελῆσαι. μάλιστα γὰρ πιστεύεται παρὰ τῷ πλήθει πρὸς ὧν αὐ καὶ φθονοῦντες, τὰ κάλλιστα λέγουσιν, αὐτόν τε προσηρῆσθαι τῷ ἔθνει ἐξ ἐναντίας, ὑβριστὴς παρ' αὐτοῖς. σὺ τοίνυν εἶπεν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις γενομένη, μεταπεμψαμένη τοὺς πρωτεύοντας αὐτῶν ὑπόδειξαι τὸ σῶμα τοῦ σοῦ ἀνδρὸς, ὅπως μοι βούλῃ χρῆσθαι μετὰ πολλῆς ἀξιοπιστίας ὑπὲρ ἐκείνου. ἔστι καθυβρίζειν ἀταφίᾳ με θελήσουσι τὸν νεκρὸν, ὡς πολλὰ πεπονθότες ἐξ ἐμοῦ, εἴτ' ἄλλου τινὰ καὶ ὀργὴν αἰτίαν τοῦ σώματι προσφέρειν βεβούλησθε. καὶ μηδὲν ἧττον τῶν ἐκείνου γνώμης ἐν τῇ βασιλείᾳ διαπράξασθαι ὑπάρχει. ταῦτά σοι πρὸς αὐτοὺς εἰπούσης, ἐγώ τε λαμπροτέρας ἀξιωθήσομαι πρὸς αὐτῶν κηδείας, ἧς ἂν ἔτυχον ἐκ σοῦ, μηδὲν ἧττον τὸν νεκρὸν ἀταφίᾳ θελησάντων. σὺ δὲ βεβαίως ἄρξεις. ταῦτα παραινέσας τῇ γυναικὶ τελευτᾷ βασιλεύσας ἔτη ζ' καὶ κ', βιώσας δὲ ἐνὸς δέοντος ν'.

xander ex temulentia morbo contracto, & triennio integro quartana laborans, nec tamen abstinens à castrensibus officiis, tandem exhaustis viribus fato concessit in Gerasenorum finibus obsidens Ragaba castellum quod vltra Iordanem situm est. Quem videns regina iam morti victimum, & nullam salutis spem præ se ferentem, flens & sciptam plangens, suam simul & liberorum desolationem lamentabatur: Cui me, inquit, & hos filios reliquis, alieno indigentes auxilio? præcipuè cùm non ignores quàm infensus sit tibi totus populus. Tum ille consulit ei vt suis monitis pareat, si velit securè cum filiis regnum obtinere. primùm vt apud milites celet suam mortem, tantisper dum castellum illud capiat. deinde postquam victrix magnificè Hierosolyma reuerta fuerit. Pharisæis nonnihil licentiæ permittat. hos enim pro habito sibi honore laudaturos eam, & commendaturos apud populum. posse enim plurimum apud Iudæos, siue exosum aliquem cupiant lædere, siue amicum iuuare. Valde enim his fidem habere vulgus, etiamsi per inuidiam de quopiam malè loquantur, nec se ob aliam causam incurrisse totius gentis odium, quàm quia hoc genus offenderit. Ergo, inquit, vbi Hierosolyma perueneris, accersitis eorum primoribus, ostende illis meum corpus, & verbis quàm proximè veritatem simulatis, permitte vt eo vtantur arbitratu suo, siue insepulto & proiecto cadaueri velint illudere propter antiquas iniurias, siue alio quolibet modo in id sæuire: & pollicere nihil te nisi ex illorum sententia gesturam in administrando imperio. his verbis si apud eos vsa fueris, & mihi magnificentior quàm à te sepultura continget, contentis illis permissa potestate, & tu securè dominaberis, post hæc monita vxori data moritur, anno regni sui xxvii. vitæ verò vndequinquagesimo.

Κεφάλαιον κδ'.

Ὡς μετὰ τὸν ἀλέξανδρον τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀλεξάνδρα τὴν βασιλείαν κατέχει.

Cap. XXIV.

Alexandro mortuo vxor Alexandra in regnum succedit.

Ἡ δὲ ἀλεξάνδρα τὸ φρούριον ἐξελοῦσα, καὶ τὰς τοῦ ἀνδρὸς ὑποθήκας, τοῖς τε φαρισαίοις ἐξαλέχθη, καὶ πάντα ἐπ' ἐκείνοις ἐθεμύθη, τά τε περὶ τὸ νεκρὸν, καὶ τὰ περὶ τὴν βασιλείας, τῆς μὲν ὀργῆς αὐτοὺς τοῦ πρὸς ἀλέξανδρον ἔπαυσεν. δύο δὲ ἐποίησε καὶ φίλους. οἱ δὲ εἰς τὸ πλῆθος παρελθόντες, ἐδημηγόρουν, τὰς θεμένης τῷ ἀλεξάνδρᾳ διηγούμενοι, καὶ ὅτι δίκαιος αὐτοῖς ὑπόλοιπος βασιλεὺς, καὶ τὸν δῆμον εἰς πένθος, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ κατήφειαν ἐξεκαλέσαντο τοῖς ἐπαίνοις, ὥστε καὶ λαμπρότερον ἤ τινα τῶν βασιλέων, αὐτὸν ἐκπέμψαι. μόνῳ μέντοι υἱοὶ ἀλέξανδρος κατέλιπεν, ὑρκανὸν καὶ ἀριστόβουλον, τὸν δὲ βασιλείαν εἰς τὸν ἀλεξάνδραν ἐλίττετο. τῶν δὲ παίδων, ὑρκανὸς μὲν ἀδρανὴς πρᾶγματα διοικεῖν, καὶ βίον ἡσύχιον μᾶλλον ἠγαπηκώς. ὁ δὲ νεώτερος ἀριστόβουλος, δραστήριός τε μὲν καὶ θαρσαλέος. ἐπέτρεπε μὲν οὖν τὸν πλῆθος ἡ γυνὴ, διὰ τὸ δοκεῖν, ἐφ' οἷς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐζήμιωτο, δυσχεραίνειν. ἡ δὲ, ἀρχιερέα μὲν ὑποδείκνυσιν ὑρκανὸν, διὰ τὸν πλησίαν, πολὺ μέντοι πλέον διὰ τὸ ἀνωφελὲς αὐτοῦ, καὶ πάντα τοῖς φαρισαίοις ὑπέπτει

Alexandra verò capto castello iuxta mariti monita Pharisæos allocuta est, & omnia illorum arbitrij faciens, quæ ad cadauer vel ad regnum pertinerent, ex infensis beneuolos eos sibi reddidit: tum illi progressi ad plebem concionabantur, res gestas Alexandri celebrantes, & regem iustum se amisisse conquerentes, populum ad eum luctum ac mœstitiam prouocauerunt, vt nullum antehac regem funerauerint sumptuosiùs. Cæterùm Alexander duos quidem reliquit filios, Hyrcanum & Aristobulum, regni tamen administrationem Alexandræ testamento reliquit. è filiis autem Hyrcanus erat rebus administrandis parum idoneus, & amator otij: minor verò natu Aristobulus audax & industrius. sed mulier gratiosa erat apud populum, eo quòd semper visa sit ægrè tulisse ea, quæ maritus præter officium faceret. illius consilio pontificatus Hyrcano obuenit, non tam ætatis prærogatiua, quàm propter innatam segnitiem: alioqui ex Pharisæorum sententia permissu reginæ gere-

XXII.

bantur omnia : quibus etiam plebs parere iussa est : & si quid constitutionum Hyrcanus socer abrogauerat quas Pharisæi iuxta maiorũ traditiones induxerant, id totum sancitum est denuo. Nomen igitur regni erat penes reginam, penes Pharisæos verò administratio. nam hi & exulibus reditum, & vinctis solutionem procurabant. quædam tamen etiam per se prouidebat mulier & magnum mercede conductorum militum alebat numerum, vitéſque suas ita augebat vt terrori esset circumuicinis tyrannis & obsides ab eis acciperet. Et quod ad reliqua attinet, quieta erat eius ditio, soli Pharisæi turbas excitabant, incitantes reginam vt necaret illos qui Alexandro autores fuerunt sumendi de DCCC. simul viris supplicij : móxque vnum ex his iugulant Diogenem, deinde alium post alium donec potentiores conuenientes in regiam, & cum his Aristobulus præ se ferens non placere sibi quæ fierent, & si occasio daretur non permissurus tantam licentiam matri, commemorabant ei quantis rebus gestis & quantis exhaustis periculis fidem suam domino approbauerint, quódque hac de causa magnis præmiis eos dignatus sit : rogabántque eam ne omnino in contrarium spes suas verteret. nunc enim qui periculum ab hostibus euasissent, domi ab inimicis mactari more pecudum, nemine opem ferente. aiebántque si quidem cõtenti sint iam occisis aduersarij propter innatum affectum quo dominos prosequantur, patienter se laturos hanccalamitatem. quòd si illi sæuire pergerent, petebant sibi dari discedendi veniam, neque enim nisi ipsius reginæ permissu quæsituros sibi incolumitatem, alioqui laturos vt ibidem in ipsa interficiantur regia. Sed turpe esse tum sibi, tum reginæ, si illa dissimulante à mariti inimicis vexentur. nihil enim libentius auditurum Aretam Araben & reliquos tyrannos, quàm si ipsa se priuaret talibus viris, quorum illis olim vel nomen auditum terrori fuerit. quod si ne hoc quidem velit concedere & mali indulgere Pharisæorum cupiditatibus, saltem per castella se distribueret. se enim quandoquidem fortuna ita persequatur Alexandri familiares, contentos esse in humili statu vitæ reliquum exigere. Hæc & alia multa cùm dicerent, & ad miserationem tam cæsorum quàm periclitantium manes Alexandri inuocarent, omnibus circumstantibus commotæ sunt lacrymæ : sed maximè Aristobulus mentem suam declarabat, multis verbis matrem corripiens. Verùm illi sibiipsis causa fuerunt horum malorum, qui fœminæ ambitione imperandi præter æquum commiserunt regi habenas, quasi verò deesset posteri. Tum illa inops melioris consilij, custodiam castellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexandrio & Machærunte, in quibus res sibi charissimas recõdiderat. Nec multo pòst Aristobulũ filiũ cum exercitu misit versus Damascum, contra Ptolemæum Mennæum, qui grauis erat vbi vicinus. Sed ille nulla re memorabili gesta domum rediit. Per idẽ tempus nunciatum est, Tigranẽ Armeniorũ regẽ cũ .b. militum millibus inuasisse Syriam, & breui in Iudæam esse venturũ. ea fama non immeritò

A πωιεῖν, οἷς ἡ τὸ πλῆθος ἐπείθετο, πειθαρχεῖν, ἕως ἂν ἡ
B ἡ τῶν νομίμων ὑφηγητὴς ὁ πενθερὸς αὐτῆς καταλύσῃ,
ὡς εἰσηνέγκαν οἱ φαρισαῖοι ἡ τὰ παρ' ἐκείνων παραδόσεως,
τοῦτο πάλιν ἀποκατάστησαι. τὸ μὲν οὖν ὄνομα τῆς βασιλείας
εἶχεν αὐτὴ, τῶν τε δύναμιν οἱ φαρισαῖοι. ἡ γὰρ φυγάδας
ἔστι κατῆγον, ἔ δεσμώτας ἔλυον, ἡ καθάπαξ ὧν
C βούλοιντο μέτοχοι ἦσαν. ἐποιοῦντο μέντοι καὶ ἡ γυνὴ τῆς βασιλείας φρόντιδα. καὶ πολὺ μισθοφορικὸν συνίστασι, καὶ
τὴν ἰδίαν δύναμιν ἀπέδειξε πλείονα, ὡς καταπλήξαι τοὺς πέριξ τυράννους, ἔ λαβεῖν ὅμηρα αὐτῆς. ἡμέμει ἡ χώρα πᾶσα πάρεξ τῶν φαρισαίων. ἔτει γὰρ ἐπιβουλεύσαντος τ βασιλίσσαι, πείθοντες ὡς κτείνοιεν τοὺς
D ἀλεξάνδρῳ παραγενέσθαντας ἀπολεῖν τοὺς ὡ. ἔστα αὐτοὶ τούτων ἕνα σφάττουσι διογένην, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλοις, ἕως οἱ δυνατοὶ παρελθόντες εἰς τὸ βασίλειον, ἔ μετ' αὐτῆς ἀριστόβουλος, ἐώμει γὰρ τοῖς γεγονόσι δυσαναχετῆσαι, καὶ ἄλλος ὢν καθάπαξ εἰ ἀφορμὴς
E γένοιτο μὴ ὑπεξέφευγεν τὴν μητέρα, ἀπεμίμνησκον ὅσα κατορθώσαντο τοῖς κινδύνοις, δι' ὧν τὸ σφῶν βέβαιον τ πίστεως, πρὸς τὸν δεσπότην ἐπεδείξαντο, αἷς ὧν ὑπ' αὐτοῦ μεγίστων ἠξιώθησαν. καὶ ἐδόκουν μὴ ἄχει τῶν πάντως ἐμπαλιν ξέψαι σφῶν τὰς ἐλπίδας. ἀποφυγόντας γὰρ τ ἐκ πολεμίων κίνδυνον, ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπὸ ἐχθρῶν δίκην βοσκημάτων κόπτεσθαι, μηδεμιᾶς τιμωρίας ὕσης. ἔλεγόν τε, ὡς εἰ μὲ ἀρκεσθεῖεν τοῖς ἀπηνεστάτοις οἱ ἀπόδικοι, ἀλλὰ τὸ πρὸς τοὺς δεσπότας γένος
F μᾶλλον αἴσειεν τὰ ξυμβαίνοντα. εἰ δ' αὖ μέλλοιεν ταῦτα μετιέναι, ἢ τοῦτο μᾶλλον μὲ δοθεῖσαν σφῶν ἀπαλλαγήν. ἐ γὰρ ἂν ὑπομεῖναι χωρὶς αὐτῆς πορεύσασθαί τινα τοιοῦτον, ἀλλ' ἀσμένιζον θνήσκοντες πρὸς τοῖς βασιλείοις ὡς μὴ συζῆν ὧν αὐτοῖς. ἄρχος τε ἔφ σφῶν καὶ τῇ βασιλίσσῃ εἰ πρὸς αὐτῆς ἀμελούμενοι, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τὰ αὐθρὸς ἐκδεχθείησαν. αἵτι πάντως γὰρ ἂν τιμήσασθαι ἀρέτην τε τ ἄραβα, καὶ τοὺς μοναρχας, εἰ ἀποξενολογήσαιεν τοσούσδε ἀνδρας, οἷς ἴδ τάχα φειδοῖς ἔ τοῦνομα πεῖν ἀκουσθεῖσαν. εἰ δὲ μὴ, τόγε δεύτερον, εἰ τοῖς φαρισαίοις αὐτῆ πρότιμᾶν ἔγνωσαν, καταστῆσαι ἕκαστον αὐτῶν ἐν τοῖς φρουρίοις. εἰ γὰρ ὧδέ δ' ἅμα τῆς ἐκμέσησιν τῶν ἀλεξάνδρου οἰκῳ, αὐτοὺς γε μὲν ἀποδίξαι ἔ ἐν ταπεινῷ χήματι διοτδιοῦσας. πολλὰ ἢ λεγόντων αὐτῶν, καὶ εἰς οἶκτον τῶν τεθνεώτων, καὶ τῶν κινδυνδυόντων τοῖς ἀλεξάνδρου δαίμοσιν ὀδυκλαυμένων, ἅπαντες οἱ πρόσω ὧτες ὥρμησαν εἰς δάκρυα μάλιστα ἢ ἀριστόβουλος ὅπως ἔχοι γνώμης ἐδήλου, πολλὰ τὴν μητέρα κακίζων. ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοι μὲν ἄρτι σφῶν αὐτοῖς τ συμφορῶν ἐνθυμοῦντο, καὶ φιλαρχίαν ἐπελευσομένην γυναικὶ ὧδε τὸ εἰκὸς βασιλεύσῃ ὀργὰς ἕνεκα μὴ οὔσης ὑπεξέφαττες. ἡ ἢ, ἐκ ἔχουσα ὅπη πρόσεισι μᾶλλον τῶν ὑφρεπῶν, τὴν φυλακὴν τῶν χωρίων σφῶν ὑπῆς δοσαν, ὅπη μὴ ὑφαίνοις ἢ ἀλεξάνδρειον, καὶ μαχαιρουμένους, ἔνθα τὰ πλείστου ἄξια ἦν αὐτῇ. καὶ μετ' ὀ πολὺ τὸν υἱὸν ἀριστόβουλον, μᾶλλον πρὸς ἀξίωσιν ὅπη δαμάσειν, καὶ πτολεμαίου τοῦ μιναίου τοῦ λεγομένου, ὃς ἦρξε μὲν τῆς πόλεως χρόνον, ἀλλ' ὁ μὲν ὑδὲν ἐργασάμενος ἀνωφελὲς ἄξιον ὑπέστρεψε. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀγγέλλεται πυρρὸς ὁ τῶν ἀρμενίων βασιλεὺς, ἅμα μυριάσι στρατιωτῶν,

ἐμβεβληκὼς εἰς τὴν χώραν, ἔ ὅπλ τὴν ἰουδαίαν ἀφιξόμενος. τοῦτο ὥσπερ εἰκὸς ἐφόβησε τὴν βασιλεσσαν καὶ

σαν κ τὸ ἔθνος, κ δῶρα ὑ πολλὰ κ λόγε ἄξια πέμ- A
πουσιν αὐτῷ κ φρέσβεις, πολιορκοῦντι τ Πτολεμαΐδα.
βασίλισσα γὰρ σελήνη, ἡ κ κλεοπάτρα καλεμένη, τ ἐν
Συρίᾳ κατῆρχεν, ἡ κ ἐπήγαγε τὰς ἐνοικούσας ἀποκλεῖ
σαι πυράνην. συνέτυχαν οὖν αὐτῷ, κ ἐδέοντο χρῆσαι
αὐτοῖς τ βασίλισσης κ τ ἔθνους συγγνώσκειν. ὁ ὑ ἀποδε-
ξάμενος αὐτοὺς τ ἐκ δίκης μάτος θεραπείας, ἐλπίδας
ὑπέθετο χρησάς. ἄρτι ὑ τ Πτολεμαΐδος ἁλωκυίας, ἀγ-
γέλλει Τίγρανη, λεύκολλον διώκοντα μιθριδάτην, ἐπεί-
γε μ διαμβῆναι, εἰς τὰς Ἴβηρας ἀναφυγόντος, τ ὑ ἀρ- B
μενίαν πορθήσαντα πολιορκεῖν. Τίγρανης ὑ ταῦτα ἀπίγγε,
ἀνεχώρει τ ἐπ' οἶκε. μ ὑ τοῦτο τ βασίλισσης εἰς νόσον
χαλεπὴν ἐμπεσούσης, δόξαν ἁρισοβύλῳ τοῖς πράγμα
σιν ἐπιθεῖναι, κ νυκτὸς ὑπεξελθὼν μετ' ἑνὸς τ θερα-
πόντων, εἶτα ἐπὶ τὰ φρούρια, ἵνα οἱ παῖδες κατετάχθη-
σαν αὐτῷ φίλοι. πάλαι γὰρ ἀχθόμενος, οἷς ἐφρόντιζεν ἡ
μήτηρ, πολὺ μᾶλλον ἔδεισε μὴ ἀποθανούσης, ὅτι τοῖς
φαρισαίοις τὸ παῖδ ἦγος αὐτῆς ὑπάρξειεν. ἐώρα γὰρ τὸ C
ἀδύνατον τ μέλλοντος ἁμαρτάνειν τ ἀρχὴν ἀδελφῇ.
ξυνῆδε δ' ἡ γυνὴ τῇ φρονήσει μόνη, ᾗ κατέλιπεν αὐτόθι
μ τ ἡγεμονίας. κ πρῶτον ἀφικόμενος εἰς Ἄγαβα, ἔνθα
γαλαγὴς ᾗ τ δυνατὸν, ὑπεδέχθη φρὸς αὐτῆ. μεθ'
ἡμέραν ὑ τῇ βασιλίσσῃ ἄσθησις γίνε τῆς ἁρισοβύλου
φυγῆς, κ μέχρι τινὸς, ὡήθη γεγονέναι τ αὐ αχώρησιν ἐκ
ὀλίγε νεωτερισμοῦ. ὡς μύτοι ἦκον ἀπαγγέλλοντες ἄλλοι D
ἐπ ἄλλοις ὅτι κατέλαβε τὸ πρῶτον χωρίον κ τὸ δεύ-
τερον, κ ξύμπαντα, δῆθεν γὰρ ἑνὸς ἁρξαμένου πάντα ὑπή
γετο φρὸς τὸ ἐκείνε βούλημα, τότε δὴ ἐν μεγίσῃ τα-
ραχῇ ὑπῆρχεν ἥτε βασίλισσα κ τὸ ἔθνος. ἤδεσαν γὰρ
ὑ πόρρω τῆ δυνάμ τ ἀρχηγὸν αὐτῶ κρατοῦντα τ ἁρι-
σόβυλον ὄντα. μάλισα δ' ἔδεισαν μὴ ποιηθῇ εἰς φρά-
ξαρτο ὧν παρώρησαν αὐτῷ τ οἶκον. δόξαν οὖν τ γυναῖκα
αὐτῷ Ⓒ ἡγεμονεῖ εἰς τὸ ὑπὸ τῆ ἱερῆ φρούριον κατιθέσαν. E
ἁρισοβύλῳ ὑ ὡσὰν ἐκ πολλῶν συναθροίχθη, ἀφ' ὧν
δὴ κ κόσμος ἤδη βασίλφος φρὸ αὐτὸν ἦν. χθὲς γὰρ ἐν
ἡμέραις ις, χωρίων ἐκράτησεν κ Ϛ, ὅθεν ἀφορμὰς ἔχων,
στρατιὰν ἠθροίζεν ὁπότε λιβάνε κ τραχωνίτε, κ τ μο-
ναρχῶν. οἱ γὰρ ἄνθρωποι τῷ πλείονι ὑπαγόμενοι, ῥᾳδίως
ὑπήκοον, ἄλλως ὑ νομίζοντες εἰ ξυλλάβοιεν αὐτῷ τ μὴ
φρόσθεν ὁμολογοῦντι, ἐκ ἧσον καρπώσεσθαι τ βασιλείαν,
ὡς αὐτοὶ τ κράτησαν φρόφασις γὰρ ἦν τοῦτο. τ ὑ ἰουδαίων
οἱ φρεσβύτεροι κ ὑρκανὸς, εἰσπέσαν ὡς τὸν βασίλισ- F
σαν, κ ἐδέοντο ὑποθέσθαι γνώμην φρὸς τ ἐνεστῶσαν. τ
γὰρ ἀρισόβυλον, τ πάντων κρατοῦντα ἤδη κυρεύσαν, ὁπότε
χωρίων τοσούτων κρατήσειεν. ἄτοπον ὑ εἰ κ τὰ μάλι-
στα κάμνοι φρεύσης αὐτῆς κ σφᾶς βεβλάφθαι φρεσ-
σαῦσα ὑ τ κίνδυνον ὑ δι' μακρᾶ σφίσιν. ἢ ὑ αὐτὸς ἐκέ-
λευσε φράττειν ὅτι δοκῶσι χρήσιμον εἶναι, πολλὰς ὑ αὐ-
τοῖς ἀφορμὰς λιπόντι, τὸ ἔθνος ἐῤῥωμένον, κ δύναμιν,
κ τὰ ἐν τοῖς χαζοφυλακίοις χρήματα. αὐτὴ γὰρ μικρὸν G
ὑπ μέλειν τῷ φραγμάτων, ὡς ὑπολείποντος ἤδη τὸ
σώματος. ταῦτ' εἰποῦσα μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησε, βα-
σιλεύσασα ἔτη θ'. τὰ ὑ σύμπαντα διώσασα γ' κ ὁ.
γωνη τῷ ἀθενεῖ τῷ φύλου κατ' ὀλίγον χρησαμένη. δ ἐγκ
γὰρ εἰς τὸ φίλαρχον ἐν τοῖς μάλισα ἐκφυὲν ἐπλεγ-
ξεν ἔρωτος τότε φρακτικὸν τ ἐν αὐτῇ γνώμης, κ τὸ ἀ-
συνέτον τ ἀεὶ πάντων φρὸς τὰς δυνασείας ἀνδρῶν.

reginam & totam gentem terruit, miserúntque ad eum legatos cum magni precij muneribus, obsidentem tunc Ptolemaidē. Regina enim Selene, aliàs Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat vt Tigranem excluderent. Ibi inuentum regem legati rogauerunt, vt bene sibi de regina sua déque tota Iudæorum gente polliceretur. Ille verò collaudatos quòd è longinquo venissent ad exhibendum sibi officiū, iussit omnia bona sperare. Capta verò Ptolemaide nūciatur Tigrani, Lucullum dum persequitur Mithridatem, illum quidem non assecutum, qui iam in Iberiā euaserat, sed Armeniā ingressum vastare eā regionē: quo cognito ille statim domū reuersus est. Post hæc cùm regina in morbum difficilem incidisset, & visum est Aristobulo iam adesse tempus aggrediendi negotium, noctu egressus vno comitante famulo contulit se ad ea castella, quibus paterni amici erant præpositi. Iā dudum enim molestè ferēs quæ mater gerebat, tum verò lōgè magis timebat, ne illa mortua totū suum genus, veniret in potestatem Pharisæorū: & videbat quàm ineptus esset administrationi frater, ad quem spectabat successio. Conscia verò fuit eius conatus sola vxor quam domi reliquit cū liberis. ac primum venit Agaba, vbi Galæstes erat vnus è potentibus, à quo perlibēter exceptus est. Sequēti verò luce regina sensit Aristobuli absentiam: nec tamen statim suspicata est illum ad res nouandas esse profectum. Verum posteaquā venerunt nuncij alij super alios, quòd iam hoc, iā illud castellum occupasset: nam vno incipiente statim reliqua omnia in eius potestatē se dediderunt: tum demū in magna cōsternatione fuit & ipsa regina & vniuersa gens. Sciebant enim non multum abesse Aristobulū, quin sibi vsurparet gētis imperiū: & vehemēter timebant ne pœnas exigeret ab illis, qui in ipsius familiares debacchati fuerant. placuit igitur vt vxor eius cū liberis custodiretur in castello quòd tēplo erat appositum. ad Aristobulum autem magnus fiebat confluxus, vt iam nec strepitus deesset, nec ornatus regius. nam intra quindecim fermè dies occupauit castella vigintiduo, in quibus habens receptaculū, colligebat exercitū à monte Libano & Trachonitide & à tyrannis. homines enim sēper pluribus se agglomerantes libēter obtemperabāt, sperātes etiam nonnihil vtilitatis se percepturos ex eo, quem ipsi ex insperato res nouas molientem euexissent ad dignitatis regiæ fastigium. Iudæorum autē seniores & Hyrcanus reginā conuenerunt, & rogabant vt præsentibus rebus aliquod expediret consilium. Aristobulum enim iam penè totam dominationē ad se traxisse, occupatis tot locorū opportunitatibus, se autē non decere, etiamsi maximè ipsa ægrotet, ea superstite consultare absque illius conscientia. periculum autem iā esse penè pro foribus. at illa iubebat eos facere quicquid putarent reipub. conducere. habere eos magnam facultatem, vires gētis, milites, & in ærario multam pecuniam: sibi enim iam non admodum curæ esse rerum administrationē, nimirum deficiente corpusculo. his dictis non multo post extremū halitū reddidit, exacto anno regni ix. vitę tertio supra septuagesimū. mulier supra sexum suum egregia, vt quæ mirum in modum honorum & imperandi cupida, operibus declarauit suam industriam, quasi exprobrans viris inscitiam, qui parum feliciter administrant respublicas.

semper enim præsentibus magis quàm futuris intenta, & omnia post habendo moderatæ gubernationi, neque ab honestate neque à iustitia deduci voluit. Familia tamen eius in tale incurrit infortunium, vt potentiam quam sibi multis sudoribus & periculis parauerat, propter huius non muliebres cupiditates paulo pòst amiserit: quia & cum inimicis familiæ suæ sensisse videtur, & rempublicam orbasse præsidibus: quin & post obitum eius ex reliquiis malæ ipsius administrationis, multæ turbelæ originem duxerunt in domo regia, attamen quam diu rebus præfuit, gentem in pace continuit. atque hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus.

τὸ γὰρ παρὸν κρεῖττον ἀξιώσασα τῶν μέλλοντος, καὶ πάντα δεύτερα τιθεμένη τὸ ἐγκρατῶς ἄρχειν, ἔστε καλῶς, ἔστη δικαίως ἕνεκά γε τούτων ἐπεστρέφετο. εἰς γὰρ τοῦτο ἡ οἶκος ἀτυχίας τὰ πράγματα προὔκοψεν, ὥστε ἐν μὲν πλείστων κινδύνων καὶ ἁλαζονειῶν προσκτήσασθαι δυνασείαν, ὑπὸ θυμίᾳ τῇ μὴ προσηκόντων γυναικί, χρήσιος δὲ πολλοῖς ὕστερον ἀφαιρεθῆναι, τοῖς μὲν δυσμενῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἦθος αὐτῆς τῷ αὐτῆς γνώμῃ προσθεῖσα, τῇ δὲ ἀρχῇ ἔρημον τῶν προηγουμένων παιδαγωγίαν. καὶ ξυμφορῶν ὁ σύμπλους καὶ ἁρπαγῆς ἐξ ὧν ζῶσα ἐπολιτεύσατο καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τὸ βασίλειον. ἃ μὲν ἄλλα καθ' ἕτος ἀρξασα, ἐν εἰρήνῃ τὸ ἔθνος διεφύλαξεν. τὰ μὲν οὖν περὶ Ἀλεξάνδραν, τέλος εἶχε τόδε.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ἀριστόβουλε καὶ Ὑρκανοῦ περὶ τῆς βασιλείας πόλεμος, καὶ ὡς συμβαίνει ἐκείνων βασιλεύειν μὲν Ἀριστόβουλον, Ὑρκανὸν δὲ ἰδιωτεύειν. Κεφ. α

Περὶ Ἀντιπάτρου καὶ γένους αὐτοῦ, καὶ τίνα τρόπον εἰς λαμπρότητα καὶ δύναμιν ἅμα τοῖς παισὶ προήχθη, καὶ Ὑρκανοῦ φυγὴ πρὸς Ἀρέταν τὸν τῶν Ἀράβων βασιλέα. Κεφ. β

Ὡς Ἀριστόβουλος μάχῃ ἡττηθεὶς συνδιώκεται ὑπὸ Ἱεροσόλυμα. Κεφ. γ

Τρικαρανοῦ καὶ Ἀριστοβούλου πρεσβεία πρὸς Σκαῦρον περὶ συμμαχίας. Κεφ. δ

Ὡς Ἀριστόβουλος καὶ Ὑρκανὸς πρὸς Πομπήϊον ἦλθον. περὶ τῆς βασιλείας δικαιολογούμενοι. Κεφ. ε

Ὡς Πομπήϊος στρατηγήματι χρησάμενος τὰ φρούρια παρέλαβεν. Κεφ. ς

Ὡς Ἱεροσολυμῖται τὰς πύλας ἀπέκλεισαν τοῖς ῥωμαίοις. Κεφ. ζ

Ὡς Πομπήϊος αἱρεῖ κατὰ κράτος τὸ ἱερὸν, καὶ τὴν κάτω πόλιν, καὶ περὶ τῆς θεοσεβείας αὐτοῦ. Κεφ. η

Ὅτι σκαίρου στρατεύσαντος ὑπὲρ Πέτραν βασίλειον ἔσαν τῶν Ἀράβων, αὐτίπαρος πείθει τὸν Ἄραβα συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι. Κεφ. θ

Ὡς Ἀλέξανδρος ὑπὸ Γαβινίου κρατηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ εἰς φρούριόν τι καταφυγὼν πολιορκεῖται. Κεφ. ι

Ὡς φυγόντα ἐκ Ῥώμης Ἀριστόβουλον εἰς Ἰουδαίαν λαβὼν Γαβίνιος αἰχμάλωτον πάλιν ἀπέστρεψεν εἰς Ῥώμην. Κεφ. ια

Κράσσου καὶ τῶν ὑπ' ἀνδρὸς στρατείαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀνάβασις, καὶ σύλησις τῶν ἱερῶν χρημάτων. Κεφ. ιβ

Φυγὴ Πομπηΐου εἰς Λέσβον, καὶ σκιπίωνος εἰς συρίαν ἄφιξις. Κεφ. ιγ

Καίσαρος ἐπ' Ἄργυπτον στρατεία, καὶ ὡς Ἰουδαῖοι αὐτῷ συνεμάχησαν. Κεφ. ιδ

Ἀντιπάτρου ἀρετὴ καὶ φιλία πρὸς καίσαρα. Κεφ. ιε

HÆC IN IOSEPHI DECIMOQVARTO ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Post contentionem de regno inter Aristobulum & Hyrcanum, conuentum est vt Aristobulus regnaret: Hyrcanus priuatam vitam degeret. CAP. I.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit: & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. CAP. II.

Aristobulus prælio victus compellitur Hierosolyma. CAP. III.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium. CAP. IV.

Quomodo Hyrcanus & Aristobulus apud Pompeium de regno disceptauerint. CAP. V.

Quo stratagemate Pompeius castella occupauerit. CAP. VI.

Hierosolymitani portas Romanis claudunt. CAP. VII.

Pompeius templum cum inferiore vrbis parte vi expugnat. CAP. VIII.

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo feriit. CAP. IX.

Alexander à Gabinio victus in quodam castello oppugnatur. CAP. X.

Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursum in Iudæa captus, à Gabinio Romam remittitur. CAP. XI.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter & sacrilegium. CAP. XII.

Pompeij in Epirum, & Scipionis in Syriam aduentus. CAP. XIII.

Cæsaris in Ægyptum expeditio, & quam fideli Iudæorum opera adiutus sit. CAP. XIV.

Antipatri res gestæ, & cum Cæsare amicitia. CAP. XV.

Καίσα-

Καίσαρος ὅπισ ολαὶ κ᾽ δόγματα συγκλήτου περὶ τ᾽ πρὸς Ἰουδαίους φιλίας. Κεφ. ις
Οτι ἀντίπατρος τοῖς παισὶ ἡρῴδῃ μὲν τ᾽ τ᾽ γαλιλαίας περήνειαν, φασαήλῳ δ᾽ ἐπέτρεψε τὴν ἱεροσολύμων.
κ᾽ ὡς σέξτος καῖσαρ μέγαν κ᾽ ἔνδοξον τὸν ἡρῴδην ἐποίησεν. Κεφ. ιζ
Ως κάσσιος πάντα Ἰουδαίαν σκάπτουσα, & τάλαντα ὠ παρ᾽ αὐτῆς εἰσπραξάτο. Κεφ. ιη
Ως μάλιχος ὅπλοις χιλίων, ἀντίπατρον ἀνεῖλε φαρμάκῳ. Κεφ. ιθ
Ως ἡρῴδης ὅπλοις εἵλκυσε αὐτὸν κασσίου τὸν μάλιχον ἀνδροφόνησεν. Κεφ. κ
Ως ἀντίγονον τὸν ἀριστοβούλου ἐπιθυμοῦντα τῶν τυρίων τυράννου ἡρῴδης ἀπαντήσας ξίφει τε & τῆς
Ἰουδαίας ἐκβάλλει. Κεφ. κα
Οτι ἡρῴδης ἐν βιθυνίᾳ πολλαχοῦ τὰ μὲν χρήμασιν ἀντωνίου, ἀλλὰ τοῦτο τοὺς κατηγο-
ρεῖν αὐτ᾽ ἀνθιστάντας οὐκ ἐδύνατο. Κεφ. κβ
Πῶς ἀντώνιος εἰς συρίαν παραγινόμενος ἡρῴδῃ κ᾽ φασαήλῳ τετράρχας κατέστησεν. Κεφ. κγ
Στρατιὰν πάρθων εἰς συρίαν, καθ᾽ ὧν τὸν ἀριστοβούλου υἱὸν ἀντίγονον εἰς τὴν βασιλείαν κατήγαγον,
Κεφ. κδ
Ως οἱ πάρθοι ὑρκανὸν κ᾽ φασάηλον αἰχμαλώτους ἔλαβον. Κεφ. κε
Ως ἡρῴδης εἰς τὴν ῥώμην παραγινόμενος ἀπεδείχθη ὑπὸ τ᾽ συγκλήτου βασιλεὺς τ᾽ ἰουδαίας. Κεφ. κς
Ἔκπλους ἡρῴδου ἀπὸ ῥώμης κ᾽ μάχη πρὸς ἀντίγονον. Κεφ. κζ
Πῶς ὑπὸ σοσίου κ᾽ ἡρῴδου ἀντίγονος διεφθάρη. Κεφ. κη

Cæſaris literæ,& ſenatuſconſulta de Iudæorum amicitia. CAP. XVI.
Antipater ex filiis ſuis Herodi Galilææ, Phaſaëlo Hieroſolymorum regimen committit: & quòd Sextus
Cæſar Herodem magnum ac illuſtrem reddidit. CAP. XVII.
Caſſius afflictis Iudæis inſuper octingenta talenta ab eis exigit. CAP. XVIII.
Malichus per inſidias Antipatrum veneno tollit. CAP. XIX.
Herodes iuſſu Caſſij Malichum dolo interficit. CAP. XX.
Antigonum Ariſtobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem, Herodes pro-
ſligatum è Iudæa pellit. CAP. XXI.
Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecuniis eum ſibi conciliat, quo factum eſt, vt ille accuſato-
res eius non admiſerit. CAP. XXII.
Antonius in Syriam prouinciam veniens Herodem cum Phaſaëlo tetrarchas conſtituit. CAP. XXIII.
Parthi Antigonum Ariſtobuli filium in regnum reducunt. CAP. XXIV.
Parthi Hyrcanum & Phaſaëlum captiuos abducunt. CAP. XXV.
Herodes Romæ à Senatu Iudææ rex declaratur. CAP. XXVI.
Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduerſus Antigonum. CAP. XXVII.
Antigonus à Sofio & Herode opprimitur. CAP. XXVIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVSQVARTVS.

CAP. I.

Post contentionem de regno inter fratres conuentum est vt Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam vitam degeret.

DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti volumine diximus, nunc quę deinceps consecuta sunt, dicturi sumus, nihil magis studentes quam ne quid vel per ignorantiam vel per obliuionem prætermittamus. Nam qui historiam & rerum propter antiquitatem obscurarum expositionem scribere se profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem compositionem, tum quicquid lectioni gratiam conciliat, & adimit tædium: sed præcipua cura impendenda est veritatis studio ne suam fidem sequentes fallant & inducant in errorem aliquem. Cùm igitur pontificatum accepisset Hyrcanus anno tertio septimæ & septuagesimæ supra centesimam Olympiadis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit: & commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex eius militibus ad fratrem transfugerunt. quo facto Hyrcanus in arcem confugit. in quam custodiendi filij & vxor Aristobuli à matre eius depositi fuerant, vt antè diximus. reliqui etiam eius factionis homines cùm victoris metu intra septum fani se recepissent, breui deditionem fecerunt. Cœptum est deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in quibus obtinuit Aristobulus vt regnaret, & fratrem sineret in otio frui quæ illi obuenerant facultatibus, & priuatam vitam agere. Hoc fœdus ictum est in ipso templo, & data acceptáque fide, iunctisque dexteris sancitum: & post mutuos complexus in conspectu populi factos digressi sunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Aristobuli.

Κεφαλ. α'.

Αριστοβούλου καὶ ὑρκανοῦ περὶ τῆς βασιλείας πόλεμος, καὶ ὡς συμβάσεις ἔσχεν ἡ βασιλεία μὲν Ἀριστόβουλον, ὑρκανὸν δὲ ἰδιωτεύειν.

A ΜΕΤΑ δὲ τὸν περὶ Ἀλεξάνδραν τὴν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἡμῶν βίβλῳ δεδηλώκαμεν. τὰ δὲ τούτοις ἀκόλουθα καὶ προσεχῆ νεῦ ἐρεῖμεν, ὡς ἄλλως πως, ἢ μηδὲν ὠφελήσειν τὴν προγεγραμμένων ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ διὰ κάματον τοὺς μιμησομένους. τοῖν γὰρ ἱστορίαν καὶ τοῖν μεμυσιν τῶν ἀνοιγομένων τοῖς πολλοῖς πραγμάτων διὰ τοῦ ἀρχαιότητα B δίκαιόν, καὶ τὸ τῆς ἐπαγγελίας κάλλος, ὅσον δὴ τοῦτ' ὄντι ἔκτε τῶν ὀνομάτων καὶ τῆς τούτων ἁρμονίας, καὶ ὅσα πρὸς τούτοις συμβάλλεται κόσμον τῷ λόγῳ τοῖς ἀναγνωσομένοις ἔχειν, ὡσὰν μὴ κάεπος τινός, καὶ ἡδονῆς τὴν ἐμπειρίαν ὠφελαμβάνοιεν. πάντων δὲ μᾶλλον, τὴν ἀκριβείας τοῖς συγγραφεῖς ἐοχάζεσθαι δεῖ, καὶ τῆς ἀληθῆ C λέγειν τοῖς πρὶν ὧν ἐκ ἴσασιν αὐτοὶ, πιστεύειν αὐτοῖς μέλλωσι. ἀρξαμένῳ τοίνυν τῆς ἀρχιερωσύνης ὑρκανῷ τῷ γ' ἔτει τῆς ζ καὶ ο' τοῦ πρὸς τοῖς ρ' ὀλυμπιάδος, ὑπατευόντος ῥωμαίων κοίντου ὁρτησίου, καὶ κοίντου μετέλλου, ὃς δὴ καὶ κρητικὸς ἐπεκαλεῖτο, πόλεμον δύδις ἐπέφερεν πρὸς αὐτὸν ἀριστόβουλος, καὶ τῆς μάχης αὐτῷ γενομένης πρὸς ἱεριχοῦντι, πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτομολοῦσιν, ἐφυγεν πρὸς τὸν D ἀκρόπολιν ὑρκανὸς, ἔνθα συνέβαινε κατεῖρχθαι τοῦ ἀριστοβούλου γυναῖκα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ ὑπὸ τῆς μητρὸς καθὼς προειρήκαμεν. καὶ τοὺς αὖτις ἀσιώτας ἢ καταφυγόντας εἰς τὸ τοῦ ἱεροῦ προβολον, αἴρει προσβαλὼν καὶ λόγοις ποιησάμενος πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ συμβάσεως, καταλύεται τὴν ἔχθραν ὅτι τοῦ βασιλεύειν μὲν ἀριστόβουλον, αὐτὸν δὲ ζῆν ἀπραγμόνως καρπούμενον ἀδεῶς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῦ κτῆσιν. ταῦτα δὴ τοῖς ἐν τῷ ἱερῷ συνθέμενοι, καὶ ὅρκοις καὶ δεξιαῖς πιστωσάμενοι τὰς ὁμολογίας, καὶ καταπασασάμενοι τῇ πλήθοις παντὸς ὁρῶντος ἀλλήλοις, ἀνεχώρησαν ὁ μὲν, εἰς τὰ βασίλεια, ὑρκανὸς δὲ ὡς ἰδιώτης, εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀριστοβούλου.

Περὶ

A

Κεφάλαιον ϛ.

Περὶ ἀντιπάτου τῆ γλρίως αὐτῆ τῆ τίνα τρόπον εἰς λαμπρότητα δυναμιν ἄμα πᾶσι παρηκέν, τῆ ὑρκανοῦ φυγῆ πρὸς ἀρέταν τὸν τῶν Ἀράβων βασιλέα.

Cap. II.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum.

Φίλος ἦ τις ὑρκανῷ ἰδουμαῖος ἀντίπατρος λεγόμενος, πολλῶν μὲ ὑπαρχόντων χρημάτων, δραστήριος ἦ τ φύσιν ὢν στασιαστὴς, ἀλλοφύλως εἶχε πρὸς τ ἀριστόβουλον ϛ διαφόρως, διὰ τὸ πρὸς ὑρκανὸν εὐνοιαν. νικόλαος μὲντοι φησὶν ὁ δαμασκηνὸς, τοῦτον εἶ γλρίος ἐκ τῆ πρώτων ἰουδαίων, τῆ ἐκ βαβυλῶνος εἰς τ ἰουδαίαν ἀφικομένων. ταῦτα ἦ λέγει χαριζόμενος ἡρώδη τῆ παιδὶ αὐτῆ, βασιλεῖ τῆ ἰουδαίων ἐκ τύχης πρὸς γλρομένῳ. ὡς εἰ κ καιρὸν διηλώσομεν. ἐβάτ τοίνυν ὁ ἀντίπατρος, ἀντίπατρ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο, κ τῆ πατρὶ αὐτῆ τοῦτο ἦν τοὔνομα. ὃν ἀλεξάνδρα τῦ βασιλέως ϛ γυναικὸς αὐτῆ σεμνοτέρων ἀποδειξάντων ὅλης τ ἰδιομοιρίας, ποιήσασθαι φιλίαν πρὸς τοὺς ὁμονοοῦντας αὐτῆ ἀράβας ϛ γαζαίους, κ ἀσκαλωνίτας λέγουσι, πολλαῖς αὐτοὺς κ μεγάλαις ἐξιδιωσάμενον δωρεαῖς. τῷ οὖν τ ἀριστοβούλου δυνασείαι ὁ νεώτερος ἀντίπατρος ὑφορώμενος κ δεδιὼς μήπ πάθη δι᾽ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος, δῶρα πρῶτα κρύσα κατ᾽ αὐτῆ διαλεγόμενος τ ἰουδαίων τοὺς δυναστεύοντας, ἀδίκου εἶ λέγων πρᾶξαι ἀριστόβουλον ἀδίκως ἔχοντα τῷ ἀρχῷ, ϛ τ μ᾽ ἀδελφὸν ταύτης ἐκβεβληκότα, πρεσβύτερον ὄντα, κατέχοντα δ᾽ αὐτῷ ὅσαν ἐκείνῃ διὰ τὸ πρεσβεῖον. τούτοις τε συνεχῶς πρὸς τ ὑρκανὸν ποιούμενος διετέλει τοὺς λόγους, κ ὅπ κινδυνεύσει τῆ ζωῆ, εἰ μὴ φυλάξαιτο ποιήσας αὐτὸν ἐκποδών. τοὺς γὰρ φίλους τῦ ἀριστοβούλου μηδένα προλιπεῖν καιρὸν ἔλεγε συμβαλλόμενον αὐτὸν ἀπολεῖν, ὡς τότε βεβαίως ἕξοντα τ ἀρχῷ. τέτοις ὑρκανὸς ἠπίστει τοῖς λόγοις, φύσει χρηστὸς ὢν, κ διαβολὴν δι᾽ ὑπεικειαν ῥᾳδίως ἐπιστεύμενος ἐπὶ ᾗ αὐτὸν τὸ ἄπεφθον κ τὸ παρημελημένον τ διανοίας, τοῖς ὁρῶσιν ἀληθῆ κ ἀνανδρον δοκεῖν. τ δ᾽ ἐναντίας φύσεως ὢν ἀριστόβουλος, θρασύτερος ϛ διεγηγερμένος τὸ φρόνημα. ἐπρᾶσσε τοίνυν ὁ ἀντίπατρος, ὰ προσέχοντα ἑώρα τοῖς λόγοις τ ὑρκανοῦ, ὰ διέλιπεν ἑκάστης ἡμέρας πλατύνων κ διαβάλλων πρὸς αὐτὸν ἀριστόβουλον, ὡς κτεῖναι θέλοντα, ϛ μόλις ἐγκείμενος πείθει, πρὸς ἀρέταν αὐτῆ συμβαλοῦσαι φυγεῖν, τ ἀράβων βασιλέα. πεισθέντι δὲ κ αὐτὸς ἑσπόμενος σύμμαχος ὑπισχνεῖται. ὁ δ᾽ ταῦτ᾽ ἀκούων ἔλεγε, συμφέρειν εἶ τὸ πρὸς τ ἀρέταν ἀποδρᾶναι. ἔστι δ᾽ ὅμορος τῇ ἰουδαίᾳ ἡ ἀραβία. κ δὴ πέμπει πρῶτος ὑρκανὸς πρὸς τ ἀράβων βασιλέα, τὸν ἀντίπατρον, λημψόμενον πίστεις, ὡς οὐκ ἐκδώσει τοῖς ἐχθροῖς ἱκέτιν αὐτῆ γλρόμενον. λαβὼν δ᾽ τὰς πίστεις ὁ ἀντίπατρος, ὑπέστρεψε πρὸς ὑρκανὸν εἰς ἱεροσόλυμα. ϛ μετ᾽ ὀλίγον ἀσπασάμενον αὐτὸν, κ τῆς πόλεως ὑπεξελθὼν νύκτωρ, κ πολλὰ αὐτοῦσα ὁδὸν, ἦγεν ἄγων αὐτὸν εἰς τὴν καλουμένην πέτραν, ὅπερ ἐβασίλευε τῦ ἀρέτα. μάλιστα δ᾽ ὢν φίλος τῆ βασιλεῖ, κατάγειν τὸν ὑρκανὸν εἰς τὴν ἰουδαίαν παρεκάλει, ϛ τὸν ἑκάστης ἡμέρας ποιῶν κ ἐκ αἰτίας, ἀλλὰ κ δωρεὰς προσιέμενος, πείθει τὸν ἀρέταν. ὁ μὲν ἀλλὰ κ ὑρκανὸς ὑπέσχετο αὐτῆ καταχθεὶς, ϛ τὴν βασιλείαν κομισάμενος, ἀποδώσειν τὴν τε χώραν κ τὰς δώδεκα πόλεις, ἃς ἀλέξανδρος ὁ πατὴρ αὐτῆ τῷ ἀράβων ἀφείλετο. ἦσαν δ᾽ αὗται, μήδαβα, ναβαλλὼ, λιβιὰς, θαραβασὰ,

Amicus autem quidam Hyrcani Idumæus nomine Antipater, vir pecuniosus, natura factiosus & industrius, infensus erat Aristobulo, eo quòd ipse studeret Hyrcani partibus: quamuis Nicolaus Damascenus huius genus deducat à primatibus Iudæorum, qui in Iudæam venerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis eius filij, quem fortuna ad Iudæorum regnum euexit, sicut suo loco dicetur. Hic igitur Antipater primùm vocabatur Antipas, eodem quo pater ipsius nomine: quã ab Alexandro rege & eius vxore constitutum ducem totius Idumææ, ferunt amicitias Arabum & Gazæorum & Ascalonitarum coluisse, multisque eos sibi conciliasse muneribus. Itaque minor Antipater suspectam habens Aristobuli potentiam, & timens eum propter mutuam simultatem, clancularijs obtrectationibus effecit vt contra illum potentiores Iudæorum conspirarent, iniquum esse dictitans fuisse Aristobulum incubare vsurpato per iniuriam imperio, ex quo eiecisset fratrem natu maiorem, cúmque ætatis prærogatiua spoliasset. eisdem verbis etiam Hyrcanum obtundebat assiduè, addens ne vitam quidem illi esse in tuto, nisi matura fuga saluti suæ prospiceret. amicos enim Aristobuli nunquam non consultare, quomodo eo sublato de medio, dominationem alteri constabiliant. His sermonibus Hyrcanus nolebat credere, quòd esset natura bonus, & calumnias non libenter admitteret. quæ quidem animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionem ignauiæ. at Aristobulus planè contrario fuit ingenio, industrius simul & magnanimus. Cùm igitur Antipater videret Hyrcanum nihil moueri suis monitis, non destitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quasi insidiaretur vitæ illius. tandem vrgendo ægrè obtinuit, vt assentiret fugere ad Aretam regem Arabum, suum quoque pollicitus auxilium: idque eo facilius impetrauit, quòd Iudææ confinis sit Arabia. præmittitur itaque Antipater ad regem, acceptur us ab eo fidem, quòd inimicis non dediturus esset suum supplicem: quod vbi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanum reuersus est Hierosolyma: & non multò pòst assumpto eo noctu vrbem egressus, magnis itineribus peruenit in vrbem quæ Petra dicitur, apud quàm erat Aretæ regia: & quòd esset regi amicissimus, rogabat eum vt Hyrcanum in Iudæam restitueret, & instando quotidie dandòque munera tandem persuasit. Hyrcanus quoque pollicitus est si ope eius reductus regnum reciperet, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, quæ pater ipsius Alexander de Arabibus ceperat. erant autem hæc: Medaba, Naballo, Liuias, Tharabasa,

II.

III.

Agalla, Athone, Zoara, Oronæ, Mariſſa, Rydda, Luſa, Oryba.

A

CAP. III.

Ariſtobulus prælio victus compellitur Hieroſolyma.

TAlibus promiſſis permotus Aretas expeditionem ſuſcepit contra Ariſtobulum, ducens quinquaginta millia pedeſtris ſimul & equeſtris exercitus, móxque vicit prælio. poſt eam victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, deſolatus Ariſtobulus confugit Hieroſolyma. Arabs autem adducto ſecum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adiuuante Hyrcanum etiam populo, ſolis ſacerdotibus non deſerentibus Ariſtobulum. ſed Aretas admotis tam Iudæorum quàm Arabum exercitibus acriter oppugnationi inſtabat. Dum hæc ita geruntur inſtante azimorum feſto quod Paſcha vocamus, optimates Iudæorum relicta ſua regione fugerunt in Ægyptum. Quidam autem Onias vir iuſtus & Deo carus, qui aliquando ſiccitatis tempore impetrauerat piis precibus pluuiam, tunc in latebras ſe abdidit, ciuile bellum præſentiens. hũc in caſtra adductum Iudæi rogabant, vt quemadmodum olim ſterilitati attulerat remedium, ita tunc deuoueret diris Ariſtobulum, & quotquot eius factionem ſequebantur: id cùm diu recuſans cogeretur à turba, ſtans in medio eorum ſic precatus eſt: Deus vniuerſi huius mundi rex, quoniam & hi qui mecum ſtant tuus ſunt populus, & qui oppugnantur tui ſacerdotes ſunt, precor vt neque hos contra illos, neque illos contra hos, orantes exaudias. Poſt hæc vota circumſteterunt eum quidam ex Iudæis viri perditi, & obruerunt lapidibus. quam crudelitatẽ Deus vltus eſt continuo, cædiſque Oniæ pœnas exegit in hunc modum. Dum Ariſtobulus oppugnatur cum ſacerdotibus, ſuperuenit Paſcha, in quo feſto nobis mos eſt multis Deum honorare ſacrificiis. quibus quia carebant obſeſſi, rogauerunt ſuos tribules vt accepta quantam poſtularent pecunia, victimarum copiam ſibi facerent. illis verò pactis mille drachmas in ſingula capita, & repræſentari ſibi iubentibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerunt, & per funem è muro demiſerunt precium. at illi accepta pecunia non reddiderunt victimas: ſed eo progreſſi ſunt impietatis, vt non ſeruata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. ſacerdotes autem quibus per pactorum ſpeciem illuſum fuit, orauerunt Deum vt pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt vindicta: ſed procella vehemens immiſſa fecit per totam eam regionem magnam vaſtationem fructuum, ita vt tritici modius veniret drachmis quindecim.

B

C

D

E

F

G

Ἄγαλλα, Ἀθὼνη, Ζώαρα, Ὀρώναι, Μάριϲϲα, Ῥύδδα, Λύϲα, Ὄρυβα.

Κεφάλαιον γ'.

Ὡς ἀνῃρέθη Ὑρκανὸς μάχῃ ὑπὸ Ἀριϲτοβούλου συνελθόντα δὲ εἰς Ἱεροϲόλυμα.

ΤΟύτων αὐτῷ τῷ ὑποχέϲεων γινομένων, ἀρέτας ἐϲτράτευϲεν ὅπῃ τὸν ἀριϲτόβουλον, μεθ' ἑπταϰιϲχιλίων ἱππικῶν ἅμα ϰαὶ πέζης ϲτρατιᾶς, ϰαὶ νικᾷ τῇ μάχῃ. πολλῶν δὲ μετὰ τὴν νίκην πρὸς Ὑρϰανὸν αὐτομολησάντων, μονωθεὶς ὁ Ἀριϲτόβουλος, ἔφυγεν εἰς Ἱεροϲόλυμα· ὁ δὲ τῶν Ἑβραίων βαϲιλεὺς πᾶϲαν τὴν ϲτρατιὰν ἀγαγὼν, ϰαὶ προϲβαλὼν τῷ ἱερῷ τὸν Ἀριϲτόβουλον ἐπολιόρκει, προϲπαθῶν ϰαὶ τὸν δῆμον τῷ Ὑρϰανῷ, ϰαὶ ϲυμπολιορϰοῦντας αὐτῷ, μόνων δὲ τῶν ἱερέων Ἀριϲτοβούλῳ προϲμενόντων. ὁ μὲν οὖν ἀρέτας ἐξῆς βαλλόμενος τὰ ϲτρατόπεδα τῶν Ἑβραίων ϰαὶ τῶν Ἰουδαίων, ἰϲχυρῶς ἐνέϰειτο τῇ πολιορϰίᾳ. Τούτων δὲ γινομένων ϰατὰ τὸν ϰαιρὸν τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἣν φάϲϰα λέγομεν, οἱ δοϰιμώτατοι τῶν Ἰουδαίων ϲυλλιπόντες τὴν χώραν, εἰς Αἴγυπτον ἔφυγον. ὀνίας δέ τις ὄνομα, δίϰαιος ἀνὴρ ϰαὶ θεοφιλὴς, ὃς ἀνομβρείας ποτὲ ἐϲομένης ἠύξατο τῷ θεῷ λύϲαι αὐχμὸν, ϰαὶ γινόμενος ἐπήϰοος ὁ θεὸς ὗϲεν, ἔπρυψε αὐτὸν διὰ τὸ τὴν ϲάϲιν ὁρᾶν ἀπιμένουϲαν. ἀναχθέντα δ' εἰς τὸ ϲτρατόπεδον τῶν Ἰουδαίων, ἠξίουν ὡς ἔπαυϲε τὴν ἀνομβρείαν δεξάμενος, ἵν' ἔτους ἀρὰς ϰατὰ Ἀριϲτοβούλου ϰαὶ τῶν ϲυϲαϲιαϲῶν αὐτῷ ὀπιθῆται. ἐπεὶ δὲ ἀντιλέγων ϰαὶ παραιτούμενος ἐβιάϲθη ὑπὸ τοῦ πλήθους, ϲαϲ μέϲος αὐτῶν εἶπεν. ὦ θεὸς βαϲιλεῦ τῶν ὅλων, ἐπεὶ οἱ μετ' ἐμοῦ νυνὶ ἑϲῶτες ϲοὺς δήμους ὄϲι, ϰαὶ οἱ πολιορϰούμενοι δὲ ἱερεῖς ϲοί, δέομαι μήτε ϰατὰ Τούτων ἐϰείνοις ἀϰοῦϲαι, μήτ' ἐϰείνων ἃ οὗτοι ϖροϲαναλῶϲιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν. ϰαὶ τὸν μὲν ταῦτ' ἀξάμενον ϖροιϲάντες οἱ ϖονηροὶ τῶν Ἰουδαίων ϰατέλυϲαν. ὁ δὲ θεὸς ταύτης αὐτοῖς ϖροφητείαν ἐτιμωρήϲατο τῆς ὠμότητος, ϰαὶ δίϰην εἰϲϖράξατο τοῦ ὁνίου φόνου τούτῳ τῷ τρόπῳ. πολιορϰουμένων γὰρ τῶν ἱερέων ϰαὶ τοῦ ἀριϲτοβούλου, ϲυνέβη τὴν ἑορτὴν ὑπολῦναι τὴν ϰαλουμένην φάϲϰα, ϰαθ' ἣν ἔθος ἐϲτὶν ἡμῖν ϖολλὰ θύειν τῷ θεῷ. ἀπορουμένοις δὲ θυμάτων οἱ ϖερὶ τὸν ἀριϲτόβουλον, ἠξίουϲαν αὐτοὺς τοὺς ὁμοφύλους ϖρᾶϰαι, χρήματα λαβόντας ἀντὶ τῶν θυμάτων ὅϲα θέλουϲιν. τῶν δέ, εἰ βούλονται λαβεῖν χιλίας δραχμὰς ἀνὰ ἑϰάϲτης ϰεφαλῆς ϰαταβαλεῖν ϰελεύόντων, ϖροθύμως ὅτε ἀριϲτόβουλος ϰαὶ οἱ ἱερεῖς ὑπέϲτηϲαν, ϰαὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ϰαθιμήϲαντες, ἔδωϰαν αὐτοῖς τὰ χρήματα. ϰἀϰεῖνοι λαβόντες, οὐϰ ἀπέδωϰαν τὰ θύματα, ἀλλ' εἰς τοῦτο ϖονηρίας ἦλθον ὥϲ τε ϖραβλεῦαι τὰς ϖίϲεις ϰαὶ ἀϲεβῆϲαι εἰς τὸν θεὸν τὰ ϖρὸς τὴν θυϲίαν μὴ ϖράξαντας τοῖς δεομένοις. ϖραπονηθέντες δὲ οἱ ἱερεῖς, ἠύξαντο τῷ θεῷ, δίϰην αὐτῶν εἰϲϖράξαϲθαι ϖρὸ τῶν ὁμοφύλων. ὁ δὲ οὐϰ ἀνεβάλετο τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ ϖνεῦμα ϖολὺ ϰαὶ βίαιον ὑπεμβαλὼν, τὸ ϰαρπὸν ἁπάϲης τῆϲ χώρας διέφθειρεν, ὡϲ τὸν μόδιον τοῦ ϲίτου τότ' αὐτοῖς ἐξωνεῖϲθαι δραχμῶν ἑνδεϰα.

Κεφά-

Κεφάλαιον δ'.

Τρικαντῶ ἡ ἀριστοβούλου πρεσβεία πρὸς σκαῦρον περὶ συμμαχίας.

ΕΝ τούτῳ πέμπει ἡ σκαῦρος εἰς συρίαν πομπήϊος, αὐτὸς ὢν ἐν ἀρμηνίᾳ καὶ πολεμῶν ἔτι τιγράνῃ. ὁ δ' ἀφικόμενος εἰς δαμασκὸν, λόλλιον μὲν καὶ μέτελλον πεπυσμένους τὴν πόλιν ἡρηκότας δρῶν, αὐτὸς εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐπείγετο. ἀμφοτέρωθεν δὲ πρέσβεις ἦκον παρ' αὐτόν τε ἀριστοβούλου πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑρκανοῦ, συμμαχεῖν ἀξιοῦντων ἑκατέρω. ὑπισχνουμένων δ', ἀριστοβούλου μὲν, ὑδώσειν τάλαντα, τοῦ δὲ ὑρκανοῦ τούτων οὐκ ἐλάττονα παρέξειν, πρόσκειται τὴν ἀριστοβούλου ὑπόσχεσιν. καὶ γὰρ ἄπορος χρημάτων, καὶ μεγαλόψυχος ἦν, καὶ μᾶλλον ἠξίου τυγχάνειν. ὁ δὲ καὶ πένης ἦν, καὶ γλίχρος καὶ ὑπὲρ μείζονων τὴν ἄπιστον πρᾶξιν ἐπαγγελίαν. ἐδόκει δ' οὐ ῥᾴδιον εἶναι βίᾳ πόλιν ἑλεῖν, ἐν τοῖς μάλιστα ὀχυρὰν καὶ δυνατήν, ἢ φυγάδας ἐκβαλεῖν μὴ τοῦ ναβαταίων πλήθους, οὐκ ἐθέλοντος πρὸς πόλεμον ἐξηκριβωμένου. τούτῳ οἴνῳ προσθέμενος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, λαβὼν τὰ χρήματα λύει τὴν πολιορκίαν, κελεύσας ἀναχωρεῖν τὴν ἀρέταν, ἢ πολέμιον αὐτὸν ῥωμαίων ἀποδειχθήσεσθαι. καὶ σκαῦρος μὲν εἰς δαμασκὸν πάλιν ἀνεχώρησεν. ἀριστόβουλος δὲ μὴ πολλῆς δυνάμεως, ὅτι τε ἀρέταν καὶ ὑρκανὸν ἐστράτευσε καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ὅτι τὸν καλούμενον παπυρῶνα, νικᾷ τῇ μάχῃ, καὶ κτείνει περὶ ἑπτακισχιλίους τῶν πολεμίων, μεθ' ὧν ἔπεσε καὶ φαλίων ὁ ἀντιπάτρου ἀδελφός.

Κεφάλαιον ε'.

Ως ἀριστόβουλος καὶ ὑρκανὸς πρὸς πομπήϊον ἦλθον περὶ τῆς βασιλείας διαμαχούμενοι.

ΜΕΤ' ὀλίγον δὲ τομπηΐου εἰς δαμασκὸν ἀφικομένου, καὶ κοίλῃ συρίᾳ ὄντος, ἦκον παρ' αὐτὸν πρέσβεις ἐξ ὅλης συρίας καὶ αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῆς ἰουδαίας. ἔπεμψε δὲ αὐτῷ μέγα δῶρον ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. μέμνηται δὲ τοῦ δώρου καὶ στράβων ὁ καππάδοξ λέγων ὅτως, ἦλθε δὲ καὶ ἐξ αἰγύπτου πρεσβεία, καὶ στέφανος ἐκ χρυσῶν τεσσαρακισχιλίων. καὶ ἀπὸ τῆς ἰουδαίας εἴτε ἄμπελος, εἴτε κῆπος, τερπολεῖν ὀνόμαζε τὸ δημιούργημα. τοῦτο μέντοι τὸ δῶρον ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν ῥώμῃ, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ διὸς τοῦ καπετωλίου, ἐπιγραφὴν ἔχον ἀλεξάνδρου τοῦ τῆς ἰουδαίων βασιλέως. ἐπιμήθη δὲ ἐξ, πεντακοσίων ταλάντων. ἀριστόβουλον μὲν οὖν τοῦτο λέγεται πέμψαι τῷ ἰουδαίων δυνάστῃ. μετ' ὀλίγον δὲ ἦκον πάλιν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν, ἀντίπατρος μὲν ὑπὲρ ὑρκανοῦ, νικόδημος δὲ ὑπὲρ ἀριστοβούλου. ὃς δὴ καὶ κατηγόρει τῶν λαβόντων χρήματα, γαβινίου μὲν πρότερον, σκαύρου δὲ ὕστερον, τοῦ μὲν ξ ἑκατόσια, τοῦ δὲ τριακόσια τάλαντα, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐχθρὸς καὶ τούτοις αὐτῷ κατεσκεύαζεν. κελεύσας δὲ ἥκειν τοὺς διαμφισβητοῦντας, ἐνίσταμένου τοῦ ἔαρος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐκ τῶν χειμαδίων, ὥρμησεν ὅτι τὴν δαμασκηνὴν, καὶ τὴν τε ἄκραν ἐν παρόδῳ τὴν ἐν ἀπαμείᾳ κατέσκαψεν αὐτὸς ὁ κυζικηνὸς ἐπῴκισεν ἀντίοχος. καὶ τὴν πτολεμαίου τοῦ μυνναίου χώραν κατενόησεν ἀνδρὸς πονηροῦ, καὶ οὐδὲν ἐλάττονος διονυσίου τοῦ τριπολίτου τοῦ πελεκισθέντος, οἷς περ καὶ κηδεύων ἐτύγχανεν αὐτῷ,

Cap. IV.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium.

INterea Pompeius Scaurum misit in Syriam, IV.
ΜΕτὰ ἢ τὸν πομπηίου θάνατον κ τ νίκην τ ἐν αὐτῷ καίσαρι πολεμοῦντι κατ' αἴγυπτον εἰς πολλὰ χρήσιμον αὐτὸν παρέσχεν αντίπατρος ὁ τ ἰουδαίων ἐπιμελητὴς ἐξ ἰτολῆς ὑρκανοῦ. μιθριδάτη γὰ τῷ περγαμηνῷ κομίζοντι ἐπικουρικὸν κ ἀδυνάτως ἔχοντι διὰ πλῆθος ποιήσασθ τ πορείαν, ὡσεὶ ἢ ἀσκάλωνα διαβαίνοντι, ἦκεν αντίπατρος ἄγων ἰουδαίων ὁπλίτας χιλίους, ἐξ ἀραβίας τε συμμάχους ἐλθεῖν ἐπραγματεύσατο τοῖς ἰτελῇ, κ δι' αὐτὸν οἱ κ τ συρίαν ἅπασαν ἐπεκύρωσαν, ἀπολείπεται τ ἰσχὺν καίσαρος ἐπιθυμίας ἐ θέλοντες, ἰαμβλίχός τε ὁ συνάσης κ πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, κ θολομαῖος ὁ σοέμου λίβανον ὄρος οἰκῶν, αἵτε πόλεις χεδὸν ἅπασαι. μιθριδάτης ἢ ἀρὰς ἐκ συρίας εἰς πηλούσιον ἐφικνεῖται. κ μὴ δεχομένων αὐτὸν τ ἀνθρώπων ἐπολιόρκει τ πόλιν. ἠείσθη ἢ αντίπατρος, ὑ πρῶτος κατασύρας τι τ τείχους ὁδὸν εἰς πίσιν παρέσχετο τοῖς ἄλλοις εἰς τ πόλιν. κ τὸ μ πηλούσιον οὕτως εἶχεν. τοὺς ἢ ὡσεὶ αντίπατρον κ μιθριδάτην ἀπόντας πρὸς καίσαρα, διεκώλυον οἱ ἰουδαῖοι αἰγύπτιοι, οἱ τ ὀνίου λεγομένου χώραν κατοικοῦντες. πείθει ἢ κ τούτους τὰ αὐτῷ φρονῆσαι κ τὸ ὁμόφυλον αντίπατρος, κ μάλιστα δηλοῖ ἃς αὐτοῖς τὰς ὑρκανοῦ τ ἀρχιερέως ἐπιστολὰς, ἐν αἷς αὐτοὺς φίλους εἶ καίσαρος παρεκάλει, κ ξένια ὑ πάντα τὰ δεικτήρια χορηγεῖν τῇ στρατιᾷ. κ οἱ μ ὡς ἑώρων τ αντίπατρον κ τὸν ἀρχιερέα σωελθόντας ὑπήκουον. τούτοις ἢ μεμφθεῖσιν ἀκούσαντες οἱ ὡσεὶ μέμφιν, σκάλουσι κ αὐτοὶ τὸν μιθριδάτην πρὸς αὐτούς, καὶ κεῖνος ἐλθὼν κ τούτους ὡσαλαμβάνει.

Κεφάλαιον ιε.

Αντιπάτρου ἀριστεία, κ φιλία πρὸς καίσαρα.

ΕΠεὶ ἢ τὸ καλούμενον δέλτα ὡς ἤδη παρελήλυθει, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις ἐπὶ τὸ καλούμενον ἰουδαίων στρατόπεδον. εἶχε ἢ, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας μιθριδάτης, τὸ ἢ εὐώνυμον, αντίπατρος. συμπεσόντων ἢ εἰς μάχην, κλίνεται τὸ τ μιθριδάτου κέρας, ὑ παθεῖν ἂν κινδύνους τὰ δεινότατα, εἰ μὴ ὡσὰ τ νίκην τ ποταμοῦ σὺν τοῖς οἰκείοις στρατιώταις αντίπατρος ὡσαθέων νενικηκὼς ἤδη τοὺς πολεμίους, τὸν μ ῥύεται, ζέπεσεν ἢ εἰς φυγὴν τοὺς νενικηκότας αἰγυπτίους. ἄρας ἢ αὐτῷ κ τὸ στρατόπεδον, ὑπομείνας τῇ ἐπιούσῃ, τόν τε μιθριδάτην σκάλει πλεῖον ἐν τῇ ζοπῇ διαχόντα. ἔπεσον ἢ τούτων μὲν ὡσὲ ὀκτακοσίους, τῷ

ἀφ' ἧς ἀντιπάτερου πεντήκοντα. μιθριδάτης ὃ δὲ τὰ A
τῶν ὅπις ἄλλῃ καίσαρι, τῆς τε νίκης αὐτοῖς ἅμα & τῆς
σωτηρίας αἴτιον ἦ ἀντιπάτρον ὄντα φαίνων, ὥστε ἦ καί-
σαρα τότε μὲν ἐπαινεῖν αὐτὸν, κεχρῆσθαι ὃ ὡς δὲ πάν-
τα ἦ πόλεμον εἰς τὰ κινδυνωδέστατα τῷ ἀντιπάτρῳ, & δὴ
καὶ ῥωθίωνα συνέβη ὡς δὲ τοὺς ἀγῶνας αὐτῷ. κατα-
λύσας μὲν τοι καῖσαρ μὴ χρόνον τὸν πόλεμον, καὶ εἰς
συρίαν ἀποπλεύσας, ἐτίμησε μεγάλως, ὑρκανῷ μὲν ἦ
ἀρχιερωσύνην βεβαιώσας, ἀντιπάτρῳ ὃ πολιτείαν τε B
ῥώμη δοὺς καὶ ἀτέλειαν πανταχοῦ. λέγεται ὃ ὑπὸ πολ-
λῶν ὑρκανὸν ταύτης κοινωνῆσαι τῆς στρατιᾶς, & ἐλθεῖν
εἰς ἄιγυπτον. μάρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ στράβων ὁ καπ-
πάδοξ λέγων ἐξ ἀσινίου ὀνόματος ὧτινος, μὴ ὃ τὸν μι-
θριδάτην εἰσβάλλειν εἰς ἦ ἄιγυπτον, καὶ ὑρκανὸν ἦ τῶν
ἰουδαίων ἀρχιερέα. ὁ δὲ αὐτὸς ἐστὶ στράβων καὶ ἐν ἑτέρῳ
πάλιν ἐξ ὑψικράτους ὀνόματος λέγει ὅτως, ἦ μὲν μι-
θριδάτην ἐξελθεῖν μόνον, κληθέντα δὲ εἰς ἀσκάλω-
να ἀντίπατρον, ὑπ' αὐτοῦ ἦ τ' ἰουδαίας ἐπιμελητὴν C
χιλίους αὐτοῦ στρατιώτας συμπαραπέμψαι, καὶ τοὺς
ἄλλους δυνάστας παρορμῆσαι, κοινωνῆσαι ὃ τ' στρατιᾶς,
καὶ ὑρκανοῦ ἦ ἀρχιερέα. ταῦτα μὲ στράβων φησίν. ἐλθὼν
ὃ καὶ αὐτήνορος ὁ ἀριστοβούλου τότε παρὰ καίσαρα, τιμω-
ρίαν τε τοῦ παρόντος ἐπωδύρετο τύχης, & ὡς δι' αὐτὸν ἀποθά-
νοι φαρμάκοις ἀναιρεθεὶς ἀριστόβουλος, καὶ ὁ ἀδελφὸς
αὐτοῦ κτείναντος πελέκει σκιπίωνος. ἐδεῖτο τε λαβεῖν
αἶτον αὐτὸν τ' ἀρχῆς ἐνεβεβληκώς. ὑρκανὸς ὃ ὅτι τού- D
τοις καὶ ἀντιπάτρου κατηγόρει διαίως ἐξηγουμένων τῷ
ἔθνους, καὶ εἰς αὐτὸν ὠδυρομένων τῶν. παρὼν ὃ ἀντιπα-
τρος ἀπελογεῖτο μὲν ὑπὲρ ὧν ἐώρα κατ' αὐτοῦ τ' κατη-
γορίαν γιγνομένην, νεωτερισας ὃ ἀπέφαινε τοὺς ὠδὲ
τὸν ἀντίγονον καὶ σασιώδεις, ὅσα τε πονήσειεν αὐτὸς καὶ
συνεργήσειεν ὑπεμίμνησκεν ὅτι τοῖς στρατηγήμασι, ποι-
ήμασι τοῖς λόγοις, ὧν αὐτὸς ἰδὼν μάρτις. δικαίως ὃ ἐ-
λεγεν ἀριστόβουλον μὲ εἰς ῥώμην ἀναπρασσον γιγνόμενον E
πολέμιον ἀεὶ καὶ μηδέποτε δύναμιν ὑπάρξαντα ῥωμαί-
ας. τὸν ὃ ἀδελφὸν αὐτοῦ κατατεθέντα ὅτι ληστείας ὑπὸ
σκιπίωνος τυχεῖν ὧν ἄξιος ἰδὼν, ἀλλ' ὃ καὶ βίαν καὶ ἀδι-
κίαν τοῦτο παθεῖν τὸ δράσαντος. τούτοις ἀντιπάτερου
ποιησαμένοις τοὺς λόγους, καῖσαρ ὑρκανὸν μὲν ἀποδέι-
κνυσιν ἀρχιερέα, ἀντιπάτρῳ ὃ δίδωσι δυναστείαν, ἣν
αὐτὸς προαιρῆται, τοῦτο ἐπ' αὐτοῦ ποιησάμενος τιμὴν
μείζονα, ὅπερ ἦν αὐτὸν ἀποδεικνυὶς τ' ἰουδαίας. F

Antipater non plus quinquaginta. Mithridates verò de his Cæsarem per literas certiorem reddidit, ingenuè fassus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita vt Cæsar & tunc eum collaudauerit, & postea toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti opera vsus sit: in quibus certaminibus etiam vulnera accepit. Quamobrem finito tandem bello classe deuectus in Syriam Cæsar, magnos honores contulit, tum in Hyrcanum quem confirmauit in pontificatu, tum in Antipatrum quem ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli verò aiunt Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij sic scribens: postquam Mithridates Ægyptum inuasit, & cum eo Hyrcanus Iudæorum pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypsicratis sic scribens: Mithridatē primò solum venisse, accitum deinde ab eo Ascalonem gubernatorem Iudææ Antipatrum tria millia militum ei adiunxisse, & eiusdem hortatu cæteros dynastas socia arma contulisse. in hisque Hyrcanum pōtificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarem veniēs, questus est de patris infortunio, quòd propter ipsum veneno extinctus esset Aristobulus, & frater suus à Scipione securi percussus. rogabátque vt sui misereretur, paterno principatu eiecti. Præterea Hyrcanum accusabat & Antipatrum, quòd per vim principatum gētis geterent, nec abstinerent ab ipsius iniuriis. Antipater verò causam suam egit diluens obiecta crimina: Antigonúmque seditionis & nouarum rerum studiosum esse coarguit. commemorabat etiam quantum proximo bello laborasset pro Cæsare, ipsum verborum suorum testem adducens. Aristobulum autem meritò Romam vinctum pertractum, perpetuum hostem & inimicum populi Romani. Fratrem verò huius conuictum latrocinij debitas pœnas Scipioni dedisse: & non per iniuriam oppressum. Tum Cæsar oratione Antipatri motus, Hyrcanum pontificem declarauit, Antipatro dynastiam quamcunque ipse optaret obtulit, & procuratorem insuper Iudææ declarauit.

Κεφάλαιον ις'.

Καίσαρος ὅπισθαι καὶ δόγματα συγκλήτου ὑπὲρ τ' πρὸς ἰουδαίους φιλίας.

Cap. XVI.

Cæsaris litera & senatusconsulta de Iudæorum amicitia.

ΕΠιτρέπει δὲ καὶ ὑρκανῷ τὰ τῆς πατρίδος ἀνατει- XVII.
χίσαι τείχη, ταύτην αἰτησαμένῳ τ' χάριν. ἐρ-
ρῶτο ὃ ἔτι πομπηίου καταβαλόντος. καὶ τοῦτ' ὅπισθεν G
τοῖς ὑπάτοις εἰς ῥώμην, ἀναγράψαι ἐν τῷ καπετω-
λίῳ. & τὸ γεγόμενον ὑπὸ τ' συγκλήτου δόγμα τοῦτον
ἔχει τὸν τρόπον. λούκιος οὐαλέριος λουκίου ὑὸς στρα-
τηγὸς, συνεβουλεύσατο τῇ συγκλήτῳ εἰσδὺς δεκεμ-
βρίαις ἐν τῷ τ' ὁμονοίας ναῷ γραφομένῳ τῷ δόγματα,
παρῆσαν, δὲ λούκιος κωπώνιος, λουκίου ὑός, καὶ παπίριος κυιντᾶς, τοῦ ὧν ἀλέξανδρος ἰάσονος, καὶ
παμμένιος ἀντιόχου, καὶ ἀλέξανδρος δωροθέου, ἰουδαίων πρεσβευταὶ ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμμαχοι

Hyrcano verò etiam patriæ mœnia restituere permisit, roganti hanc gratiam. iacebant enim vsque ad id tempus, ex quo à Pompeio fuerant diruta. dedítque hac de re in vrbē literas ad consules, vt decretum hoc scriberetur in Capitolio: cuius senatusconsulti exemplum sic habet: L. Valerius L. F. Pr. retulit ad senatum idibus Decembribus in æde Concordiæ, præsente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Iasonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Iudæorum, viri optimi & socij nostri

petierunt, renouantes veterem erga populum Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumentum societatis attulerunt, æstimationis aureorum L. millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac reges, vt per regiones eorum atque portus securè possint iter facere. Placuit igitur senatui eos in amicitiam & societatem recipere, & omnia quæ petierunt concedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta sunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, mense panemo. Quin & ab Athenienſibus honor habitus est Hyrcano, quæsitus beneficiis: miserúntque ad eum decretum scriptum in hanc sententiam. Sub iudice & sacerdote Dionysio Asclepiadis, panemi mensis luna vigesima, oblatum est ducibus decretum Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimusius scriba retulit Munychionis vndecima, concilio iudicum facto in theatro: suffragia collegit Dorotheus summus sacerdos, & assessores ex populo. Dionysius Dionysij dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri pontifex Iudæorum ac ethnarcha perpetua tam publicè quàm priuatim ciues nostros beneuolentia prosequitur, nullam bene merendi occasionem prætermittens: & quotquot Athenienſium vel propter legationes, vel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiã curat in reditu, idque multorum constat testimoniis: visum est nunc Theodosio Theodori referente, & populum de huius viri virtute commonefaciente, quàm propensus sit ad benemerendum de nostris ciuibus, honorare hunc virum virtutis ergò corona aurea iuxta legem, ponei: ei effigiem aueam in templo Demi & Charitum: & præconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus dum nouæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleusiniis, & in gymnicis certaminibus. Curæque esse nostris ducibus, vt dum ille in amicitia nostra perseuerat, vt quicquid in honorem eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exequantur sedulò: quo perspicua sit omnibus populi nostri erga bonos viros gratitudo ac beneuolentia, & huiusmodi honoribus plures ad benemerendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero, qui ad illum decretum hoc perferant, hortentúrque vt acceptis his honoribus certet nobiscum beneficiis. & hactenus de collatis à populo Rom. & Athenienſi in Hyrcanum honoribus. Porrò Cæsar ordinatis rebus Syriæ cum classe profectus

XVIII. est. Antipater autem deducto Cæsare in Syriam reuersus, ante omnia disiecta per Pompeium mœnia restituit, & obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compescuit, tũ minis agens tum cõsiliis. Fore enim, vt si Hyrcano contenti sint principe, feliciter degant fruẽtq; suis quisque possessionib. Sin nouas sibi spes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, se quidẽ pro præside habituros dominũ,

διελέχθησαν, ἀνανεώμενοι τὰς ὑπαρχούσας πρὸς ῥωμαίους χαρίτας. καὶ τ φιάλην, καὶ ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τ συμμαχίας γενομένην, ἀνέθεσαν ἀπὸ χρυσῶν μυριάδων πέντε, καὶ γράμματ αὐτοῖς ἠξίωσαν δοθῆναι, πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλεῖς, ὑπὲρ τ τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν, καὶ μηδένα ἀδικεῖσθαι. ἔδοξε ᾧ συνθέσθαι φιλίαν καὶ χάριτας πρὸς αὐτούς, καὶ ὅσων ἐδεήθησαν τυγχάνειν ταῦτ αὐτοῖς ὑπάρχειν, καὶ τ κομισθεῖσαν ἀσπίδα προσδέξασθαι. ταῦτα ἐγένετο δεκάτῃ ἀρχιερέως καὶ ἐθναρχου, ἔτους ἑνὸς πανέμου. νουμηνίᾳ δ καὶ ὑπὲρ τ τ ἀθλοφόρων δήμου τιμὰς ὑρκανὸς, πολλὰ χρήσιμος γενόμενος εἰς αὐτούς. ἐπεμψάν τε ψήφισμα γράψαντες αὐτῷ, τόνδε ἔχον τ τρόπον. δεδόχθαι τοῖς ἱερεῖς διονυσίου τοῦ ἀσκληπιάδου μηνὸς πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπὶ δόξαν τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα ἀθηναίων, δεδόχθαι ἀγαθοκλέους ἄρχοντος. δικλῆς μυριάδρου ἀλιμούσιος ἐγραμμάτευε μουνιχιῶνος ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῷ πρὸς ἕρων. ἐπεψήφισε διωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ οἱ συμπροέδρευοι τῷ δήμῳ. διονύσιος διονυσίου εἶπεν, ἐπειδὴ ὑρκανὸς ἀλεξάνδρου ἀρχιερεὺς καὶ ἐθναρχης τῶν ἰουδαίων διατελεῖ κοινῇ τε τῷ δήμῳ καὶ ἰδίᾳ τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ δύνων, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀναστρέφεται, καὶ τοὺς παραγινομένους ἀθηναίων, ἢ κατὰ πρεσβείαν, ἢ κατ ἰδίαν πρόφασιν ὡς αὐτὸν ἀποδέχεται φιλοφρόνως, καὶ προπέμπει τ ἀσφαλῆ αὐτῷ ἐπανόδῳ προνοούμενος, ἐμαρτυρήθη μὲν καὶ πρότερον πρὸς τούτων. δέδοκται ᾧ καὶ νεῷ θεοδοσίου τοῦ θεοδώρου σωτηρίας εἰσηγησαμένου καὶ πρὸς τ ἀρετὴς ὑπομνήσαντος τὸν δῆμον, καὶ ὅτι προαίρεσιν ἔχει ποιεῖν ἡμᾶς ὅτι πλείστ ἀγαθὸν, τιμῆσαι τὸν αὐτὸν στεφάνῳ χρυσῷ ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον, καὶ στῆσαι αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένει τοῦ δήμου καὶ τῶν χαρίτων, ἀνειπεῖν ᾧ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, διονυσίοις τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ παναθηναίοις καὶ ἐλευσινίοις, καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν. ἐπιμεληθῆναι ᾧ τοὺς στρατηγοὺς ὅπως ἀναγραφήσεται αὐτῷ, καὶ φυλάξαντα τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν, εἰ ποτ ἄλλοθι ὅπου ἀναστραφήσεται εἰς τιμὴν, καὶ χάριν τ παλαιὰς φιλοτιμίας, ἵνα τούτων γενομένων φάνηται ὁ δῆμος ἡμῶν ἀποδεχόμενος τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τῆς προσηκούσης ἀμοιβῆς ἀξίων, καὶ ζηλώσῃ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὐνοιαν ἐν τῷ ἔπειτα χρόνῳ. ἐλέσθαι ᾧ καὶ πρέσβεις ἐξ ἁπάντων ἀθηναίων, οἵτινές τε αὐτῷ κομίσουσι τὸ ψήφισμα, καὶ προκαλέσονται προσδέξασθαι τὰς τιμὰς πειρᾶσθαί τι ποιεῖν ἀγαθὸν ἡμῶν τὴν πόλιν. ἐν μὲν οὖν τοῖς ῥωμαίων καὶ τ δήμου καὶ τῶν ἀθηναίων τιμαῖς πρὸς ὑρκανὸν ἡμῶν δεδήλωνται ἱκανῶς. ὁ κῶσαρ ᾧ διοικήσας τὰ κατὰ τὴν συρίαν ἀπέπλευσεν. ὡς δὲ κατέσχεν προπέμψας ἐκ τῆς συρίας ἀντίπατρος εἰς τὴν ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, ἀνῳκοδόμει μὲν εὐθὺς τὸ τεῖχος, ὑπὸ πομπηΐου καθῃρημένον, καὶ τὸν κατὰ τὴν χώραν θόρυβον, ὅπως κατέσβεννεν, ἀπειλῶν τε ἅμα καὶ συμβουλεύων ἠρεμεῖν. τὰ μὲν γὰρ ὑρκανοῦ φροντοῦντας, ἐν δυσμενείᾳ δέξειν, καὶ βιάσεσθαι τῶν ἰδίων ἀπολαύοντας κτημάτων ἀπαράχως. προσιθεμένους ᾧ ταῖς ἐκ τοῦ νεωτερίζειν ἐλπίσι, καὶ τοῖς ἀπ αὐτῶν κέρδεσι προσανέχοντας, αὐτὸν μὲν ἕξειν αὐτὴ προσάτου διαφόρως,

ὑρκανὸν

ὑρκανὸν ᾗ αὐτὶ βασιλέως, τύραννον, ῥωμαίους ᾗ κ᾽ καίσαρα πικροὺς αὐθ᾽ ἡγεμόνων πολεμίους. ὁ γὰρ ἀνέξεσθαι μεζοκινήμονον ὧν αὐτοὶ κατέσησαν. ταῦτα λέγων καθίζα δ᾽ ἑαυτῶ τὰ κατὰ τὴν χώραν.

A Hyrcanum verò pro rege tyrannum, tum Romanos atque Cæsarem acerbos hostes pro principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipsi constituerunt. atque his monitis ille regionem totam composuit.

Κεφάλαιον ιζ.

Ὅτι αὐτίπατρος τοῖς παισὶ, πρώδῃ μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τὴν γαλιλαίας στρατηγίαν, φασαήλῳ δ᾽ ἐπίτροπον τὴν ἱεροσολύμων, καὶ ὡς σέξτος καίσαρ μέγαν καὶ ἔνδοξον τὸν πρώδην ἐποίησεν.

B

Cap. XVII.

Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaëlo Hierosolymorum regimen committit, & quod Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit.

Πρασσὺν δ᾽ ὁρῶν καὶ νωθῆ τὸν ὑρκανὸν, φασάηλον μὲν τὸν πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων, ἱεροσολύμων καὶ τῆς πέριξ, στρατηγὸν ἀποδείκνυσι, τὸν δ᾽ μετ᾽ αὐτὸν πρώδη τὴν γαλιλαίαν ἐπέτρεψε, νέω παντάπασιν ὄντε, ἰᾷ γὰρ ὥπω ἐγεγόνει μόνα ἔτη. ἐλάττει δ᾽ οὐδὲν αὐτὸν ἡ νεότης, ἀλλ᾽ ὧν τὸ φρονήματι ζηλωτὴς ὁ νεανίας, ἀφορμὴν δ᾽ εὑρίσκει τοῦ χρήμα εἰς ἀπόδειξιν τ᾽ ἀρετῆς. καταλαβὼν γὰρ ἑζεκίαν τ᾽ ἀρχιλῃστὴν, τὰ πρωτεχῆ τῆς συρίας κατασχόντα σὺν μεγάλῳ σίφει, τοῦτον κατάσχων, κτείνει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν. σφόδρα δ᾽ αὐτῷ τὸ ἔργον τοῦτο ἠγάπησαν οἱ σύροι, ποθοῦσι γὰρ αὐτοῖς ἀπηλλάχθαι τὸ λῃστικοῦ τ᾽ χώρας, καθαίρουσιν. ὑμνοῦσιν γοῦν αὐτὸν ὅπῃ τούτῳ κῶμαι καὶ πόλεις, ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρεχόντα, καὶ ἀσφαλῆ τὴν κτημάτων ἀπόλαυσιν. ἐζήλωτο δ᾽ ὑπὸ τούτου καὶ σέξτῳ καίσαρι γνώριμος, ὅτι συγχρῆται τ᾽ μεγάλῃ καίσαρος, καὶ διέπειτα τὴν συρίαν. ζῆλος δ᾽ ἐμπίπτει τῷ πρώδῃ πρὸς τὸν φασάηλον τῷ ἀδελφῷ, καὶ πρὸς τὴν εὐδοκίμησιν αὐτοῦ κινηθείς, ἐφιλοτιμήσατο μὴ ἀπολειφθῆναι τ᾽ ὁμοίας εὐφημίας. καὶ τοῖς ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, οὗπερ ἄτοις ἐπιεῖτο, δι᾽ αὐτοῦ ὠφελῶν ἔχων τὴν πόλιν, ἔτι δ᾽ ἀπειρεγκάλως τοῖς πράγμασι πρωσφερόμενος, κατ᾽ ἐξυβρίζων εἰς τ᾽ ἐξουσίαν. ταῦτ᾽ αὐτίπατρον ἐποίει θεραπείας ὧν τὸ ἔθνος τυγχάνειν βασιλικῆς καὶ παρ᾽ οἷον αὖ τις μεταλαμβάνοι τῶν ὅλων ὢν δεσπότης. τοιοῦτοι δ᾽ ἐκ τούτων λαμπρότητος, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις, ἐδέησε τῆς πρὸς ὑρκανὸν δυνάσεως καὶ πίστεως παρέβη. οἱ δ᾽ ἐν τέλει τῶν ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν αὐτίπατρον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μεγάλως αὐξανομένους, δύνοιά τε τῇ πρὸς τὸ ἔθνος καὶ πρόσθεν τῆτε πρὸς τῆς ἰουδαίας καὶ τῶν ὑρκανοῦ χρημάτων, κακοήθως εἶχον πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ φιλίαν αὐτίπατρος ἐπεποιημένος πρὸς τοὺς ῥωμαίων αὐτοκράτορας, καὶ χρήματα πέμψας τὸν ὑρκανὸν, αὐτὸς λαβὼν νοσφίζεται τὴν δωρεὰν, ὡς γὰρ ἰδίαν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ὑρκανοῦ δίδοντος ἐπεμψε. ταῦθ᾽ ὑρκανὸς ἀκούων οὐκ ἐφέρπτζεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἔχαιρεν. ἐν δέει δ᾽ ἦσαν οἱ πρῶτοι τῶν ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν πρώδην βίαιον καὶ θυμικὸν, καὶ τυραννίδος γλιχόμενον. καὶ προσελθόντες ὑρκανῷ, φανερῶς ἤδη κατηγόρουν αὐτιπάτρου, καὶ μέχρι πότ᾽ ἔφασαν ὑπὸ τοῖς πρωτεύουσι ἡσυχάζεις; ἢ οὐχ ὁρᾷς αὐτίπατρον μὲν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ τῶν ἀρχῶν διεζωσμένους, σαυτὸν δ᾽ βασιλείας ὄνομα μόνον ἀκούοντα. ἀλλὰ μὴ λανθανέτω σε ταῦτα, μηδὲ ἀκίνδυνος σοὶ νόμιζε, ῥαθυμῶν πρός τε σαυτῷ καὶ τῇ βασιλείᾳ. ὁ γὰρ ὑπερόπτης σου

C

D

E

F

G

Cæterùm cùm Hyrcanum stupidum ac segnem animaduerteret, Phasaëlum è liberis suis natu maximum Hierosolymis & circumuicinæ regioni ducem constituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum quintumdecimum. quod tamen illi nihil obfuit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionem inuenit quomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incursare ac prædari solitum, affecit supplicio cum multis latrocinij sociis. quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quàm repurgari tandem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, vt autorem pacis & fruendi securè possessionibus. Quin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. quapropter etiam Phasaëlus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilque magis studuit quàm gratiosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cuiusquam iniuriam. quo factum est vt Antipater haud secus quàm si rex esset, à tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam secundis more cæterorũ hominum deprauatus est, quo minus Hyrcano fidem seruaret atque amicitiam. Cæterùm optimates Iudæorum videntes eum cum filiis tantopere crescere, tam fauore gentis, quàm Hyrcani pecuniis & percipiendis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erant. iam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, & persuaso Hyrcano vt pecuniam eis mitteret, ipse huius muneris sibi vsurpauit gratiam. Misit enim tanquam de proprio, & non quasi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, vt gaudere etiam facto videretur. Sed maximè terrebat Iudæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntésque Hyrcanum apertè iam incusabant Antipatrum. Quousque tandem dissimulabis quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filiis succinctos principatus opibus, tibi verò præter inane regni nomen nihil fieri reliquum? Sed caue ista nescias, néve te securum putes, incolumitatis tuæ atque regni iuxtà negligens. neq; enim procuratores tuos

amplius agunt. noli falli hac opinione: sed iam ex professo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum plerisque aliis interfecit, contemptis nostris legibus, quæ hominem quantumuis scelestum non sinunt affici supplicio, nisi priùs damnatum ex sententia iudicum. iste verò hoc ausus est, priùs quàm à te potestatem hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus est. accenderunt autem eius iram matres etiam eorum quos Herodes necauerat. nam hæ per singulos dies in templo non desinebant precibus suis tum regem tum populum obtundere, rogantes vt Herodes coram consessu iudicum facti sui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam causam euocat. at ille præstò fuit, præmonitus tamen à patre, vt non priuati more, sed cum comitatu ad se tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodum existimabat sibi conducere, mediocrem, sed tamen sufficientem sibi manum adiunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret si plures adduceret, vel ipse sine tutela subiret iudicij periculum. Quin & Sex. Cæsar præses Syriæ scripsit ad Hyrcanum vt eum absolueret, minis si contrà fecisset additis. Quod quidem facilè ab illo impetratum est, nequa tristiore iudicum sententia ferretur, quandoquidem amabat eum non secus atque filium. Cúmque constituisset ante iudicium vnà cum suis, omnes sunt attoniti, nec quisquam eorum qui absentem accusauerant, ausus est hiscere: sed hærebant inopes consilij. Tum vnus quispiam Sameas nomine, vir iustus, & ob hoc inuictus terroribus, assurgens sic exorsus est: Equidem iudices, túque rex, nec ipse vnquam vidi quenquam qui ad causam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto posse proferre huiusmodi quempiam, sed quisquis hactenus apud hunc consessum iudicandi se præbuit, humilis venit & habitu timentis periculú ac captantis misericordiam, atratus & promisso capillitio. at bonus iste Herodes cædis reus, & tam graui obnoxius crimini, adstat hic purpuratus & crine bellè composito, cum armatis stipatoribus: vt si capitalem iuxta leges sententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipse euadat illata vi legibus. Verùm isti non succenseo quòd maiorem incolumitatis suæ quàm legum rationem habeat, sed vobis magis & regi qui hanc ei concessistis licentiam. Scitote tamen potentem esse Deum, & quòd iste quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquãdo & regem ipsum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes regnum adeptus omnes illos iudices & regem quoque sustulit, excepto vno Samea. hunc enim in honore habuit propter iustitiam, & quia pòst obsessa vrbe ab Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationem illius effugere: sicut suo loco dicetur. Portò Hyrcanus animaduertens iudices propensiores

τῷ πραγμάτων αὐτίπατρος, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ νεῖοί, μὴ ᾖ ἀπάτα σαυτὸν τῦτο οἰόμενος, ἀλλὰ δεσπότας φανερῶς ἀνωμολόγηνται. καὶ γὰρ ἡρώδης ὁ παῖς αὐτοῦ, ἐζεκίαν ἀπέκτεινε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, παραβαὶ τὸν ἡμέτερον νόμον, ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον ἀναιρεῖν ⸂πονηρὸν ὄντα⸃, εἰ μὴ πρότερον καταγνωσθείη τῦτο παθεῖν, ὑπὸ τῷ συνεδρίου, μὴ λαβὼν ᾖ ἐξουσίαν παρὰ σοῦ ταῦτα ἐτόλμησεν. ὑρκανὸς ᾖ ἀκούσας ταῦτα, πείθεται. προσεξήφαν ᾖ αὐτοῦ τῷ ὀργῇ ⸂αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ ἡρώδου πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ παρακαλοῦσαν τὸν βασιλέα⸃ τὸν δῆμον ἵνα δίκην ἡρώδης ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων ὑπόσχῃ διετέλουν. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὑρκανὸς ἡρώδην κάλει δικασόμενον, ὑφ' ὧν διεβάλλετο. ὁ ᾖ ἦκε, τοῦ πατρὸς αὐτῷ παραμένσαντος, μὴ ὡς ἰδιώτης, μὴ ᾖ ἀσφαλείας προσελθεῖν, καὶ φυλακῆς τῆς περὶ τὸ σῶμα, τότε κατὰ τὴν γαλιλαίαν ὃν ἐνόμισεν αὐτὸς συμφέρειν τρόπον ἁρμοσάμενος, καὶ μετ' ⸀ὀλίγους ὑποχρῶντος αὐτῷ πρὸς τὴν ὁδὸν, ὡς μήτε ὑπόπτοις ὑρκανῷ δόξειν μετὰ μείζονος παρεσκευάσθαι τάγματος, μήτε γυμνὸς καὶ ἀφυλάκτως ἐπὶ πρὸς τὴν δίκην. σέξτος μάρτιος ὁ τῆς συρίας ἡγεμών, γράφει παρακαλῶν ὑρκανὸν ἀπολῦσαι τὸν ἡρώδην ἐκ τ' δίκης, ⸂καὶ προσαπειλῶν παρακούσαντι⸃. τὸ δ' ἦν ἀφορμὴ ⸂καὶ τὰ ὠδὰ τοῦ σέξτου γράμματα⸃, πρὸς τὸ μηδὲν ἐκ τοῦ συνεδρίου παθόντα ἀπολῦσαι τὸν ἡρώδην, ἠράπα γὰρ αὐτὸν ὡς υἱόν. καθεσθεὶς ᾖ ἐν τῷ συνεδρίῳ μετὰ τοῦ σὺν αὐτῷ ⸀τάγματος ἡρώδης, κατέπληξεν ἅπαντας, καὶ κατηγορεῖν ἐθάρρει τὸ λοιπὸν οὐδείς, τῶν πρὶν ἀφικέσθαι δεδιότων, ἀλλ' ἦν ἡσυχία, ⸂καὶ τοῦ τί χρὴ ποιεῖν ἀπορία⸃. δεκεμβρίων δ' ἄντων, εἷς τῆς σαμέας ὄνομα, δίκαιος ἀνὴρ, καὶ δι' ἃ τοῦτο τοῦ δεδοικέναι κρείττων, ἀναστὰς εἶπεν. ἄνδρες συνέδριοι καὶ βασιλεῦ, εἰς δίκην μὲν ὅτ' αὐτὸς οἶδά πω τῶν πώποτε ὑπ' αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κεκλημένων ἔτι ⸀ὠδιακότα. ὅτε ὑμᾶς ἔχειν εἰπεῖν ὑπολαμβάνω. ἀλλὰ πᾶς ὅς τις δίκην οὐκ ἀφῖκται εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον κεκλημένος, ⸀ἀπεικὸς φαίνεται, καὶ χρήματι δεδικάστω, καὶ ἔλεον ἀπρομύθητον παρ' ἡμῖν, κόμιν τε ὀλιγόφυλλον καὶ ἐθνῆτα μέλαιναν ἐκδεδυμένος. ὁ ᾖ βέλτιστος ἡρώδης φόνου δίκην φεύγων καὶ ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ κεκλημένος, ἔστηκε τὴν πορφύραν ἀφειμένος, καὶ τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τ' κόμης, καὶ σὺν αὐτὸν ἔχων ὁπλίτας, ἵν' ἂν καταγνωσθῇ αὐτὸν καὶ τὸν νόμον, κτείνῃ μὲν ἡμᾶς, αὐτὸς ᾖ σωθῇ διασάμενος τὸ δίκαιον. ἀλλ' ἡρώδην μὲν ὀλίγοι τούτοις ἂν ἀπεμφαίνειν, εἰ τὸ αὐτοῦ συμφέρον ποιεῖσθαι πλείονος ἢ τὸ νόμιμον, ὑμᾶς ᾖ καὶ τὸν βασιλέα τοσαύτην ἄδειαν αὐτῷ ⸀παρέχοντας. ἴσθι μέντοι μέγαν τὸν θεὸν, καὶ ⸀ὃς ὃν νῦν δι' ὑρκανὸν ἀπολῦσαι βούλεσθε, κολάσει ὑμᾶς ποτὲ ⸂καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα. διήμαρτε δ' ἐδὲν τῶν εἰρημένων. ὁ γὰρ ἡρώδης τὴν βασιλείαν ⸀λαβὼν, ⸀πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, ⸂καὶ ὑρκανὸν αὐτὸν, χωρὶς τῆ σαμέου. σφόδρα γὰρ αὐτὸν δι' τὴν δικαιοσύνην ἐτίμησε. ⸂ὅπ τῆς πόλεως μὴ ταῦτα πολιορκουμένης ὑπό τε ἡρώδου καὶ σοσίου, παρήνεσε τῷ δήμῳ δέξασθαι τὸν ἡρώδην, εἰπών, δι' τὰς ἁμαρτίας ἐ δυνάσθε φυγεῖν αὐτόν. καὶ ⸀ὧδε μὲν τούτων κατὰ χώραν ἐρρύμθη. ὑρκανὸς δὲ ὁρῶν ὡρμημένους πρὸς τὴν ἀναίρεσιν

ἡρώδου

ἡρώδου τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, τὴν δίκην εἰς ἄλλην ἡ- A
μέραν ἀνεβάλετο. καὶ πέμψας κρύφα πρὸς ἡρώδην,
συνεβούλευσεν αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως. ἕως γὰρ τοῦ
κίνδυνον ἀφεφόβιζεσθαι ὁ μὲν, ἀνεχώρησεν εἰς Δα-
μασκὸν ὡς φεύγων τὴν βασιλέα. καὶ παραγενόμενος πρὸς
σέξτον καίσαρα, καὶ τὰ καθ' αὐτὸν ἀσφαλισάμενος,
ἔτως εἶχεν, ὡς εἰ καλοῖτο πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὑπὲ
δίκην οὐκ ὑπακουσόμενος. ἠγανάκτουν δ' οἱ ἐν τῷ
συνεδρίῳ, καὶ τὸν ὑρκανὸν ἐπειρῶντο διδάσκειν, ὅτι
πάντα ταῦτ' εἴη κατ' αὐτῆς. τὸν δ' οὐκ ἐλάνθανε μὲν, B
προσποιεῖτο δ' οὐδὲν εἶχεν ὑπὸ ἀνανδρίας καὶ ἀνοίας. σέξ-
του δ' πεισαντος ἡρώδην στρατηγὸν τῆς κοίλης συρίας,
χρημάτων δ' αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο, ὑρκανὸς μὲν ἐν
φόβῳ μὴ στρατώσηται ἡρώδης ἐπ' αὐτόν. οὐ πολὺ δ'
τούτου τοῖς δίοις ἐβεράδωσεν, ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ ἡρώ-
δης στρατὸν ἐπ' αὐτον, ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ
καὶ τοῦ κληθῆναι πρὸς τὸν λόγον ὑποχεῖν ἐν τῷ
συνεδρίῳ. διεκώλυσαν δ' αὐτὸν προσβαλεῖν τοῖς C
ἱεροσολύμοις ὑπαντήσαντες, ὅτε πατὴρ αὐτίπατρος καὶ
ὁ ἀδελφὸς, καὶ τῷ ὁρμῷ αὐτοῦ καταπαύσαντες καὶ
φόβον καλέσαντες, ἔργῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, κα-
ταπλαττόμενον δ' ἀπειλῇ μόνον, μὴ χωρῆσαι περαι-
τέρω κατὰ τὸ φιλοτιμότατος αὐτὸν εἰς τοῦτο παρελθεῖν
τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε περὶ τοῦ κληθέντα ὅπὲ δί-
κην ἐλθεῖν ἀγανακτοῦντα, μεμνῆσθαι καὶ τῆς ἀφέ-
σεως, καὶ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, καὶ μὴ πρὸς μὲν τὸ D
συνθρωποτερον ἁπαντᾶν, περὶ δὲ τῆς σωτηρίας ἀ-
χαριστεῖν. λογίζεσθαι δ' ὡς εἰ καὶ πολέμου ῥοπὰς βε-
βαιοῖ τὸ θεῖον, πλέον ὅσῳ τῆς στρατείας τὸ ἄδηλον.
διὸ καὶ τὴν νίκην μὴ πάντη προσδοκᾶν μέλλοντα πο-
λεμεῖν βασιλεῖ καὶ σωτῆρι, καὶ πολλὰ μὲν δύνα-
σθαι πεισαντα, μηδὲν δ' ἧττον αὐτὸν εἰργασμένον,
περὶ δ' ὧν ἐκαλοῦν δίκας πονηρὰς συμβόλους, ἀλλὰ
μὴ δι' αὐτὸν, ὑπόνοιαν αὐτῷ καὶ σκιὰν δυσκόλου π- E
νὸς παρεσκευακότα. πείθεσθαι τοίνυν ἡρώδῃ, ὑπο-
λαβόντα εἰς τὰς ἐλπίδας ὑποχεῖν αὐτῷ καὶ τὴν ἰ-
σχὺν ἐπιδείξασθαι τῷ ἔθνει μόνον. καὶ τὰ μὲν κατὰ
τὴν ἰουδαίαν ἕως εἶχεν. ὁ δὲ καῖσαρ διελθὼν εἰς
ῥώμην, ἕτοιμος ἦν πλεῖν ἐπ' ἀφρικῆς πολεμήσων
σκιπίωνι καὶ κάτωνι. πέμψας δ' ὑρκανὸς πρὸς αὐ-
τὸν παρεκάλει βεβαιώσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν
καὶ συμμαχίαν. ἐδόκει δ' ἀναγκαῖον εἶ) μοι πάσας F
ἐνθεῖναι τὰς γεγενημένας ῥωμαίοις καὶ τοῖς αὐτοκρά-
τορσιν αὐτῶν πρὸς καὶ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθνος ἡμῶν,
ἵνα μὴ λανθάνῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅτι καὶ οἱ τῆς
ἀσίας καὶ τῆς εὐρώπης βασιλεῖς διὰ σπουδῆς ἔχον
ἡμᾶς, τήν τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τὴν πίστιν ἀγα-
πήσαντες. ἐπεὶ δ' πολλοὶ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς δυσ-
μένειαν ἀπιστοῦσι τοῖς ὑπὸ περσῶν καὶ μακεδόνων
ἀναγεγραμμένοις πρὸ ἡμῶν, τῷ μὴ καὶ ταῦτα παντα χῆ G
μηδ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀποκεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ παρ'
ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ πσιν ἄλλοις τῶν βαρβάρων, πρὸς
οὓς ὑπὸ ῥωμαίων δόγματα ἐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. ἔν τε
τοῖς δημοσίοις ἀνάκειται τόποις τῆς πόλεως, καὶ ἐπὶ νεῶ
ἐν τῷ καπετωλίῳ, ἀλλὰ καὶ στήλαις ἀναγεγραπται χαλκαῖς. ἐμοὶ ἀλλὰ καῖσαρ ἰούλιος τοῖς ἐν ἀλεξαν-
δρείᾳ ἰουδαίοις, ποιήσας χαλκοῦν στήλην ἐδήλωσεν, ὅτι ἀλεξανδρέων πολῖται εἰσίν. ἐκ τούτων ποιήσομαι καὶ
τοῦ ἀπόδειξιν. πρωθήσομαι δ' καὶ τὰ γεγράμμενα, ὑπό τε τῶν συγκλήτου δόγματα, καὶ ἰουλίου καίσαρος, πρὸς
τε ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν. γαΐος ἰούλιος καῖσαρ αὐτοκράτωρ καὶ ἀρχιερεὺς δικτάτωρ τὸ δεύτερον,

ad damnandum Herodem, rem in sequentem diem distulit, & clàm eum admonuit, vt fuga sibi consuleret. non enim esse remedium aliud. atque ita ille secessit Damascum quasi regem fugiens: cúmque conuenisset Sex. Cæsarem, & res suas in tuto collocasset, palàm præ se tulit quòd non esset compariturus si demùm citaretur ad iudices. Illi verò indignabantur, & conabantur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos vera monere, sed nihil expedire poterat per ignauiam & amentiam. Cæterùm cùm Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfecisset Cœlesyriæ, vehementer timuit ne ille contra se duceret. nec eum sua fefellit opinio. Iratus enim quòd iussus sit causam dicere, veniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu & precibus cohibitus est quo minus inuaderet Hierosolyma, placantium eum & rogantium, vt terruisse contentus, re ipsa læderet neminem, néve vlterius aduersus autorẽ suæ dignitatis procederet. Debere etiam eum non tam meminisse quòd citatus sit, quàm quòd absolutus etiam, & gratiam habere, quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitandum quoque quàm periculosa sit belli alea, & quòd Deus arbitratu suo his vel illis annuat victoriam: atque eo minus tum eam esse sperandam, quando non solùm contra regem suũ & altorem bellum moueat, verùm etiam benemeritum: ipse nulla affectus iniuria: nam si quid illi nunc obiiciat, non ipsius esse culpam, sed consultorum non bonorum, qui ei opinionem crudelitatis concilient. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quòd potentiam genti declarauerit, atque eo tum in statu res fuerunt Iudaicæ. Cæterùm XIX.
Cæsar Romam reuersus expeditionem parabat in Africam contra Scipionem, Catonem. tum Hyrcanus per legatos eum rogauit, vt cõfirmaret cœptã societatem & amicitiam. Nunc videtur mihi operæprecium percensere omnes honores genti nostræ à Roman. Imp. habitos, & inita cum eis fœdera, vt vniuersis notum sit, quòd tam ab Europæ quàm ab Asiæ regibus obseruati fuerimus propter fidem ac fortitudinem. Quoniam autem multi nos odio habentes non credunt de nobis Persicarum vel Macedonicarum rerum scriptoribus, quòd ea monumenta non ita peruulgata sint, apud nostrates seruata & alios quosdam barbaros, certè Romanorum decretis contradicere non poterunt. nam hæc & publicè dedicata sunt in vrbibus atque etiam in Capitolio, & columnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexandriam attestatus est Iudæis inscriptione columnæ æreæ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant. quare his argumentis vsurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanum & nostram gentem attinent. C. Iulius Cæsar, Imp. & pont. max. dictator iterũ,

Sidoniorum magiſtratibus, ſenatui & pop. ſalutem. Si valetis bene eſt, ego quidem & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Iudæorum ethnarcham ac pontificem attinet, vt in publicis veſtris monumẽtis reponatur, inſcriptum Græcis & latinis literis in ærea tabula. Eſt autem hoc: Iulius Cæſar, Imp. iterum & pont. max. de conſilij ſententia decreui. Quoniam Hyrcanus Alexandri filius Iudęus & nunc & præteritis temporibus, tam pace quàm bello bonam ac fidelem operam in noſtris negotiis præſtitit, ſicut ei multi Imperatores atteſtati ſunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum M D. militibus, & ad Mithridatem à me miſſus virtute ceſſit nemini: has ob cauſas Hyrcanum filium Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudæorum eſſe iubeo, & pontificatum Iudæorum perpetuò retinere more patrio, eſſéque ipſum & filios eius noſtros ſocios, & in amicorum noſtrorum recipi numerum. Iura quoque omnia pontificalia habere ipſum & filios decerno. & ſi qua controuerſia exorta fuerit de Iudaica diſciplina, iudicium penes ipſum eſſe. ad hæc nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæſaris conſulis, placita, conceſſa, decreta, ſic habent: vt filij principatum gentis Iudæorum, & donata ſibi loca poſſideant: vt pontifex ipſe ac ethnarcha Iudæorum in iniuriarum paſſis adſit: vtque ad Hyrcanum Alexandri filium Iudæorum pontificem mittantur legati acturi de ſocietate & amicitia. dedicarique æream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Aſcalonem, in templis, inſcriptam Romanis atque Græcis literis: vtque hoc decretum apud omnes omnium vrbium quæſtores ac magiſtratus publicetur, quo pro amicis habeantur, & legatis eorum hoſpitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæſar, Imp. dictator, conſul honoris, virtutis & benignitatis cauſa, conceſſit in commodum S. P. Q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium eiúſque filios pontifices ac ſacerdotes eſſe Hieroſolymorum totiúſque gentis, iure quo & maiores eorum hoc ſacerdotium geſſerunt. C. Cæſar quintùm Cos. decreuit habere & munire Hieroſolymorum vrbem, & gubernare eam Hyrcanum filium Alexandri pontificem Iudæorum ac ethnarcham ſecundum ſuam voluntatem, & vt Iudæis ſecundo locationis anno de reditibus eorum ſubducant, immunéſque ſint ab angariis & vectigalibus. C. Cæſar Imper. iterum ſtatuit vt ſingulis annis tributa pendant Hieroſolymitani pro ſua ciuitate, Ioppe excepta, abſque anno ſeptimo quem Sabbaticum nominant, quoniam in eo neque fructus arborum colligunt neque ſeminant: vtq; in Sidone ſecundo quoque anno tributum reddant quartam partem fatorum:

A σιδωνίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, χαίρειν, εἰ ἔρρωσθε καὶ αὐτοὶ ἔχοι, καγὼ ὑγιαίνομεν καὶ τὰ στρατόπεδα ὑγιαίνομεν. ὑπογεγραμμένης ἀντιγραφῆς ἐν τῇ δέλτῳ περὶ Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθναρχοῦντος Ἰουδαίων, πέπομφα ὑμῖν τὸ ἀντίγραφον, ἵνα ἐν τοῖς δημοσίοις ὑμῶν ἀναθέντες γράμμασι. βούλομαι ὑμᾶς καὶ Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις
B ἐν δέλτῳ χαλκῇ τοῦτο ἀνατεθῆναι. ἔστι δὲ τοῦτο. Ἰούλιος καῖσαρ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον καὶ ἀρχιερεὺς μετὰ συμβουλίου γνώμης ἐπέκεινα. ἐπεὶ Ὑρκανὸς Ἀλεξάνδρου Ἰουδαῖος, καὶ πρὸ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔντε εἰρήνης καὶ πολέμου πίστιν τε καὶ σπουδὴν περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐνεδείξατο, ὡς αὐτῷ πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν αὐτοκράτορες, καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ
C πολέμῳ μετὰ χιλίων πεντακοσίων στρατιώτου ἦκε σύμμαχος, καὶ ἡμῖν πρὸς Μιθριδάτην ὃν ἐξαπέστειλα ὑπ' ἐμοῦ, πάντας ἀνδρείᾳ τοῖς ἐν τάξει ὑπερέβαλε, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας Ὑρκανὸν Ἀλέξανδρου καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐθναρχας Ἰουδαίων εἶναι βούλομαι, ἀρχιερωσύνην τε Ἰουδαίων, διὰ παντὸς ἔχειν κατὰ πάτρια ἔθη, εἶναί τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῶν, ἔτι τε καὶ ἐν τοῖς κατ' ἰδέαν φίλοις ἀριθμεῖσθαι. ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὸς ἢ φιλάνθρωπος, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ
D τέκνα αὐτοῦ. αἱ δὲ μεταξὺ γενόμεναι τῆς ζητήσεως περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀγωγῆς, ἀρέσκει μοι κρίσιν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. ἔδοξε μοι ταῦτα, ἃ χρήματα πρασσέσθαι ἐδοκίμαζω. Γάϊος καῖσαρ ὕπατος, δεδογμένα, συγκεχωρημένα, προσκεκριμένα, ὅστιν ἔτος ἔχοντα. ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀρχῇ, καὶ τοῖς δεδομένοις τύποις καρπίζονται. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ ἐθναρχης τοῦ Ἰουδαίων προΐσηται τοῦ ἀδικεμένου. πέμψαι δὲ πρὸς Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν ἀρ-
E χιερέα τοῦ Ἰουδαίων, πρεσβευτὰς τοὺς περὶ φιλίας, καὶ συμμαχίας διαλεξομένους. ἀνατεθῆναι δὲ καὶ χαλκῷ δέλτον ταύτα περιέχουσαν, ἔντε τῷ καπετωλίῳ, καὶ σιδῶνι καὶ τύρῳ, καὶ ἐν ἀσκάλωνι καὶ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένην γράμμασι ῥωμαϊκοῖς τε καὶ ἑλληνικοῖς. ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο πᾶσι τοῖς κατὰ πόλιν τιμίαις καὶ τοῖς τούτων ἡγουμένοις, εἴς τε τοὺς φίλους ἀπενέγκωσι,
F καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς δοθῆναι, καὶ διατάγματα πέμψαι παντάχοῦ. Γάϊος καῖσαρ αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ ὕπατος, τιμῆς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλανθρωπίας ἕνεκεν, συνεχώρησεν ὅπῃ συμφέρηται, τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τοῦ ῥωμαίων, Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς ἱεροσολύμων καὶ τὸ ἔθνος εἶναι ὅσι τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς νομίμοις, οἷς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν τῷ ἱερωσύνῃ
G κατέχον. Γάϊος καῖσαρ ὕπατος τὸ πέμπτον ἔκρινε, τούτοις ἔχειν καὶ τειχίσαι τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, καὶ κατέχειν αὐτὴν, Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ἰουδαίων καὶ ἐθναρχην, ὡς αὐτὸς προαιρεῖται. ὅπως τε Ἰουδαίοις ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς μισθώσεως ἔτει τὰς προσόδου κόρον ὑπεξέλωνται. καὶ μήτε ἐρανολαβῶσι τινὲς, μήτε φόρους τοῖς αὐτοῖς τελῶσι. Γάϊος καῖσαρ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔκρινε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως τελῶσιν ὑπὲρ τῆς ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, ἰόππης ὑπεξαιρεμένης, χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους, ὃν σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρουσι. καὶ ἵνα ἐν σιδῶνι τῷ ϛ ἔτει τὸν φόρον ἀποδίδωσι, τὸ τέταρτον τῶν σπειρομένων,

πρὸς

πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ὑρκανῷ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς A
δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ τοῖς προγόνοις αὐτῶν. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε στρατηγὸς ἢ
πρεσβυτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν ἰουδαίων ἐπιζεύξας συμμαχίαν, καὶ στρατιώτας ἀγείη, ἢ τὰ χρήματα τούτων εἰσπράττεσθαι, ἢ εἰς ἀδαχειμασίαν, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ
ταῦτα ἔχον, καὶ ἐνεθυμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο, ταῦτα πάντα αὐτοὺς ἔχειν. ἰόππην τε πόλιν ἣν ἀπ' ἀρχῆς ἔχον B
ἰουδαῖοι ποιούμενοι τὴν πρὸς ῥωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι καθὼς καὶ τὸ πρότερον ἡμῖν ἀρέσκειν, φόρους τε ὑπὲρ
ταύτης τῆς πόλεως, ὑρκανὸν ἔχειν ἀλεξάνδρου υἱὸν, καὶ παῖδας αὐτοῦ, ἀδεᾶ τὴν γῆν νεμομένων, χώρας, καὶ λιμένος ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν σιδῶνι μοδίους δισμυρίους χοί. ὑπὲρ μὲν μὴν τὸ ὄρος τὸ σαββατικὸν
καλοῦσι, καθ' ὃ οὔτε τὰ δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι, τάς τε κώμας τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς ὑρκανὸς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ πρότερον ἐξακατέχον, ἀρέσκει C
τῇ συγκλήτῳ ταῦτα ὑρκανὸν ἔχειν καὶ ἰουδαίους ὅπη τοῖς δικαίοις οἷς καὶ πρότερον εἶχον. μένειν δὲ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια, ὅσα πρὸς ἀλλήλους ἰουδαίους καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν αὐτῶν, ἅπερ φιλάνθρωπα, ὅσα τότε δήμου ψηφισαμένου καὶ τῆς συγκλήτου ἔχον. ὅπη τούτοις τε τοῖς δικαίοις
χρῆσθαι αὐτοῖς ἐξεῖναι ἐν λύδδοις. τούς τε τόπους καὶ χώρας καὶ ἐποίκια ὅσα βασιλεῦσι συμμαχίας καὶ φοινίκης D
συμμάχοις ὅσοι ῥωμαίων καὶ δωρεαὶ ὑπῆρχε, κατασθῆναι. ταῦτα δοκιμάζει ἡ σύγκλητος ὑρκανὸν τὸν ἐθναρχὴν καὶ ἰουδαίους ἔχειν. δεδόσθαί τε ὑρκανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ καὶ πρεσβυτηῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἔντε πυγμὴ μονομάχων καὶ θηρίων καθιζομένοις, μετὰ τῆς συγκλητικῶν θεωρεῖν. αἰτησαμένους δὲ δικτάτορες ἢ δὲ ἱππάρχου
παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι. καὶ τὰ E
ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις ἱεραῖς ἁπάσαις, αὖ τὸ δόγμα ᾖ τιμῆσαι. Γάϊος καῖσαρ αὐτοκράτωρ δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὑπατος τὸ τέ. δικτάτωρ ἀποδεδειγμένος δὲ βίου. λόγους ἐποιήσατο περὶ τῆς δικαίων τῆς ὑρκανοῦ τοῦ ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως ἰουδαίων καὶ ἐθναρχου ἰουδαίων. τῆς τε ἐμοῦ αὐτοκρατόρων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρησάντων ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ ἰουδαίων καὶ ἰουδαίοις ὅπη τε συγκλήτου καὶ δήμου ῥωμαίων, δικαιοῦντός τε F
τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ὑπομιμνῄσκειν καὶ προνοεῖν ὅπως ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν ἰουδαίων καὶ τοῖς ὑρκανοῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτου, καὶ δήμου ῥωμαίων ἀξία τῆς πρὸς ἡμᾶς δυνοίας αὐτῶν, καὶ ὧν διεπράξαντο ἡμᾶς χάριτας ἀνταποδοθῇ. Ἰούλιος γάϊος στρατηγὸς ὕπατος ῥωμαίων, παρὰ ἀνῶν ἀρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. G
ἐντετύχηκόν μοι ἰουδαῖοι ἐν δήλῳ, καί τινες τῶν παρόντων ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσβεων. καὶ ἐνεφάνισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματι κωλύετε αὐτοὺς, τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ δοκοῦν ἐκ ἀρέσκει καὶ τὰ ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψηφίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῆν καὶ τὰ αὐτὰ ἔθη, καὶ χρήματα εἰς συσσίτια, καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τοῦτο ποιεῖν αὐτοῖς μηδὲ ἐν ῥώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γάϊος καῖσαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διατάγματι κωλύων θιάσους συνάγεσθαι καὶ πόλιν, μόνους τούτους ἐκ ἐκώλυσεν, ἔτε χρήματα συμφέρειν, ἔτε συσσίτια ποιεῖν. ὁμοίως δὲ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων, τούτους μόνους ὑπέξέπω

& ad hæc Hyrcano eiúſque filiis decimas perſoluant, ſicut hactenus eorum maioribus. Vtq; nullus vel præſes vel dux vel legatus in finibus Iudæorum auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel quocunque alio nomine: ſed ſint immunes ab omnibus moleſtationibus. Quæcunque etiam poſtea parauerunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quam ab initio habuerunt Iudæi dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere ipſorum eſſe quemadmodum antea. Tributa quoque eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cũ ſuis filiis, tam ab eius agri aratoribus, quàm vectigalium portus nomine, & eorum quæ Sidonem exportantur, annua modiorum XXMDCLXXV. excepto anno ſeptimo quẽ vocãt Sabbaticum, in quo neque arant, neque de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & ſui maiores ante eum poſſederunt, placet ſenatui eundẽ Hyrcanum & Iudæos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerunt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorum pontifices fuerãt, & quæcunque beneficia à S. P. Q. R. conceſſa. Præterea eodem iure licere illis vti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. poſſederant, placere ſenatui vt Hyrcanus Iudæorum ethnarcha habeat. eſſéque ius Hyrcano eiúſque filiis & legatis ab eo miſſis ludos & gladiatores ſpectandi inter ſenatores ſedentibus. Vtque quotieſcunque poſtulauerint à dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur, & reſponſum eis omnibus intra decem dies reddatur, ſi quid à ſenatu decretum fuerit. C. Cæſar. Imper. IIII. Coſ. V. perpetuus dictator, huiuſmodi verba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem mei anteceſſores Imperatores teſtimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorum pontifici Iudæiſque tam in prouinciis quàm apud S. P. Q. R. & hoc nomine S. P. Q. R. ei gratias egit, æquum eſt nos quoque horum meminiſſe, & dare operam vt Hyrcano ac Iudæorum genti filiiſque Hyrcani à S. P. Q. R. pro ſuo erga nos fauore gratiæ referantur. C. Iul. Cos. Parianorum magiſtratibus S. P. Q. R. Sal. Acceſſerunt me in Delo Iudæi & quidam de coloniis Iudæorum, præſentibus etiam veſtris legatis, & indicauerunt mihi decretum, quo vetatis eos vti patriis ſacrificiis & ritibus. mihi verò non placet talia decreta aduerſus amicos noſtros & ſocios fieri, vetatíque eos viuere ſuis moribus, & conferre pecunias in epulas ac ſacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere vetantur. Nam C. Cæſar Cos. in edicto quo interdixit in vrbe ſodalitia, hos ſolos neque pecunias conferre, neque conuiuia parare vetuit. Ego quoque cùm alia ſodalitia interdixerim, hos ſolos ſino

iuxta patrios mores ac leges conuenire. Quapropter æquum est etiam vos si quod decretum fecistis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorum virtutem, & erga nos beneuolentiam. Post mortem autem Cæsaris M. Antonius, P. Dolabella Coss. aduocato senatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum postulatis, & amicitiam cum eis renouauerunt, & quicquid petierunt senatusconsulto eis decretum est. Dolabella etiam acceptis ab Hyrcano literis scripsit per vniuersam Asiam, & primæ eius prouinciæ ciuitati Ephesiorum, in hunc modum. Dolabella imperator Ephesiorum magistratibus s. p. q. Sal. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis at ethnarchæ Iudæorum, mihi retulit de ciuibus suis quòd militare non possint, eo quòd neque arma gestare, neque iter facere eis fas sit diebus sabbatis, neq; victum more patrio possent sibi quærere. Quamobrem ego quoque quemadmodum alij ante me Imperatores immunes eos volo à militia, permittóque vt patriis vtantur moribus, conuenientes sacrorum causa sicut leges eorum postulant, & conferentes in offerenda templo sacrificia. volóque vt hæc ipsa scribatis per vrbes prouinciæ singulas. Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est. L. autem Lentulus Cos. pro sententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Ephesi pro tribunali religionis ergò esse immunes à militia pronunciaui duodecimo calendas Octobreis. Multa itaque extant & alia huiusmodi senatusconsulta & Imperatorum decreta ad Hyrcanum & gentem nostram aliásque vrbes, & rescripta de iure nostro ad prouinciarum præsides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inseruimus credere facile est his, qui nostra scripta candidè lecturi sunt. Quando enim tam manifesta argumenta exhibuimus nostræ cum populo Romano amicitiæ, ostensis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc vsque durantibus, duraturísque in posterum, omnia hìc apponere superuacaneum ac molestum duximus, existimantes neminem foretam difficilem, vt de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat nos vera dicere. Satis ergo iam declarata sit, quæ per ea tempora nobis cum populo Romano interceßit amicitia & societas. Incidit autem eisdem temporibus tumultus in Syria ex causa huiusmodi. Cecilius Bassus vnus è Pompeianis per insidias interfecto Sexto Cæsare ipse occupauit prouinciam cum legionibus. Quo facto magnum bellum exortum est circa Apamiam, Cæsarianis ducibus contra eum venientibus cum equestribus ac pedestribus copiis: ad quos & Antipater misit auxilia cum filiis, memor beneficiorum acceptorum à Cæsare, ideóque repetendas pœnas ab eius interfectore iustum existimans.

κατὰ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα συνάγεσθαί τε καὶ ἱεροῦς. Ε ὑμᾶς οὖν καλῶς ἔχει, εἴτι κατ' αὐτῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα ἐποιήσατε, τοῦτο ἀνορώσασθαι διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς αὐτῶν ἀρετὴν καὶ εὐνοιαν. μετὰ δὲ τὸν Καίσαρος θάνατον, μάρκος ἀντώνιος καὶ πόπλιος δολοβέλλας, ὕπατοι ὄντες τήν τε σύγκλητον συνήγαγον καὶ τοὺς ὑρκανοῦ πρέσβεις ὠδήγησαν, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ἐποίησαν, καὶ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων τυγχάνειν ἐβούλοντο. καὶ δολοβέλλας ἐπιλαβὼν παρὰ ὑρκανοῦ γράμματα, ὅπως ἐλλείποι τοῖς κατὰ τὴν ἀσίαν ἅπασαν, Ε τῇ ἐφεσίων πόλει, πρωτεύουσῃ τῆς ἀσίας ἔτους. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ ἐφεσίων ἀρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. ἀλέξανδρος θεοδώρου πρεσβευτὴς ὑρκανοῦ, ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου τῶν ἰουδαίων, ἐμήνισέ μοι περὶ τοῦ μὴ δύνασθαι στρατεύεσθαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, μήτε ὅπλα βαστάζειν δύνασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ σωμήθων κατ' αὐτοὺς εὐπορεῖν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς καθὼς Ε οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες δίδωμι τοῦ ἀστρατείαν, Ε συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἔθεσι, ἱερῶν ἕνεκα καὶ ἁγίων συναγομένους καθὼς αὐτοῖς νόμιμον καὶ τῷ πρὸς τὰς θυσίας ἀφαρεμάτων. ὑμᾶς τε βούλομαι ταῦτα γράψαι κατὰ πόλεις. καὶ ταῦτα μὲ δολοβέλλας ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ πρὸς αὐτὸν ἐχαρίσατο. λεύκιος δὲ λέντλος ὕπατος εἶπε, πολίτας ῥωμαίων ἰουδαίους ἱερὰ ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν ἐφέσῳ πρὸς τὸ βήματος δεισιδαιμονίας ἕνεκα θρησκείας ἀπέλυσε, πρὸ δώδεκα καλανδῶν ὀκτωβρίων. πολλὰ οὖν ὄντι καὶ ἄλλα τοιαῦτα τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι ῥωμαίων δόγματα, πρὸς ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγενημένα, καὶ πόλεσι ψηφίσματα, καὶ γράμματα πρὸς τοὺς τῶν ἡμετέρων δικαίων ὅπως ὀλαις αὐτὰ περφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι, πρὸ ὧν ἁπάντων ἐξ ὧν ῥᾴδιον πιστεύειν τοῖς ἀναγνωσομένοις οὐ βασκαίως ἡμῶν τὴν συγγραφὴν πάρεσιν. ἐπεὶ δὲ σαφῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τοῖς πρὸς ῥωμαίους ἡμῖν φιλίας γνωρίμοις, ὅπου δεικνύντες αὐτὰ χαλκᾶς στήλας καὶ δέλτους ἐν τῷ καπετωλίῳ μέχρι νῦν διαμένοντα, καὶ διαμενοῦντα, τὴν μὲν πάντων παρέλθωσιν ὡς πρὸ τοῦ τήν τε ἄμα, καὶ ἀτρεπῆ παρήσομεν. ὀλίγα δ' ἔτους ἠνύσαμεν σπουδῇ, ὃς οὐχὶ πρὸ τῆς ῥωμαίων ἡμῖν πίστεως φιλίας, ὅτι ταύτην καὶ διὰ πλειόνων ἐπεδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς οὐκ ὑπολήψεται πρὸ ὧν εἰ φαμὲν ἀληθεύειν ἐξ ὧν ὑπεδείξαμεν. τὴν μὲν οὖν πρὸς ῥωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐγνωμεν, διεδηλώκαμεν. σωζόμενοι δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπράχθησαν τὰ κατὰ τὴν συρίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. βάσσος κεκίλιος, εἷς τῶν τὰ πομπηΐου φρονούντων, ὑπὲρ ἐλλὴν σωθεὶς ὑπὸ σέξτον καίσαρα, κτείνει μὲν ἐκεῖνον. αὐτὸς δὲ τὸ στράτευμα αὐτοῦ διαλαβών, ἐκράτει τῶν πραγμάτων. πόλεμός τε μέγας πρὸς ἀπάμειαν συνέστη, τῷ καίσαρος στρατηγῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντων μετὰ ἱππικοῦ καὶ πεζῆς δυνάμεως. τούτοις δὲ καὶ ἀντίπατος συμμαχίαν ἔπεμψε μετὰ τῶν τέκνων, ὧν μνήμην ὧν ὑπερτιθήσαν ὑπὸ καίσαρος, καὶ διὰ τοῦτο πρωρεῖν αὐτῷ Ε δίκαιον ἦν διὰ τὸ πεφονευκότος εἰσπράξασθαι δίκην ἠγούμενος.

φονευ-

χρονιζομένης τῆς πολέμου, μάρκος μὲν ἦλθεν εἰς τὴν A
ἀρχὴν τὸ σέξτε. καῖσαρ δ' ὑπὸ τῶν φίλων καίσιον καὶ
βροῦτον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κτείνεται, καταχὼν τὴν
ἀρχὴν ἔτη γ' καὶ μῆνας ς'. τοῦτο μὲν οὕτω ἔν ἄλλοις
δεδήλωται.

Κεφάλαιον ιή.

Ως κάσσιος τὴν τε ἰουδαίαν ἐκάκωσε, καὶ τάλαντα ὡς
παρ' αὐτῆς εἰσέπραξατο. B

Τοῦ δ' ὅλου τοῦ καίσαρος θανάτου πολέμου συνερ-
ρωγότος, ἔν τε ἐν τέλει πάντων ὅλη στρατιᾶς συλλο-
γὴν ἄλλων ἄλλη διεσπαρμένων, ἀφικνεῖται καίσιος
εἰς συρίαν, ἐνδεηλημένος τὸ μὲν τὴν ἀπάυσαν στρα-
τόπεδον, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀμφοτέρους μεθαρ-
μόσας τόν τε βάσσον καὶ τὸν μάρκον, τάς τε πόλεις ἐπερ-
χόμενος, ὅπλα τε καὶ στρατιώτας συνήθροιζε, ἔν φόβους
αὐταῖς μεγάλους ἐπιπέμψας. μάλισα δὲ τὴν ἰουδαίαν ἐκάκω-
σεν, ἐπιτάξας τάλαντα ἀργυρίου εἰσπράττεσθαι. C
ἀντίπατρος δ' ὁρῶν ἐν μεγάλῳ φόβῳ καὶ ταραχῇ τὰ
πράγματα, μείζοι τῷ τῶν χρημάτων εἰσπραξιν, καὶ
ἑκατέρῳ τῶν υἱῶν συμπέμψειν δίδωσι, τὸν μὲν φασαήλῳ κα-
κοήθως πρὸς αὐτὸν διακειμένῳ, τὸν δ' ἄλλοις πρά-
ξεσιν εἰσπράττεσθαι. καὶ ὡρῶτος ἡρώδης ὑπὸ τῶ γαλι-
λαίας εἰσπραξάμενος ὅσα ἰκανὰ αὐτῷ πρὸς ἐξουσίαν,
φίλος ἰκανὸς εἰς ἅπαν μάλισα καίσαρι. σοφὸν δὲ ἔδοξεν αὐ-
τῷ ῥωμαίους ἤδη θεραπεύειν, καὶ παρ' αὐτῶν κατασ- D
κευάζειν δύναμιν ἐκ τῶν ἀλλοφύλων πόνων. ὑπεθεράπευε
δ' αὐτανδροι ὅσοι τῶν ἄλλων πόλεων ὑπεμελίζαι. καὶ
τέσσαρες πόλεις ἐξανδραποδίζεν καίσιος. ὧν ἦσαν αἱ
δυνατώτατα, γόφνα τε καὶ ἐμμαοῦς, πρὸς ταύταις δὲ
λύδδα καὶ θαμνᾶ. ἐπ. ξύλῃ δ' αὖ ἐπ' ὀργῆς καίσιος
ὡς τε καὶ μάλιχον ἀνελεῖν, ὥρμητο δὲ ἐπ' αὐτὸν, εἰ μὴ
ὑρκανὸς δι' ἀντιπάτρου ἑκατὸν τάλαντα ἐκ τῶν ἰδίων
αὐτῷ πέμψας ἐπαύσε τὴν ὀργήν. ἐπεὶ δὲ καίσιος ἐκ τῆς E
ἰουδαίας ἀπῆρε, μάλισα ἐπιβάλλουν ἀντιπάτρῳ, τὸν
τότε τελοῦντα, ἀσφάλειαν ὑρκανῷ τῆς ἀρχῆς ἐσεσθαι
νομίζων. καὶ μὴν ἐλάθε τὸν ἀντίπατρον ταῦτα φρονῶν. ἀ-
θόμβους γὰρ ἐκεῖνος, ἐχώρει πέραν ἰορδάνου, καὶ στρατὸν
ἀξιόβιον ἅμα καὶ ἐγχώριον συνήθροιζε. δεινὸς μέντοι
ὢν ὁ μάλιχος, ὑπώπτευτο τὸν ὑπεναντίον, ὁμολογούμενος
μεθ' ὅρκων αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισὶ, καὶ ὡς φασαήλου μὲν
τὰ ἱεροσόλυμα φυλακοῦντος, ἡρώδου δ' ἔχοντος τὸν F
φυλακὸν τῶν ὅπλων, ἀλλ' αὖ εἰς νοῦν ἐβαλε τοιοῦτον
οὐδέν. ὁρῶν δ' τὴν ἀπορίαν καταλλάσσεται πρὸς τὸν ἀντί-
πατρον, καὶ συνέβησαν, μάρκῳ καὶ συρίαν στρατηγοῦντος.
ὁ δ' ἀθόμβους νεωτεροποιοῦντα καὶ τὴν ἰουδαίαν τὸν μά-
λιχον, ἦλθε μὲν ὡς τε κἄτα μικρὸν αὐτὸν ἀνελεῖν, ἀντι-
πάτρου δὲ παρακαλέσαντος ἐφείσατο.

Κεφάλαιον ιθ'.

Ως μάλιχος ὑπεβουλεύθη, καὶ ἀντίπατρος αὐτὸν φαρμάκῳ. G

Ἐλαθε δὲ ἄρα φονέα πρισσῶσας ἀντίπατρος αὐτὸν
τὸν μάλιχον. καίσιος μὲν γὰρ καὶ μάρκος στρατὸν ἀ-
θροίσαντες, τὴν ὑπεμέλειαν ἅπασαν ἐνεχείρισαν ἡρώ-
δῃ, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν κοίλης συρίας ἐποίησαν, πλοῖα
δόντες καὶ δύναμιν ἱππικήν τε καὶ πεζικήν, ὑποχόμενοι
δὲ καὶ βασιλέα τῆς ἰουδαίας ἀναδείξειν μὴ πόλεμον,
πρώτῳ οἰκοδομημάτων, ὑπό γήν τε ἀπαντῶντες μεταλλεύσεσι διεμάχοντο. ὑπονοία ἦ τὸ πλέον ἡ περιστερία χωρίοις καὶ περιτειχίσεσιν τῷ πολέμῳ εἰς τοὔσχατον, καὶ ταῦτα μεγάλου σιτοῦ περικαθημένου σφᾶς καὶ λιμῷ ταλαιπωρουμένους & ἀπάνει τῷ ὑπομονίων. τὸν γὰρ ἑβδομαικὸν ἐνιαυτὸν συνέβη κατὰ ταυτὸν εἶναι. ἀναβαίνουσι ἦ ὅπῃ τὸ τεῖχος πρῶτον μὲν λοχάδες κ. ἔπειτα ἑκατοντάρχης σοσίου. B ἠρέθη γὰρ τὸ μὲν πρῶτον τεῖχος, ἡμέραις μ. τὸ ἦ δεύτερον, ιέ. καί τινες τῶν περὶ τὸ ἱερὸν ἐνεπρήσθησαν στοαῖ, ἃς ἡρώδης ἀντιγόνου ἐμπρήσας διέβαλλε, μῖσος αὐτῷ περιματτόμενος παρὰ τῷ ἰουδαίων γένει. ἠρημένου ἦ τὸ ἔξωθεν ἱεροῦ καὶ τῆς κάτω πόλεως, εἰς τὸ ἔσωθεν ἱερὸν καὶ τὴν ἄνω πόλιν ἰουδαῖοι συνέφυγον. δείσαντες τε μὴ βιαιολύσωσιν αὐτοὺς οἱ ῥωμαῖοι τὰς καθημερινὰς θυσίας ὑπιτελεῖν τῷ θεῷ, προσβεύονται ὑπερέψαι καλοῦντες θύμασα αὐτοῖς C μόνον εἰσκομίζεσθαι. ὁ δ' ὡς ἐνδωσόντων αὐτῷ συνεχώρει ταῦτα, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἑώρα γινόμενον παρ' αὐτῶν ὧν ὑπενόει, ἀλλ' ἰσχυρῶς ἀντεχοντας ὑπὲρ τῆς ἀντιγόνου βασιλείας, προσγελῶν κατὰ κράτος εἵλε τὴν πόλιν, καὶ πάντα εὐθὺς ἦν φόνων ἀνάπλεα. τῷ μὲν ῥωμαίων ὅπῃ τειβῇ τῆς πολιορκίας διωρισμένων, τῷ ἦ περὶ ἡρώδην ἰουδαϊκοῦ μηδὲν D ὑπολιπεῖν ἀπεύδοντος ἀντιπαλον. ἐσφάττοντο ἦ συνεχεῖς ἔν τε τοῖς γενωποῖς & κατὰ τὰς οἰκίας σωζομένους, καὶ τῷ ναῷ προσφεύγοντες. οὐ τε οὖν πάππων ἔτι γήρως ἔλεος, ἔτε γυναικῶν ἀσθενείας φειδώ, ἀλλὰ καίτοι προπεσόντος τὸ βασιλέως καὶ φείδεσθαι προσκαλουμένου ὑβρεῖς ἐκράτησε τῆς δεξιᾶς, ἀλλ' ὥσπερ μεμισωμένος, πᾶσαν ἡλικίαν ἐπεξέπεσαν. ἔνθα & ἀντίγονος μήτε τῆς πάλαι μήτε τῆς τότε τύχης ἔννοιαν λαβών, κάτεισι μὲν ὑπὸ τῆς βάρεως, προσπίπτει ἦ τοῖς σοσίου ποσί. κἀκεῖνος μη- E δὲν αὐτὸν οἰκτείρας πρὸς τὴν μεταβολὴν, ἐπεκρότησε μὲν ἀκρατῶς, καὶ ἀντιγόνην ἐκάλυσεν. οὐ μὴν ὡς γυναῖκα γε φρουρᾶς ἐλεύθερον ἀφῆκεν. ἀλλ' ὁ μὲν δεθεὶς ἐφυλάττετο. πρόνοια δ' ἦν ἡρώδῃ κρατοῦντι τῷ πολεμίων, τὸ κρατῆσαι καὶ τῷ ἀλλοεθνῶν συμμάχων. ὥρμητο γὰρ τὸ ξενικὸν πλῆθος, ὅπῃ θέαν τὸ τε ἱερὸν καὶ τὸν ναὸν ἁγίων. ὁ ἦ βασιλεὺς τοὺς μὲν ὡπλισμένους, τοῖς δ' ἀπείλων, ἔστι δ' οὓς καὶ τοῖς ὅπλοις ἀνέστειλεν, ἧττης χαλεπωτέραν ἡγούμενος τὴν νίκην, εἰ τῷ ἀθεμίτων παρ' αὐτῷ ὀφθείη. διεκώλυέ τε καὶ τὰς κατὰ τὴν πόλιν ἁρπαγὰς πολλὰ F κατειπόμενος πρὸς σοσίον, εἰ χρημάτων τε & ἀνδρῶν ῥωμαῖοι τὴν πόλιν κενώσαντες καταλείψουσιν αὐτὸν ἐρημίας βασιλέα, καὶ ὡς ὅπῃ τοσούτῳ πολίτῃ φόνῳ, βραχὺ καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ἀντάλλαγμα κρίνει. τῷ ἦ ἀπὸ τῆς πολιορκίας τὰς ἁρ- G παγὰς δικαίως τοῖς στρατιώταις ὑπισχνεῖσθαι φαμένου, αὐτὸς ἔφη δαπανήσειν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων τοῖς μισθοῖς ἑκάστοις. οὕτω τε τὴν λοιπὴν ἐξωνησάμενος πόλιν, τὰς ὑποσχέσεις ἐπλήρωσε. λαμπρῶς μὲν γὰρ ἕκαστον στρατιώτην, ἀναλόγως ἦ τοῖς ἡγεμόνας, βασιλικώτατα δ' αὐτὸν ἐδωρήσατο σοσίον, ὡς πάντας ἀπελθεῖν χρημάτων ἐπιφανῶς. τοῦτο τὸ πάθος συνέβη τῇ ἱεροσολυμιτῶν πόλει, ὑπατεύοντος ἐν ῥώμῃ μάρκου ἀγρίππα, & καισαρος γάλλου, ὅπῃ τῆς ρπ

& cuniculis obuios agebant alios cuniculos, vt nonnunquam sub terra manus conferrent, vtentésque desperatione pro fortitudine ad extremum perdurabant, idque obsessi à tam numeroso exercitu, ipsi fame simul laborantes & inopia. nam in sabbaticum annum inciderat oppugnatio. Tandem euaserunt in mœnia primùm lectissimi viginti milites, deinde Sosij centurio. captus est enim primus murus die quadragesima, secundus verò quintadecima: & quædam porticus circa templum exustæ sunt quas Herodes Antigonum incendisse calumniabatur, volens in eum concitare inuidiam populi. Capta verò exteriore templi parte & ima vrbe, Iudæi ad interiora templi & superiorem vrbem refugerunt: timentésque ne à Romanis impedirentur mactare Deo quotidianas victimas, per legatos petierunt vt has tantùm sinerentur introducere. Rex verò annuit, sperans remissa tandem obstinatione cessuros. Vt verò spem suam frustratam vidit pertinaciter pro Antigoni regno contendentibus, totis viribus adortus vrbem expugnauit: móxque omnia repleta sunt cædibus, Romanis longa oppugnatione exacerbatis, Herodianis Iudæis conantibus aduersam factionem extirpare funditus: erátque continua cædes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente supplices. non ætati vlli parcebatur, non sexui, ne imbelli quidem: & quamuis obstante rege, & precibus intercedente, nemo tamen temperabat à manibus, sed veluti furore perciti sæuiebant nullo ætatis discrimine. Antigonus quoque neque veteris neque recentis suæ fortunæ ratione satis habita descendit è turri, Sosióque ad genua procidit. & ille nihil miseratus, mutatam eius fortunam insultauit homini Antigonam appellans. non tamen incustoditum reliquit tanquam fœminam, sed vincto custodes addidit. Cæterũ Herodes deuictis hostibus, non minus negotij habuit in cõpescendis alienigenarum auxiliis. ruebat enim multitudo conductitiorum ad visendum non fanum solùm, sed intimum etiam adytum. Rex verò alios precibus, alios minis, nonnullos & armis reprimebat, molestiorem clade victoriam existimans, si quid eorum quæ viderifas non est, veniret in conspectum profanæ multitudinis. Prohibebat etiam rapinas per vrbem fieri, identidem Sosium rogitans, solitudinísne se regem Romani facturi essent, exhausta vrbe rapinis simul ac cædibus: exiguúmque dicens sibi videri tantæ ciuium cædis precium, etiam si totius orbis dominium contingeret. Illo verò referente pro expugnatione vrbis direptionem meritò permitti militi, promisit se de suo mercedem numeraturum singulis. atque ita redempta ciuitate ab vlteriore vexatione, promissa persoluit. Liberaliter enim militibus, & pro portione ducibus, Sosio verò etiam regiè dedit munera, ita vt omnes bene nummati discederent. Ea clades Hierosolymorum incidit in consulatum M. Agrippæ & Canidij Galli, CLXXXV.

Olympiade, menſe tertio, feriis quibus ſolenne A fit ieiunium, tanquã recurrente in idem temporis monumentum illata Iudæis à Pompeio calamitate. Nam & ab illo eadem die vrbs capta fuerat ante annos vigintiſeptem. Soſius autem cõſecrata Deo corona aurea profectus eſt Hieroſolymis, Antigonum vinctum ducens ad Antonium. Herodes autem veritus ne aſſeruatus Antigonus, & Romam perductus ab Antonio, apud ſenatum iure ſecum contenderet, docens ſe regio natum ſanguine, Herodem verò plebeium, & quòd ſi ipſe propter offenſum Rom. pop. indignus eſſet qui regnet, certè filiis eius inſontibus regnum debeatur: hæc inquam timens multis pecuniis induxit Antonium vt Antigonum tolleret. quo facto tum demũ Herodes metu liberatus eſt. atque ita Aſſamonæi principatus deſiit poſt annũ centeſimum vigeſimumſextum: quæ domus illuſtris fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorẽ ſacerdotij, facinoráq; maiorum egregia, quibus propugnauerunt Iudæorum rempublicam. Verùm hæc familia inteſtinis ſeditionibus agitata amiſit imperium. Adminiſtratio autem rerum peruenit ad Herodem Antipatri filium, plebeio natum genere, & ſubiecto regibus. Atque hunc Aſſamonæorum exitum à maioribus traditum accepimus.

ὀλυμπάδος, τῷ γ' μὲν, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, ὥσπερ ἐκ δευτέρου τῆς γλυκυμόλης ὅτι πομπὴν τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς, καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ, μετ' ἔτη κζ. σόσιος δὲ χρυσοῦν ἀναθέμενος τῷ θεῷ στέφανον, ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἀπάγων δεσμώτην Ἀντίγονον. Λίτας δὲ Ἡρώδης, μὴ φυλαχθεὶς ἀπάγοντος ὑπ' Ἀντωνίου, ἐλθὼν εἰς Ῥώμην ὑπ' αὐτὸ δικαιολογήσηται πρὸς τὸν σύγκλητον, ὅτι δεικνὺς αὐτὸν μὲν ἐκ βασιλέων, Ἡρώδην δὲ ἰδιώτην, καὶ ὅτι προσῆκεν αὐτὸ βασιλεύειν τοὺς παῖδας δι' τὸ γένος, εἰ μὴ αὐτὸς εἰς Ῥωμαίους ἐπεξήμαρτε. ταῦτα φοβούμενος, πολλοῖς χρήμασι πείθει τὸν Ἀντώνιον ἀνελεῖν τὸν Ἀντίγονον. ὑπομενόντων, τὸ μὲν ἔθνος μὲν Ἡρώδης ἀπαλλάσσεται. πάντας δὲ ἔτους ἦν τῆς Ἀσαμωναίου ἀρχῆς, μετ' ἔτη ρκς. οἶκος λαμπρὸς ἐξ ὧν, καὶ δι' ὑπερβολὴν γένους ἕνεκα καὶ τῆς ἱερατικῆς τιμῆς, ὧν τε ἀπ' τὸ ἔθνος οἱ γονεῖς αὐτῷ διεφέρετο. ἀλλ' ὅτοι μὲν δι' τὸν θεὸς ἀλλήλοις ἔασιν, τὸν ἀρχὸν ἀπέβαλον. μετέβη δ' εἰς Ἡρώδην τὸν Ἀντιπάτρου, οἰκίας ὄντα δημοτικῆς, καὶ γένους ἰδιωτικοῦ, καὶ ὑπακούοντος τοῖς βασιλεῦσι. καὶ τοῦτο μὲν τὸ τέλος τῶν Ἀσαμωναίων γένους παρειλήφαμεν.

B

C

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ὡς ληφθείσης τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως ὑπὸ Σοσίου καὶ Ἡρώδου, Ἀντώνιος μὲν Ἀντίγονον ἐπελέκισεν ἐν αἰτιοχείᾳ, Ἡρώδης δὲ μετὰ τῶν ἐκείνου φίλων πρώτοις Ἱεροσολυμιτῶν ἐπανελθὼν ἀπείλητο, καὶ τὴν πόλιν ἠργυρολόγησεν. Κεφ. α

Ὅτι τρόπον Ὑρκανὸς, πρῶτος βασιλεὺς Ἰουδαίων καὶ ἀρχιερεύς, ἀφεθεὶς ὑπὸ τῶν Πάρθων βασιλέως Ἀράκου, πρὸς Ἡρώδην ὑπέστρεψεν. Κεφ. β

Ὡς Ἡρώδης ἀνεψιόδουλον τὸν δ' γυναικὸς Μαριάμμης ἀδελφὸν ἀρχιερέα καθίστησας, μετ' οὐ πολὺ διαφθαρῆναι παρεσκεύασεν. Κεφ. γ

Ὡς Κλεοπάτρα τῆς τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀράβων ὑπερβαλλούσα βασιλείᾳ, μέρη λαβεῖν αὐτῆς ἴσχυσεν παρ' Ἀντωνίου. Κεφ. δ

Κλεοπάτρας εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρουσία. Κεφ. ε

Ὡς Ἡρώδης ἐπολέμησεν Ἀράβαις, καθ' ὃν καιρὸν Ἀντώνιος ὑπὸ Κάσσιον ἐν τῇ κατ' Ἄκτιον νικᾶται μάχῃ. Κεφ. ς

Περὶ τοῦ γυμνοῦ σεισμοῦ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ δ' φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων καὶ βοσκημάτων. Κεφ. ζ

Λόγος Ἡρώδου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἀθυμοῦντας πρὸς τὰ πάθη, καὶ τὴν ἥτταν γυμνάζων. Κεφ. η

HÆC IN IOSEPHI DECIMOQVINTO ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Expugnatis à Soſio & Herode Hieroſolymis Antigonus ab Antonio ſecuri percutitur, Herodes verò XLV. ex primatibus Hieroſolymitanis de factione Antigoni interimit, & ciuibus pecuniam extorquet. CAP. I.

Quomodo Hyrcanus antea Iudæorum rex & Pontifex à Parthis dimiſſus ad Herodem reuerſus eſt. CAP. II.

Herodes Ariſtobulum coniugis ſuæ Mariammes fratrem Pontificem declaratum non multò poſt necandum curauit. CAP. III.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians partem eorum ab Antonio impetrare conatur. CAP. IV.

Cleopatræ Reginæ in Iudæam aduentus. CAP. V.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæſare Actiaco prælio victus eſt. CAP. VI.

De terræ motu qui Iudæam, multis hominum & pecorum millibus peremptis, afflixit. CAP. VII.

Herodis concio ad exercitum aduerſis caſibus territum. CAP. VIII.

Ὡς

Ως αὐάγκλιν ἴσχων ἡρώδης ἀπεῖναι πρὸς καίσαρα γενησόμενον, διέφθειρεν ὑρκανόν. Κεφ. θ
Ως ἡρώδης ἔσχεν καὶ παρὰ καίσαρος τὴν βασιλείαν. Κεφ. ι
Ως ἐπανελθὼν γαμβρίσι δολερὰις παρεξιώθη τὴν γυναῖκα μαριάμμην ἀποκτεῖναι. Κεφ. ια
Περὶ τοῦ λιμοῦ καὶ τὴν ἰουδαίαν καὶ συρίαν γεγονότος, καὶ ὡς διέσωσε τὰ πλήθη καὶ τὰς πόλεις ἡρώδης. Κεφ. ιβ
Κτίσις καισαρείας. Κεφ. ιγ
Ως καθελὼν ὁ ἡρώδης ἐβουλήθη τὸν ἀρχαῖον ναὸν, ἄλλον αὐίσησι. Κεφ. ιδ

Herodes ad Cæsarem, necessariò profecturus Hyrcanum interficit. CAP. IX
Quomodo Herodes regnum etiam à Cæsare obtinuit. CAP. X.
Herodes reuersus Mariammem calumnijs oppressam interficit. CAP. XI.
De fame quæ Iudęam & Syriam afflixit, & quomodo Herodes multis ciuitatibus saluti fuit. CAP. XII.
Cæsareæ conditus. CAP. XIII.
Herodes nouum templum Hierosolymis ædificat. CAP. XIV.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICARVM
LIBER DECIMVSQVINTVS.

CAP. I.

Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes verò præcipuum quemque ex amicorum eius cohorte interimit.

HIEROSOLYMORVM expugnationem Sosij ductu atque Herodis, & captiuitatem Antigoni superiore volumine diximus: nunc quæ deinceps consecuta sunt dicemus. Postquã tota Iudæa potitus est Herodes, quantum vrbanæ plebis etiam nõdum regnum adepto fauerat, eos vicissim promouebat: aduersæ autẽ factionis homines quotidianis absumebat suppliciis. in præcipuo honore apud eum erat Pollio Pharisæus, & Sameas huius discipulus. dum enim obsiderentur Hierosolyma, hi consulebant ciuibus vt Herodem in vrbem reciperent, eámque ob rem gratiam illis habuit. Pollio verò hic olim capitis reo Herode, Hyrcano cæterisque iudicibus prædixit opprobrans, quòd absolutus eorum sententiis ab omnibus illis pœnas exigeret, quam prædictionem procedente tempore Deus euentu comprobauit. Tunc verò captis Hierosolymis, omnem regiam suppellectilem in vnum congessit: à diuitibus quoque ablata & collecta magna vi auri ac argenti, totum id Antonio eiúsque amicis donauit. Interfecit etiam XLV. primates ex factione Antigoni appositis ad portas custodibus, qui etiam cadauera scrutabantur ne quis eorum efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totum ad regem referebatur, nec vllus finis malorum aderat. nam bona eorum auaritia domini egentis absumebat: & agri inculti manebant propter tempus anni sabbatici, quo nobis nõ est fas serere. Cæterùm Antonius accepto Antigono volebat eũ vinctum seruare ad triumphum: sed vbi audiuit gentem ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigonã, magis placuit apud Antiochiam

A

Κεφαλ. α'.

Ως ληφθείσης τ' ιεροσολυμιτῶν πόλεως ὑπὸ σοσίου καὶ ἡρώδου, ἀντίγονος μὲν ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν ὑπὸ ἀντωνίου, ἡρώδης δὲ τοὺς ἐκείνου φίλους πάντας ἀνεῖλεν.

ΣΟΣΙΟΣ μὲν οὖν καὶ ἡρώδης ὡς κατακρατοῦς ἔλαβον ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸς τούτοις αἰχμάλωτον ἀντίγονον, ὃν πρὸ τούτου ἡμῖν ἱστόρησε βίβλος. τὰ δ' ἐκείνης συνεχῆ, νυνὶ ἐροῦμεν. ἐπειδὴ γὰρ τῆς ὅλης ἰουδαίας ἐνεκρατεύσατο τὸ ἀρχικὸν ἡρώδης, τὰ κατὰ τὸν πόλιν πλήθους, ὅσον μὲν ἦσαν ἰδιωτεύοντες ἐπὶ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες, ἐν προαγωγῇ τούτους ἐποιεῖτο. τοὺς δὲ τὰ τῶν ἐναντίων ἑλομένους, οὐκ ἐπέλιπε τιμωρούμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἐπεμέμπτο δὲ μάλιστα παρ' αὐτῷ πολλῶν φαρισαῖος καὶ σαμέας ὁ τούτου μαθητής. πολιορκουμένων γὰρ τῶν ἱεροσολύμων ἔτοι συνεβούλευον δέξασθαι τοὺς πολίτας τὸν ἡρώδην, αὐτῷ δὲ καὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀπελάμβανον. ὁ δὲ πολλῶν οὐδὲ κενομένων ποτὲ ἡρώδου, τότε θανάτῳ, προεῖπεν ὀνειδίζων ὑπερηφανίᾳ καὶ τοῖς δικάζουσιν ὡς φρισαθεὶς ἡρώδης ἅπαντας αὐτοὺς ἐπελεύσεται, καὶ τοῦτο χρόνῳ προὔβη, τοῦ θεοῦ τοῖς λόγοις αὐτὸ τελειώσαντος. ὅτε δὲ τῶν τότε κρατήσας τῶν ἱεροσολύμων, πάντα συνέφερεν τὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ κόσμον. ἔτι καὶ τοῖς δυστυχοῦσιν ἀφαιρούμενος, καὶ συναγαγὼν πλῆθος ἀργυρίου καὶ χρυσίου, πάντα τοῦτο τὸν αὐτοκράτορα ἐδωρεῖτο, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν φίλους. ἀπέκτεινε δὲ μέν τινας τῶν ἀφρόνως αὐτῷ ὀργισθέντων, φύλακας προστησάμενος τοῖς πύλαις τῶν τειχῶν, ἵνα μή τις συνεκπομπευθῇ τοῖς τεθνεῶσι, καὶ τοὺς νεκροὺς ἡρώδιον, καὶ πᾶν τὸ διασκόπουν ἀργύριον ἢ χρυσίον ἤ τι κειμήλιον ἀνεφέρετο τῷ βασιλεῖ, πέρας τε κακῶν οὐδὲν ἦν. τὰ μὲν γὰρ ἡ πλεονεξία τῶν κρατούντων διεφόρει ἐν χρείᾳ γιγνομένῳ, τὴν δὲ χώραν μένειν ἀγεώργητον, τὸ ἑβδομαδικὸν ἠνάγκαζεν ἔτος. συνεστήκει γὰρ τότε, καὶ σπείρειν ἐν ἐκείνῳ τὴν γῆν ἀπηγορευμένον ἐστὶν ἡμῖν. ἀντώνιος δὲ λαβὼν αἰχμάλωτον τὸν ἀντίγονον, δέσμιον ἔγνω μέχρι τοῦ θριάμβου φυλάττειν. ἐπεὶ δ' ἤκουσε νεωτερίζειν τὸ ἔθνος, καὶ τοῦ πρὸς ἡρώδην μίσους ὄντος αὐτῷ δεινοῦ, ἔγνω τοῦτον ἐν αἰτιολογίᾳ πίστ-

πελεκίσαι. χαλεπὸν γὰρ ὑβαμῶς ἠρεμεῖν ἠδύναντο ἰουδαῖοι. μάρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ στράβων ὁ καππάδοξ λέγων ὧδε. ἀντώνιος μὲν ἀντίγονον τὸν ἰουδαῖον ἀχθέντα εἰς ἀντιόχειαν πελεκίζει, καὶ ἔδοξε μόνος δὴ πρώτος ῥωμαίων βασιλέα πελεκίσαι, ἡγησάμενος οὐκ ἄλλως ἔτι ἕξειν τὸ ἔθνος μεταθεῖναι αὐτοῦ τὰς γνώμας πρὸς ἰουδαίους ὡς τε δίξασθαι τὸν ἀπ' ἐκείνου καθεστηκότα ἡρώδην. ἡδὴ γὰρ βασανιζόμενος βασιλέα αὐτὸν ἀναγορεύειν ὑπέμεινεν, ὅτως μεγάλη τις ἐφέστηκεν ὠφέλεια τῷ πρώτῳ βασιλέως. τὸ οὖν ἀτιμίαν νόμισι μειώσειν τὸ πρὸς αὐτὸν μνήμης, μειώσειν ἢ τὸ πρὸς ἡρώδην μῖσος. ταῦτα μὲν ὁ στράβων. κατὰ χρόνους ἦν τοῦ βασιλείαν ἡρώδου, πυθόμενος ὑρκανὸς ὁ ἀρχιερεύς, ὃν ἦγε πάρθοις αἰχμάλωτος, ἀφικνεῖται πρὸς ἡρώδην τὴν αἰχμαλωσίας ἀπολυθεὶς ἕνεκα τοιῆδε. βαρζαφάρνης καὶ πάκορος οἱ τῶν πάρθων στρατηγοὶ, λαβόντες αἰχμαλώτους, ὑρκανὸν τὸν πρῶτον ἀρχιερέα γενόμενον εἶτα βασιλέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἡρώδου φασάηλον, εἰς πάρθους ἀπῆγον. καὶ φασάηλος μὲν ἑαυτὸν φέρων τὴν ἐν τοῖς δεσμοῖς αἰσχύλην, πάσης ἡγούμενος ζωῆς κρείττονα τὴν μετὰ δόξης ἡγούμενος θάνατον, αὐτὸς ἑαυτῷ γίνεται φονεύς, καθὼς πρόσθεν.

A eum secuti persecutere. vix enim Iudæi contineri poterant in officio. Testis est Strabo sic scribens. Antonius Antigonum Iudæum perductum Antiochiam secuti subiecit: Romanorúmque primus affecit regem hoc supplicio, ratus non aliter posse adduci Iudæos vt Herodem pro illo regem constitutum admitterent. nam ne tormentis quidem adigi poterant vt appellatione regis eum dignarentur: tanta apud eos fuit prioris regis existimatio. quare visum est ignominiosa morte obscurare eius memoriam, & lenire publicum Herodis odium. Hæc Strabo. Hyrcanus autem pontifex captiuus apud Parthos cognito quòd Herodes regnum assecutus sit, reuersus est ad eum, in hunc modum dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorum duces, Hyrcanum qui primò pontifex, deinde rex fuit, & fratrem Herodis Phasaëlum, captiuos abduxerant: quorum Phasaëlus non ferens captiuitatis dedecus, & turpi vitæ honestam mortem præferens, seipse interfecit, sicut suprà diximus.

Κεφάλαιον ϛ'.

Ὡς ὅπως ὑρκανὸς ἀφεθεὶς ὑπὸ τῶν πάρθων πρὸς ἡρώδην ὑπέστρεψεν.

Cap. II.

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est.

B

Ὑρκανῷ δ' ἀναχθέντι, φράατης ὁ τῶν πάρθων βασιλεὺς, ἐπ' αὐτὸν ὁπλικὴς ἐγένετο προσελεύσεως τὸ τ' ἀξιώσεως αὐτῷ σχῆμον προπεφυσμένος. σχεδὸν δὲ τοῦτο δεσμῶν μὲν ἀφῆκεν. ἐν βαβυλῶνι δὲ κατάγεσθαι παρεῖχεν, ἔνθα καὶ πλῆθος ἦν ἰουδαίων. ὅτου τὸν ὑρκανὸν ἐτίμων. ὡς ἀρχιερέα τε βασιλέα, καὶ παῖ τὸ μέχρις ἀφράατη νεμόμενον ἰουδαίων ἔθνος. τῷ δ' ἦν ἀγαπητὰ ταῦτα. πυθόμενος δὲ τὸν ἡρώδην παρειληφέναι τὴν βασιλείαν, αὐτὸς μεταχωρεῖ τὴν ἐλπίσιν, ἐξ ἀρχῆς τε φιλοστόργως διακείμενος, καὶ τὴν χάριτος ὑπομνησθήσεσθαι προσδοκῶν, ὅτι κεινόμενον τὰ μέλλοντα θαι αὐτῷ ζημιῶδες, τὸν κινδύνευε καὶ τὴν κολάσεως ἐρρύσατο. λόγους δὲν προσεφέρετο τοῖς ἰουδαίοις, ἰέναι παρ' αὐτὸν ἐπισκεψομένους. οἱ δὲ φοβούμενοι καὶ μᾶλλον ἠξίουν, τοῖς ὑπουργίας ἅμα καὶ τὰς τιμὰς λέγοντες, ὡς οὐδὲν ἂν δεῖς αὐτῷ τὸ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς ἢ βασιλεῖς τιμῆς ἐξ αὐτοῦ εἶη, καὶ τὸ μεῖζον ὅτι μηδὲ ἐκεῖ τούτων μεταλαβεῖν δύναται, καὶ λώβῃ τοῦ σώματος ὑπὸ ἀντιγόνου πάθοι, τάς τε χάριτας οὐχ ὁμοίως ἀποδίδοσθαι τοῖς βασιλέων ἃς ἔλαβον ἰδιωτεύοντες, ἐξαλλαττούσης αὐτοὺς οὐκ ὀλίγως τῆς τύχης. τοιαῦτα καὶ τὸ συμφέρον ὑποτεινόντων, ὑρκανὸς πόθον εἶχεν ἀπιέναι. καὶ γράφων ἡρώδης παρεκάλει φίλως φράατου καὶ τὴν ἐκεῖ ἰουδαίων, μὴ φθονῆσαι δυνάμεως κοινὴν ἔχοντι τὴν βασιλείαν. ἄρτι δὲ εἰ ἦμεν αὐτῷ μὴ ἐκτίσας τὰς χάριτας ὧν εὖ πάσχοι, καὶ τραφεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ τιμηθεὶς, ἐκείνῳ ἢ κομίζεσθαι. τοιαῦτα γράφων ὑρκανὸν, πέμπει καὶ δῶρα τῷ φράατου πρεσβυτέρῳ σαραμάλλαν, καὶ δῶρα πλείω, μὴ διακωλῦσαι τὰς εἰς τὸ διιέναι αὐτὸν χάριτας, ὁμοίως φιλανθρωπευόμενος. ἦν δ' ἐκ τούτου δῆλον ἡ εὐνοϊκὴ, ὅτι ἢ τὸ μὴ κατ' ἀξίαν αὐτὸν ἄρχειν, ἐδεδοίκει τοῖς ἐξ ὅλου μεταβολὰς, καὶ τὸν ὑρκανὸν ἰσοχείριον ἔχειν ἐπεθύμει, ἢ καὶ παντάπασιν ἐκποδὼν ποιήσασθαι,

C

Cum Hyrcanum autem ad se perductum Phraates Parthorum rex propter claritatem generis comiter habuit: & vinculis solutum permisit Babylone degere, vbi magna erat Iudæorum frequentia. hi non aliter quàm pontifici ac regi Hyrcano honorem habebant, nec hi solùm, sed quantum Iudæorum vltra Euphratem habitat: ita vt non admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquam resciuit Herodem ad regiam dignitatem euectum, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiam ab eis expectans, quòd aliquando de capite periclitantem seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione consultare cum Iudæis, officij causa inuisere illum solitis: qui tamen vt maneret ei suadebant, commemorantes obsequia sua & honores quos exhiberent non aliter quàm vel regi vel pontifici: imò ne in patria quidem talem dignitatem eum obtinere posse, propter corpus mutilatum ab Antigono. nec reges solere meminisse accepti in priuata vita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamen his monitis Hyrcano potuerunt eximere patriæ desiderium. Herodes quoque ei scripsit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne sibi inuiderent communem cum genero futuram potestatem, nunc enim adesse tempus referendæ suo quondam & altori & seruatori gratiæ. Simúlque etiam ad ipsum Phraatem legatum misit Saramallam cũ multis muneribus, eblanditurum ne obstaret cupienti referre gratiam homini de se optimè merito. Nec tamen re vera hoc agebat: sed quia ipse grauis esset princeps, cauens mutationis occasiones, quærebat Hyrcanum in potestatem suam redigere, aut etiam omnino tollere:

D

E

F

G

id quod postea fecit. Tunc autem dimissum à Partho, & ab illis Iudæis honorificè adiutum viatico, cùm excepisset, in summo honore habuit: primúmque in conuentibus locum ei tribuendo, & in conuiuiis semper honoratiorem cedendo, patrémque appellitando, lactabat hominem quo minus suspicaretur insidias. quin & aliis artibus procurabat quicquid putaret sibi ad stabiliendum principatum conducibile, vnde tamen domesticæ seditionis enata est occasio. Cauens enim ne quis illustrium crearetur pontifex, accito Babylone obscuri generis sacerdote Ananelo, huic summum sacerdotium dedit. Mox igitur Alexandra non tulit hanc contumeliam, Hyrcani filia vxor Alexandri Aristobuli regis filij, ex quo liberos habebat, alterum formosissimum, nomine Aristobulum, alterum Mariamnen Herodis coniugem, insigni pulchritudine fœminam. Hæc iniquissimè ferebat contemptum filium, quòd eo superstite aliunde vocatus pontificatum vsurparet. Scribit igitur Cleopatræ per quendam fidicinem, vt pontificatum filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligente, amicus eius Gellius ob quædam negotia in Iudæam profectus, vt vidit Aristobulum, delectatus est eius forma, admiratus staturam adolescentis simul & pulchritudinē, nec minus Mariamnem regiam coniugem, felicémque prole Alexandram prædicans. cum qua collocutus persuasit vt depictas amborum effigies ad Antonium mitteret. fore enim vt his conspectis ille nihil non à se impetrari patiatur. his verbis excitata mulier eas effigies ad eum transmisit. Gellius quoque rem exaggerabat, affirmans eos sibi visos non mortali, sed planè diuino natos genere, volens Antonium in amores pellicere. qui indecorum sibi ratus puellam Herodi nuptam accersere, atque etiam Cleopatræ suspiciones vitans, scripsit vt aliquo honesto prætextu filium ad se mitteret, addens nisi molestum videatur. Quæ postquam relata sunt Herodi, non putauit tutum Aristobulum in ipso flore ætatis, videlicet decimumsextum agentem annum, adhæc genere nobilissimum mittere ad Antonium, primùm Romanorum nemini cedentem, deinde procliuem ad libidines, & huiusmodi voluptates, vndecunque venantem impune propter potentiam. Rescripsit igitur, si vel pedem è regno suo moueat adolescens, fore vt cuncta complcantur bellicis tumultibus, Iudæis nouationem rerum sub alio rege sperantibus. hoc pacto cùm satisfecisset Antonio, decreuit non omnino adolescentem & Alexandram spernere, vxore etiam Mariamne assiduis precibus obtundente vt fratri debitum pontificatum redderet, dicentéque ipsi quoque id fore commodum, adempta per honorem adolescenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorum concilio, multis verbis in Alexandrā inuectus est: eā & clàm regno suo insidiatā, & per Cleopatrā id agere vt ope Antonij à se regimen transferatur

τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐν ὑστέρῳ. τότε μέντοι γε ἐπειδὴ παρ' αὐτῶν πεπεισμένος, ἀφέντος τε τὸ πάρθου καὶ τῆς Ἰουδαίων χεήματα ὠφελομένων, ἀπάσῃ τιμῇ ἐδεξάμενος αὐτὸν, ἔν τε τοῖς συλλόγοις τ' πρῶτον ἐτίμα τόπον, καὶ ὠφελᾶς ἐσιάσεις ἐποιεῖτο καθεπλίνων ἐκπέτα, πατέρα καλῶν, καὶ παντελῶς τὸ τ' ὄπιθεν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτον ἐποιεῖτο. ἐπεκαθίζατο ἢ καὶ τἄλλα πρὸς τὸ συμφέρον τῆς ἀρχῆς, ἐξ ὧν αὐτῷ καὶ τὰ ἐκεῖ τῷ οἰκίαν ἐσασιάθη. φυλαττόμενος γάρ πα τῆν ὄπισθεν ὑποδεικνύειν ἀρχιερέα τὸν θεὸν, μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς βαβυλῶνος ἱερέα τῆν ἀσημοτέρων ἀνανήλον ὀνόματι, τούτῳ τῷ ἀρχιερωσύνην δίδωσιν. δύθις οὖν ἐκ ἐνέγκειν ἀλεξάνδρα τῷ ἐπήρειαν. θυγάτηρ μὲν ὑρκανῦ, γυνὴ ἢ ἀλεξάνδρου τοῦ ἀριστοβούλου βασιλέως, ἐξ ἀλεξάνδρου παῖδας ἔχουσα, τὸν μὲν ἄρρα κάλλιστον, ἀριστόβουλον καλούμενον, τὴν δ' ἡρώδη συνοικοῦσαν μαριάμμην, δυμορφίᾳ ἐξαίσιμον. ἐπειράετο ἢ καὶ χαλεπῶς ἔφερε τὴν ἀτιμίαν τοῦ παιδὸς, ὡς θείοτος ἐκείνου, τῆν ὄπιλήπτων τὴς ἀξιοῦσαν τῆς ἀρχιερωσύνης. ἡ γοῦν κλεοπάτρα μουσυρίου τινὸς αὐτῇ συμπεφαγματευομένου τὰ ἐκεῖ τῷ κομιδῇ τῆν γραμμάτων, αἰτεῖται παρ' ἀντωνίου τὴ παιδὶ τῷ ἀρχιερωσύνην. ἀντώνιος ἢ ῥαθυμότερον ὑπακούοντος ὁ φίλος αὐτῷ ἄλλος εἰς ἰουδαίαν ἐλθὼν ὅπῃ πινας χρείας, ὡς εἶδε τὸν ἀριστόβουλον, ἠράσθη τε τ' ὥρας, καὶ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος ἐθαύμασε τοῦ παιδὸς, ἐχ ἧττον ἢ τῷ μαριάμμῃ συνοικοῦσαν τῇ βασιλεῖ. καὶ δῆλος ἦν καλλίπαιδά πα τῷ ἀλεξάνδραν διειληφώς. ἐκείνης ἢ εἰς λόγους ἐλθούσης αὐτῷ, πείθει γεγραμμένην ἀμφοτέρων εἰκόνας, ἀντωνίῳ δεπέμψαθαι. θεασαμένου γὰρ ἐδενὸς ἀθετήσειν ὧν αἰτοῖ. τούτοις ἐπαρθεῖσα τοῖς λόγοις ἀλεξάνδρα, πέμπει τὰς εἰκόνας ἀντωνίῳ. καὶ δῆλος ἐτεροτρόπετο λέγων ὡς ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ δοκεῖν, ἀλλά τινος θεῦ γεγένθαι τοῖς παῖδας, ἐπεγραμματεύετο ἢ δι' αὐτῷ πρὸς ἡδονὰς ἐλκύσαι τὸν ἀντώνιον. ὁ ἢ, τῷ μὲν κόρῳ ἠδέσθη μεταπέμπεσθαι, γαμπρῷ ἠράσθη, καὶ τοῖς εἰς κλεοπάτραν δεβολὰς ἐκ τοῦ τοιούτου φυλαττόμενος. ἐπέστειλε ἢ πέμπειν τὸν παῖδα σὺν δωρεᾷ, πρεσβεύσειν, εἰ μὴ βαρὺ δοκοίη. τούτων ἀπενεχθέντων πρὸς ἡρώδην, ἐπ ἀσφαλὲς ἔκρινεν, ὥρᾳ τε κάλλιστον ὄντα τὸν ἀριστόβουλον, ἐκπαιδευόμενος ἢ ὧν ἐτύγχανε, καὶ ἥβην πρεσβύτατα πέμπει παρὰ τὸν ἀντώνιον, ἰσχύοντα μὴ ὡς ἐπ ἄλλος τότε βωμαίων, ἕτοιμον ἢ τοῖς ἐρωτικοῖς αὐτὸν ὑποθέναι, καὶ τὰς ἡδονὰς ἀφελαλύπτως ἐκ τῷ δυνάσθαι προεξόμενον. ἀπέγραψεν οὖν, ὡς εἰ μόνον ἐξέλθοι τῆς χώρας τὸ μειράκιον, ἅπαντα πολέμου καὶ ταραχῆς ὑποπλησθήσεται, ἰουδαίων ἐλπισάντων μεταβολὴν καὶ νεωτερισμὸν ἐπ' ἄλλῳ βασιλεῖ. τούτοις ἢ παρατησάμενος τὸν ἀντώνιον, ἐγνω μὴ μέχει παντὸς ἀπομάζειν τὸν παῖδα τῷ ἀλεξάνδραν, ἀλλὰ καὶ τῆς γυναικὸς μαειάμμης ἐγκειμένης λιπαρῶς ἀποδοῦναι τὰδελφῷ τῷ ἀρχιερωσύνην, καὶ συμφέρειν αὐτῷ κείνων, ἵνα μηδ' ἀποδημῆσαι δυνατὸν ᾖ τεπιμημένῳ. σύλλογον ποιήσας τῆν φίλων, ἠτιᾶτο πολλὰ τ' ἀλεξάνδραν, κρύφα τε ὄπιθεν βουλεῦσαι λέγων τῇ βασιλείᾳ, καὶ δῆλ τ' κλεοπάτρας πειρᾶσθαι ὅπως αὐτὸς μὲ ἀφαιρεθῇ τῷ ἀρχιῷ, τὸ ἢ μειράκιον αὖτ' αὐτῷ ὠφελάβοι τὰ πεφύγμενα δι' αὐ-

A B C D E F G

δι' ἐπιστολῆς. ἢ ταῦτα βούλεσθαι μὲν ἐκείνῳ ὑ διαφέρως, A
ὁπότε ἢ τ' θυγατέρα συναποστερῶν τ' ὕσης αὐτῇ πρε-
πῶς, ἔταραχὰς ὅτι τῇ βασιλείᾳ παρεγματεύοντα,
πολλὰ πονήσαντος αὐτοῦ, ἢ κτησαμένῳ κινδύνοις τοῖς ὑ
τοιχοῦσιν. ὑ μὲν δὴ παρημυθήσατο αὐτὸς ὧν ὑ κακῶς
ἐκείνη παρέξειεν, διαφερόντως τε ἐξ ὧν εἰ αὐ-
τοὺς, ἀλλὰ ἢ νεῷ ἔφη διδόναι τῷ παρὰ τ' ἀρχιερωσύ-
νῃ, ἢ πάλαι παρεκτετάσθαι τ' ἀνάπλεων, παρόν
παντάπασιν ὄντος ἀρίβουλου. τοιαῦτα λέγοντος ἐκ ἀ- B
πεικότως, ἀλλ' ὅσαπερ ἠξίει μάλιστα παρεφορτισμένως,
ἐς ἀκάτιον γυναικῶν καὶ τῷ συμφιλαληφότων
φίλων, ἀβασανίστως ἅμα, ἢ χαρᾷ τῷ ὑ παρόντων
ἀπολαῦσαι, ἢ δέει τ' ὑποψίας, ἀλεξάνδρα μὲν δακρύων ἀπο-
λογεῖται. ὡς μὲν τῆς ἱερωσύνης φαμένη, πᾶν ὅπερ
ἂν ἀδοξίας ἀπουδάσαι. βασιλείᾳ δ' μήτε ἐπιθέ-
σθαι, μήτ' ἂν εἰ ἢ παρόσοι, βούλεσθ λαβεῖν ἢ νεῷ
ἀπορρώντως τιμῆς ἔχουσα, ἀλλὰ τῷ ἀρχιερᾷ τ' ἐκείνῳ, C
τῷ τε ἀσφάλειαν τῷ ἐκ τ' δύνασθαι μᾶλλον ἑτέ-
ρων ἄρχειν αὐτὸν, ἅπαντα τῷ γῆρᾳ ἀφιέσαν. νεῷ τε
νενικημένῃ ταῖς διεργασίαις, δέχεσθαι μὲν εἰς τὸν
ἐφ' τῷ τιμῇ. ἔσεσθαι δ' πρὸς πᾶν ὑπήκοος, πα-
ραπαίσθ δ' κἂν εἴπ ἀλλ' τὸ ἦθος καὶ τῷ ὕσαν αὐτῇ
παῤῥησίαν παρπεπτώκειεν ὑπ' ἀναξιοπαθείας δέ-
σεσιν. ὕστερος ἀλλήλοις ὡμολόησαντες ἢ ἀπουδαιότερον
ἢ θᾶττον ἐν δεξιαῖς δεδύοντο, πάσης ὑποψίας ὡς ἐ-
δόκουν ἐξηρημένης.

Κεφάλαιον γ'.

Ως ἡρῴδης ἀριστοβούλου τὸν τ' γυναικὸς μαριάμμης ἀδελφὸν
ἀρχιερέα καταστήσας, μετ' οὐ πολὺ διαφθα-
ρῆναι παρεσκεύασεν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἡρῴδης, ἀθυμῶν μὲν ἀφαιρεῖται τ' ἀρ-
χιερωσύνην ἀνανήλου, ὀργὴ μὲν ὡς ἢ πρότερον E
ἔσεσθαι ἐν ὑπηκόῳ, ἀλλὰ τ' ὑπ' ὀψὲ ἀπω-
κισμένων ἰουδαίων. ὑ γὰρ ὀλίγαι μυριάδες τῶνδε τ' λαῶν
ἐπὶ τῶν βαβυλωνίαν ἀπῳκίσθησαν, ἔνθεν δὴ ἀνάνη-
λος, ἀρχιερατικοῦ γένους, ἢ πάλαι κ' σωνήθειαν ἡ-
ρῴδῃ ἀσυδαζόμενος. τοῦτον αὐτὸς μὲν ἐτίμησε, ὅτι τ'
βασιλείαν παρέλαβεν. αὐτὸς δ' κατέλυσεν, ὅτι τῷ
παῦσαι τὰς οἰκείας ταραχὰς ὠφέλημα ποιῶν. ὑ γὰρ
ἄλλος γέ τις ἀφηρέθη τῶν τιμῶν ἅπαξ ὠφελαβών.
ἀλλὰ πρῶτος μὲν ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς ἔλυσε τ' νόμον, F
ἀφελόμενος μὲν ἰησοῦν, καταστήσας τὸν ἀδελφὸν ὀ-
νίαν. δεύτερος δ' ἀριστόβουλος ὑρκανὸν ἀφείλετ' τ' ἀ-
δελφόν. ἡρῴδης δ' τοῦτος ἀντιπαρέδωκε τῷ ἀρχιῷ
ἀριστοβούλῳ τῷ παιδί. ἔστε μὲν ἐδοκεῖ τεθεραπευ-
κέναι τὰ ἐς τὸν οἶκον. ὑ μὲν ὅπερ εἰκὸς ἐν ἀλλογε-
νέσιν ἀνυπόπτως διετέλει. τῷ ἀλεξάνδρᾳ ὅτι τε τοῖς
ἐγχειριδίοις ἤδη, ἢ καιρὸν εἰ λάβοι νεωτέρων πρα-
γμάτων ἠξιωκὼς δεδοικέναι. παρεστάτουν οὖν ἔντε
τοῖς βασιλείοις διατείβειν, καὶ μηδὲν ἐπ' ἐξουσίας G
δρᾶν. ἐπιμελεῖς τε ἦσαν αἱ φυλακαὶ, λανθάνοντος
οὐδὲ ἓν πρὸς τῷ καθ' ἡμέραν διαγαν ἐπιτηδεύ-
οντο. ταῦτα πάντα κατὰ μικρὸν αὐτῷ ἐξηγρίου, ἢ
μῖσος ὑπεφύετο. φρονήματος γὰρ ἐμπλέως οὖσα
γυναικείου, ἐκ τῆς ὑποπτου ἐπιμελείας ἀπεξιο-
πάθει, φαυτὸς ἕ τινος ἀξιοῦσα μᾶλλον, ἢ τῆς παῤῥησίας στερομένη, τιμῆς ἐπιφερείᾳ, μὴ δουλείας

in puerum: idque tanto iniustius eam moliri, quod & filiam suam interim honore parte priuare conetur, & regnum perturbatione reipublicę aliis parare, quod ipse quæsisset multis laboribus ac periculis, se tamen præteritorum libenter obliuisci, nec desinere pietatem erga eã cæteráque necessitudines colere: & nunc eius filio pontificatum reddere, cui Ananelus hactenus propter ætatem immaturam præfuit. Hæc postquam elocutus est verbis meditatis, quo magis fucum faceret mulieribus & amicorum consistorio. Alexandra vix sui compos tum præ gaudio tum quòd se suspectam intelligeret, cœpit cũ lacrymis pro se verba facere, fassa pro sacerdotio nihil non tentasse indignitatis & contemptus impatientia: regnum autem negans se vel ambisse vnquam, vel etiam si vltro offertetur, admissuram fuisse. Satis honoris sibi videri, quòd filiam cũ ipso regnare videat, satisque ita consultum securitati totius familiæ. Victam igitur beneficiorum magnitudine accipere se honorem filij, futurámque posthac regi obsequentissimam: veniámque præteritorum petere, si quid fiducia generis & necessitudinis propter indignitatem rei egisset immodestius. Post hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis vicissim dextris discesserunt, omni vt tum videbatur suspicione sublata.

Cap. III.

Herodes Aristobulum coniugis suæ Mariammes fratrem pontificem declaratum non multo post necandum curauit.

TVm rex confestim pontificatum abrogat Ananelo, viro peregrini generis, vtpote natò ex Iudæis olim vltra Euphratem traductis per Assyrios, vt antè diximus. Multa enim millia huius gentis Babyloniam incolunt, vnde & hic erat, à pontificibus alioquin oriundus, & Herodi iamdudum notus familiariter. Eum adeptus regnum cum autoritate sua pontificem fecisset, ipse postea deposuit quo familiam suã componeret perturbatam, propter neglectas leges patrias. alioquin honor hic semel assumptus solet esse perpetuus. primus Antiochus Epiphanes eam legem violauit, pro Iesu subrogato in hoc sacerdotium fratre ipsius Onia. Secundò Aristobulus ab Hyrcano fratre eum honorem in se transtulit. Tertius Herodes Aristobulum adolescentem viuo adhuc pontifici successorem dedit. atque ita tum visus est discordiæ domesticæ attulisse remedium. nec tamen vt decebat post reconciliationem vacauit suspicionibus, veritus Alexandram ne in posterum quidem quieturam, si daretur rerum nouandarum occasio. Iussit igitur eam continere se intra regiam, & nihil pro potestate agere. ad hæc obseruabatur assiduè, ita vt nihil regem lateret, ne eorum quidem quæ ad quotidianam viuendi rationem attinent: quæ omnia exasperabant eam, & incitabant ad odium. plena enim muliebri superbia suspectam se obseruari indignissimè ferebat, malens quiduis potius pati, quã amissa licentia, honoris specie in seruitutẽ

& timore vitam degere. misit ad Cleopatram A
literas, præsentem rerum suarum statum deplorans, & rogans vt opem aliquam sibi afferat. Illa iussit eam vnà cum filio clàm in Ægyptum ad se confugere. quod consilium placuit, móxque tale quiddam comminiscitur. Paratis duabus landapalis in has se & filium inclusit, iussis famulis conscijs, vt noctu has afferrent. erat autem mare petendum, vbi paratum stabat nauigium quod eos in Ægyptum deueheret. hæc apud Sabionem amicum mulieris Æsopus ipsius seruus effutiuit, putans eum B
non inscium eius consilij. quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi socius insidiarum quibus Antipater veneno sublatus est, arripuit occasionem conciliandæ sibi per hoc indicium regiæ beneuolentiæ: & ad eum insidias Alexandræ detulit. at ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamC
men erroris dedit, non ausus ei mali quicquam facere. Verebatur enim non cessaturam Cleopatram, odij tali ansa præbita. quare simulata magnanimitate, volebat per clementiam videri indulgentior. statuit tamen modis omnibus adolescentem tollere. sed interponenda erat mora, quo magis laterent insidiæ. Iamque instabat Scenopegia, festum apud hoc cum primis celebre, cuius solennitatis dies decreuerat cum reliquo populo per hilaritatem D
exigere. attamen hinc quoque data est occasio per inuidiam, quo magis acceleraret quod semel statuerat. Postquam enim adolescens annum tum egressus decimumseptimum, sacris iuxta legem operaturus ad altare ascendit ornatu pontificali, ceremoniásque decenter tractabat ipse, eximia forma & statura quàm pro ætate procerior, tota facie generis dignitatem præferens, conuertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis seE
cum etiam aui Aristobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim se aperiebant, confusi nimio gaudio, nec continentes faustas voces ac comprecationes, licentius, quàm sub tali rege decebat, proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerunt Herodem, vt quod de adolescente decreuerat, perficeret. Itaque peracta festiuitate dum apF
pud Alexandram accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adolescente, ostendebat se paratum in eius gratiam iuueniliter colludere. cúmque loci eius natura esset æstuosior, citò defessi relicto lusu, magnis piscinis quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant meridiano tempore. ac primùm spectabant natantes quosdam è sociis & famulis: deinde postquam prouocante HeroG
de adolescens quoque eis se miscuit, amicorum quibus hoc datum erat negotium, deprimentes eum natantẽ, & quasi per lusum ac petulentiã mergentes non priùs destiterũt quàm

κὴ φόβῳ καταζῶν. ἔπεμπεν οὖν πρὸς τὴν κλεοπάτραν, ἐν οἷς εἴη σωτερχῶς ὀδυρόμενος, κὴ παρακαλοῦσα βοηθεῖν αὐτῇ κατὰ δύναμιν. ἡ δὲ λαθοῦσαν ἐκέλευσεν ἐπ' αἰγύπτου σὺν τῷ παιδὶ πρὸς αὐτὴν ἀποδιδράσκειν. ἐδόκει τε ταῦτα, κὴ τεχνάζεται τοιάδε. δύο λαρνακας, ὡς εἰς σκηνοπηγίαν νεκρῶν παρασκευασμένας, ταύτας αὐτὴ κὴ τὸν υἱὸν ἐνέβαλεν, ἐπιτάξασα τοῖς οἰκετικοῖς σωφρόσι, διὰ νυκτὸς ἐκφέρειν. ἦν δὲ τοῦτο ὅπως θάλατταν ὁδὸς αὐτοῖς, κὴ πλοῖον ὁ διαπλεύσειν εἰς τὴν αἴγυπτον ἔμελλε παρασκευασμένον. ταῦτα σαββίωνι τῷ ἐκείνης φίλων ἁπάντων οἰκέτης αὐτῆς ἀπαγγέλλει πρᾶγμα. ὃς εἰδὼς φράσας. πυθόμενος δὲ σαββίων, κὴ γὰρ ἦν ἐχθρὸς ἡρῴδου πρότερον, ὅτι τῷ ἐπιβουλευσάντων ἀντιπάτρῳ κατὰ τὴν φαρμάκειαν εἷς ἐνομίζετο, τὸ μῖσος ὑπαλλάξεσθαι τῆς πρὸς τὸν μειράκιον δυνοίας προσεδόκησε. Ϛ καταλέγει τῷ βασιλεῖ τὴν τῆς ἀλεξάνδρας ἐπιβουλήν. ὁ δὲ, τὴν μὲν ἕως τῆς ἐγχειρήσεως ἐάσας προελθεῖν, ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸ δεσμὸν συνέλαβε. παρῆκε δὲ τὴν ἁμαρτίαν, χαλεπὸν μὲν ὀδὼν, εἰ καὶ σφόδρα βουλόμενον ἐν ἀπιθανίᾳ, τολμήσας δὲ γὰρ ἀναχέσθαι κλεοπάτραν, αἰτίαν ὅπως τῷ πρὸς αὐτὸν μίσει λαβεῖν. ἐμφάνων δὲ μεγαλοψυχίαν μᾶλλον ἐξ ἐπιεικείας αὐτοῖς συνεγνωκέναι. προὔκειτο μέντοι παντάπασιν αὐτῷ τὸ μειράκιον ἀποδοὺς ποιεῖσθαι. τὸ δὲ μὴ ταχὺ μηδ' ἅμα τοῖς πεπραγμένοις, ἐδόκει πιθανώτερον εἰς τὸ λανθάνειν. κὴ τὴν σκηνοπηγίας ἑορτάσας, ἑορτὴ δ' ἐστὶν αὕτη παρ' ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα σεμνή, ταύτας τὰς ἡμέρας ἐπιβάλλετο, κὴ πρὸς διαφθορὰν αὐτός τε κὴ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐν. ἐκίνησε δ' αὐτὸν ὅμως καὶ τῷ τοιῶνδε διαπεῦσαι τὰ περὶ τὴν προαίρεσιν ἐμφανῶς παροξυνόντων ὁ φθόνος. τὸ γὰρ μειράκιον ἀριστόβουλος, ἑβδομὸν ὑπὲ τοῖς δέκα γεγονὼς ἔτος, ἐπειδὴ κατὰ νόμον ἀνῆλθεν ὅπὲ τὸν βωμὸν συντελέσων τὰ θύματα, τόν τε κόσμον ἔχων τὸν τῷ ἀρχιερέων, Ϛ τὰ πρὸς τὴν θρησκείαν ἐντελῶν, κάλλει τε κάλλιστος κὴ μεγέθει πλέον ἢ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὑφράγων, τῷ μὲν περὶ τὸ ῥύμους ἀξιώματος πλεῖσον ἐν τῇ μορφῇ διαφαίνων, ὁρμή τε τῷ πλήθει πρὸς αὐτὸν δυνοίας ἐγίνετο, κὴ τῷ ἀεισοβήλῳ τῷ πάππῳ πεπραγμένων ἐναργὴς μνήμη παρέσχε. κωμῶμοί τε κατὰ μικρὸν ἐξηλέγχοντο τὰς διαθέσεις, χαίροντες ὁμοῦ κὴ συγχεόμενοι, Ϛ φωνας εὐφήμους εἰς αὐτὸν ἀφιέντες εὐχὰς μεμιγμένας, ὡς ἐμφανῆ γενέσθαι τὴν εὔνοιαν τῷ ὄχλων, Ϛ προπετεστέραν ἐν βασιλείᾳ δοκεῖν τὴν ὧν εὐπεπόνθεσαν ὁμολογίαν. ὅπὲ τούτοις πᾶσιν ἡρῴδης ἔγνω τὴν προαίρεσιν ἐν ἔχειν εἰς τὸ μειράκιον ἐξεργάσασθαι. κὴ τ' ἑορτῆς παρελθούσης, εἰσιᾶτο μὲν ἐν ἰσεριχοῦντι, δεχομένης αὐτοὺς τῆς ἀλεξάνδρας. φιλοφρονούμενος δὲ τὸ μειράκιον κὴ προελκων εἰς ἀδεῆ τόπον, ἕτοιμος ἐν συμπαίζειν κὴ νεανικεύεσθαι κεχαρισμένως ἐκείνῳ. τῷ δὲ πρὸς τὸν τόπον ἰδιώματος δεινοτέρου τυγχάνοντος συνειλεγμένοι τάχιον ἐξῆλθον ἀλύοντες, κὴ τὰς κολυμβήθρας ὑπισάντες, αἳ μεγάλαι πρὸς τ' αὐλὴν ἐτύγχανον, αὐέψυχον τὸ θερμώτατον τ' μεσημβρίας. κὴ πρῶτον μὲν ἐώρων τοὺς νέοντας τῆς οἰκετῆς Ϛ φίλων. ἔπειτα προαχθέντος κὴ τῷ μειράκιο τῆς Ϛ τὸν ἡρῴδ ἐν παροξυνάν, τῆς φίλων οἷς ταῦτα ὑπῆκτο, σκότους ὑπέχοντος, βαρυνῶντες ἀεὶ κὴ βαπτίζοντες ὡς ἐν παιδιᾷ νηχόμενον, οὐκ ἀπῆκαν ἕως Ϛ παντά-

παντάπασιν ἀπογνύξαι. καὶ διεφθαρμένος ἤδη ὁ Ἀριστόβουλος, ὀκτωκαιδέκατον μὲν ἀπὸ τῶν βιῶν ἔτος, τὸν δ' ἱερατεύειν καταλαχὼν ἑαυτὸν, ὡς ἀνάπλεως ἐκομίσατο πάλιν. ἐξαλλαγεὶς δὲ τῆς πάθους τὴν γυναῖκα δυσὶ μὲν ἐκ μεταβολῆς θρηνῶν ὡς ἔτι φθειρομένῳ τῷ νεκρῷ, καὶ πένθος ἄχετον, ἅτε πόλεως ὅλης διαδεδεγμένης ὑπερήλγει, πάσης ἑστίας οἰκείαν συμφορὰν ὡς ἐπ' ἀλλοτρίῳ γινομένῳ. Ἀλεξάνδρα δὲ καὶ μᾶλλον ἐπάθησε διὰ συνείσει τὸν ἀπωλείας. τὸ μὲν ἀληθὲς ἐκ τῆς γνώσεως ὅπως ἐφθάρη πλεῖον ἔχουσα, τὸ δὲ καρτερεῖν ἀναγκαῖον ὅτι μείζονος κακοῦ προσδοκίᾳ ποιουμένη. καὶ πολλάκις μὲν ἦλθεν αὐτοχειρίᾳ ἀναγράψασθαι βίον, ἐπέσχεν δ' ὅμως εἰ δυνατὸν ζῶσα προσαρέσαι τῷ κατ' ὀλίγον ἀνόμως διεφθαρμένῳ, τότε πλέον ἐντεῦθεν αὐτῇ παρεκρατεῖτο βίον, καὶ τὸ μηδεμίαν ὑποψίαν ὑπιδοῦναι τῷ κτείνοντι προλέσθαι τὸν ἐπὶ ἐκδικίᾳ ἀμείνω εἰς δυναμείας ἀμείνω νομίζεσθαι. κἀκείνη μὲν ἐγκρατῶς ἔφερε τὴν ὑποψίαν. Ἡρώδης δὲ πᾶσι τοῖς ἔξωθεν πιθανῶς ἐπεσκιάζετο, μὴ μὴ προσοίσειν ἡδέσθαι τῷ παιδὶ τὸν θάνατον, οὐχ ὅσα προὸς πένθος ὑπιδεύων μόνον, ἀλλὰ καὶ δάκρυσι, χρώμασι, καὶ σύγχυσιν τοῦ ψυχῆς ἐμφαίνων ἀληθινήν. ἔχθρα μὲν τῶν πάθους ὑποκρινόμενος αὐτὸν, εἰ ὄφελος τοῦ τε ὠφελείας καὶ τοῦ κάλλους, εἰ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ὁ θάνατος τοῦ παιδὸς ἐνομίζετο, δῆλον δ' ὡς ὑπολογίαν αὐτὰ πραγματεύόμενος. ἔσχε μέντοι εἰς τὴν πολυτέλειαν τοῦ ἐκφορᾶς καὶ μᾶλλον ὑπερεβλήξατο, πολλὴν μὲν τὴν σκηνὴν τοῦ τε ἔσας καὶ τὸ πλῆθος τῶν θυμιαμάτων ποικίλος, πολλὴν δὲ συγκαταθάπτων κόσμον, ὡς ἐκπλῆξαι τὸ λυπηρὸν τοῦ ἐν ταῖς γυναιξὶν ἀλγηδόνος, καὶ σκεδασθῆναι τούτῳ τῷ μέρει.

Κεφάλαιον δ'.

Ὡς κλεοπάτρα τῆς τῶν ἰουδαίων καὶ ἀράβων ὑπιβουλεύουσα βασιλείας, μέρη λαβεῖν αὐτῆς ἰσχυσιν παρ' ἀντωνίου.

Τὴν δ' ἀλεξάνδραν ἤττησε μὲν ἤδη τῶν τοιούτων. ἀεὶ δὲ καὶ μᾶλλον ἡ μνήμη τοῦ κακοῦ παρέχουσα τῷ ὀδύνῃ ὀδυρτικῶν ἐποίει καὶ φιλόνεικον. καὶ γράφει τῷ ὑπιβουλῇ Ἡρώδου τῇ κλεοπάτρᾳ, καὶ τῷ ἀπωλείαν τοῦ παιδός. ἡ δὲ, καὶ πάλαι σπεύδουσα προσαρέσαι δεομένῃ, καὶ τὰς ἀτυχίας οἰκτίρουσα δ' ἀλεξάνδρας, αὐτὸ ἐποιεῖτο τὸ πᾶν πρᾶγμα. καὶ ἀντώνιον ἀεὶ αἰεὶ πεισθαι τὸν φόνον τοῦ παιδὸς παροξύνουσα. ὁ δὲ ἄξιον Ἡρώδην δι' αὐτὸ καταστατὰ βασιλέα τῆς ἤδη προσηκούσης ἀρχῆς, εἰς τοὺς ὅντως βασιλεῖς τοιούτας ὑπιδείκνυσθαι δυναμίας. τούτοις ἀναπειθόμενος ἀντώνιος, ὡς δὴ λαοδικίας ἐς ἄλλα, πέμπει καλέσων Ἡρώδην ἐλθόντα περὶ εἰς ἀειτοῦ βουλὴν ὑπολογήσασθαι. προσέχθη δὲ ἀ ὀρθῶς τῇ ὑπιβουλῇ, εἰ δι' αὐτὸ γέγονεν. ὁ δὲ, τῇ τε αἰτίαν διδοικὼς καὶ τὴν κλεοπάτρας δυσμένειαν, ὡς ἀνῆκεν ἐξεργαζομένη κακοήθως αὐτῷ τὸν ἀντώνιον ἔχειν, ἐγνω μὲν ὑπακούειν, οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι προήττητο. ἐλεῖν, καταλιπὼν δὲ τὸν θεῖον αὐτοῦ ἰώσηπον ὑπέρτερον τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ ἐκεῖ πραγμάτων, ἐπιστέλλατο λελησόμενος εἰ πάθη τι παρ' ἀντωνίῳ, πρᾶγμα καὶ τῷ μαιεύμενῳ ἀπιλεῖν. ὅπως τε δὲ ἔχειν φιλοσόφως πρὸς τὴν γυναῖκα

omnino aqua præfocatus sit. His fuit Aristobuli exitus anno ætatis decimooctauo, pontificatus primo, qui mox ad Ananelum redit. hic casus vbi mulieribus renunciatus est, versa repente rerum facie lamentatio exoritur supra cadauer iuuenis & luctus incomolabilis: totámque vrbem rumore spatso mœror occupat, nulla non domo calamitatem deflente tanquam propriam. sed præcipuus fuit dolor Alexandræ, quam & si dolus non fefellit, perpeti tamen metu maioris mali necesse habuit: & sæpè ad inferendam sibi manum promtor, impetum tamen hunc animi repressit, si fortè superesse posset extincto per summum nefas filio, & retenta diutius vita nullam significationem dare quòd data opera necatum tenuisset, donec aliquando se offerret vltionis facultas. quapropter dissimulanter hoc tulit, nullam suspicionem præ se ferens. At Herodes modis omnibus curabat fidem facere, se inscio casum hunc contigisse, non luctum solùm fingens, sed & lacrymas & mœstitiã veræ simillimam. ac fortasse veræ etiam miserationis nonnihil sentiebat ad conspectum extincti in ipso flore ætatis ac pulchritudinis, tametsi mortem eius plurimum ad securitatem suam existimaret conducere: sed potissimum hoc agebat vt alienus videretur ab hoc crimine. Cæterùm quod ad magnificentissimum funeris apparatum attinet, nihil sibi ad summam liberalitatem fecit reliquum, tam in exornando conditorio, quàm in congerendis eò aromatibus & aliis rebus preciosissimis, quo maius miseris mulieribus hoc pacto afferret solatium.

Cap. IV.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur.

Alexandra tamen nullo modo emolliri potuit, sed in dies magis ac magis exacerbante mœstitia, per luctum accendebatur ad vindictæ desiderium. Per literas igitur insidias Herodis Cleopatræ indicat, simulque filij sui miserabilem interitum. Illa verò iamdudum adiuuandi eam cupida, & tum etiam miserata mulieris infortunium, non secus quàm proprium curauit hoc negotium: nec vnquam destitit incitare Antonium ad vlciscendam necem iuuenis: indignum facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimam regum stirpem tam insolenter debacchari. His permotus Antonius postquam Laodiceam peruenit, accersiuit ad se Herodem dicturum causam de obiecto necis Aristobuli crimine: factum enim improbabat, si quidem ipse Herodes autor eius fuisset. At ille nec causæ suæ satis fidens, & Cleopatræ odia metuens, indesinenter Antonium contra se irritantis, decreuit quidem parere: neque enim aliter facere poterat, sed commissa regni cura Iosepho patruo, clàm ei mãdauit, vt si Antonius in se grauius aliquid statuisset, confestim Mariamnen interficeret. sic enim se affectum erga vxorem,

vt etiam si post ipsius mortem aliquem potiri contingat illius pulchritudine, ad suam id iniuriam pertinere existimet. aiebátque totum hoc negotiũ exhiberi sibi propter eius fœminæ formam, in quam ille iam pridem fama cognitam accensus sit. atque his mandatis, non admodum læta sperans de rerum suarum exitu, proficiscitur ad Antonium. Porrò Iosephus creditum sibi regimen administrans, & sæpissimè Mariamnem conueniens, partim propter negotia, partim honoris causa, dum crebra mẽtio fit coniugalis amoris quo eam Herodes prosequeretur: irridentibus hanc eius asseverationem mulieribus, præsertim Alexandra, ille nimio studio approbandi eis affectum regis eò prouectus est vt mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argumentum, quòd neque sine ea viuere substineret, neque vel morte ipsa ab ea disiungi. quę Iosephi verba mulieres non tam indubitatum Herodis amoris signum interpretatæ sunt, quàm exhorrúerunt illius tyrannicum animum, si vel mortuus sæuiret in earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis regis sparsus est, excruciatum eum ab Antonio neci traditum: qui cùm reliquam regiam turbauit, tum mulieres maximè. Alexandra verò etiam Iosephum hortata est, vt assumens eas ad signa legionis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni custodiam circa vrbem tendebat sub tribuno Iulio. sic enim primum si quid turbarum in aulam incideret, ipsas in tuto fore propter Romanorum beneuolentiam. Deinde sperandum esse consequuturam quiduis Mariamnen, si in Antonij conspectum venerit, atque etiam regnum recepturam & quicquid debetur regio generi. Tenente adhuc ea consultatione, literæ ab Herode superuenerunt rumori contrariæ. quamprimùm enim venit ad Antonium, muneribus eum placauit quæ in hoc Hierosolymis attulerat: & crebris colloquiis indignationem viri leniit, vt minus posthac ponderis apud eum haberet Cleopatræ instigatio. negabat enim Antonius oportere regem facti sui rationem reddere, alioqui ne regem quidem futurum. sed dato illi semel honore, etiam liberam potestatem permittendam esse. idque ipsum etiam Cleopatræ aiebat conducibile, si non multum se misceret alienis imperiis. Hæc significabant Herodis literæ, reliquúmque honorem quo se dignaretur Antonius, ad consessum adhibens & ad quotidiana conuiuia, idque non cessante à criminationib. Cleopatra: quæ capta eius regionis cupidine, quo regnum id sibi vsurparet, omnib. modis quærebat illum perdere. Sed quia iustum se præberet Antonius, nihil posthac expectandum grauius, venturúmque breui constabilito tã regno quàm amicitia, nec relictã Cleopatræ cupidati vllã spẽ,

καὶ δικαίαν τῷ ὕβρει, εἰ μὴ τεθνηκότος ἑαυτῷ κατ' ὀμορφίαν ἄλλῳ τινὶ συνοικίζοιτο. τὸ δὴ σύμπαν ἐπέφαινεν ὁρμᾶν ἀντωνίου ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι καὶ πάλαι ἐθαυμάκοιτο ὑπὲρ τῆς ὀμορφίας ἐτύγχανεν. ἡρώδης μὲν οὖν ὑπισχνεῖτο ταῦτα, καὶ τὰς ἐλπίδας ἐν ἀσφαλεῖ ἔχειν, ὑπὲρ τοῦ ὅλων ἀφίξεσθαι πρὸς ἀντώνιον. ὁ δὲ ἰώσηπος ὅτι τῆς διοικήσεως ὢν ἐν τῇ βασιλείᾳ πεπιστευμένος, καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐντυγχάνων τῇ μριάμμῃ, πρεῖ τε πεπιστεύκει, καὶ τιμῆς ἕνεκεν ἐδόκει βασιλεύουσῃ παρ' αὐτοῦ γίνεσθαι καθ' ἑκάστην συνεχεῖς ὁμιλίας ὑπὲρ τῆς ἡρώδου πρὸς αὐτὴν διαίτης, καὶ φιλοσοφίας· ἐξεπεπλυμμένων δὲ γυναικείως τοὺς λόγους, καὶ μάλιστα τῆς ἀλεξάνδρας, ὑπεραπιστοτάτως ὁ ἰώσηπος ὑπεδείκνυ τὴν δικαίαν τοῦ βασιλέως, πεφυκέναι, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀπόλλω εὐσεβῆ εἶναι, πίστιν αὐτὰ ποιούμενος, ὡς οὐδὲ χωρεῖς ἐκείνης ζῆν δύναται, κἂν εἰ πάσχοιτο δεινὸν ἀπ' ἀξιοπίστου δὲ καὶ θανάτῳ ἀλαζονικῷ. ταῦτα μὲν ὁ ἰώσηπος. αἱ δὲ γυναῖκες ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τὸ φιλόσοφον τῆς περὶ τὸν ἡρώδην διαθέσεως, τὸ δὲ χαλεπὸν, εἰ μηδ' ὑποθνήσκοντος ὑπενόησαν ἀπωλείας, καὶ θανάτου τυραννικοῦ περιλαμβάνουσαν χαλεπὴν τὴν ὑπόνοιαν τοῦ ῥηθέντος εἶχον. ἐν δὲ τούτῳ καὶ λόγος ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν τὴν ἱεροσολυμιτῶν περὶ τὴν ἐν ἅδου τὸν ἡρώδην ἐχόντων ὡς ἀντώνιος ἀκούσαντος αὐτὸν ἀποκτείνειεν. ἡ δὲ φήμη, πάντας μὲν ἔθαττεν ὡς εἰκὸς τοὺς περὶ τὸ βασίλειον, μάλιστα δὲ τὰς γυναῖκας. ἀλεξάνδρα δὲ τὸν ἰώσηπον ἀναπείθει τὴν βασιλείων ἐξελθόντα, σὺν αὐταῖς συμφυγεῖν τοῖς σημείοις τοῦ ῥωμαϊκοῦ τάγματος, ὃ τότε περὶ τὴν πόλιν ὅτι φρουρὰ τῆς βασιλείας ἐστρατοπέδευεν ἡγουμένου ἰουλίου. δεῖ γὰρ τοῦτο πρῶτον μὲν εἰ καί τις ἀπαντήσειεν ταραχῇ περὶ τὴν αὐλὴν ἐν ἀσφαλεστέρῳ δέξειν αὐτοὺς ῥωμαίους ὁμήρους ἔχοντες. ἔπειτα καὶ τοὔξεσθαι παντὸς ἐλπίδαν τὴν μριάμμῃ ἀντωνίου θεασαμένου, δι' οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀναλήψεσθαι καὶ μηδενὸς ὑστερήσειν, ὧν εἰκὸς τοῖς ἐν βασιλείᾳ βασιλικῇ γεγονόσι. ὅτι τοῦτον ἢ τὴν λογισμὸν τετυχηκόσιν αὐτοῖς, γεγεμμένα παρ' ἡρώδου περὶ τὴν ὅλων ἀφίξεως τῆς φήμης σαφῆ, καὶ τὴν θεληφθέντων. ἐπειδὴ γὰρ ἐγένετο παρ' ἀντωνίῳ, ταχὺ μὲν αὐτὸν ἀνεπαύσατο τοῖς δώροις, ἃ φέρων ἦκεν ἐκ ἱεροσολύμων. ταχὺ δὲ ταῖς ὁμιλίαις παρεσπάσατο μὴ χαλεπῶς ἔχειν εἰς αὐτὸν, οἷα τῆς κλεοπάτρας λόγοι περὶ τὸν ἐξ ἐκείνου θεραπείαν ἦτον ἐδυσώπησαν. οὐ γὰρ ἦν καλῶς ἔχειν ἀντώνιος βασιλέα περὶ τὴν καὶ τὴν ἀρχὴν γεγυμνωμένον δυνάμεως ἁπαντῶν. ὅτως γὰρ αὖ οὐδὲ βασιλεῖς εἶεν, δόντας ἢ τὴν τιμὴν, καὶ τῆς ἐξουσίας καθαιρεθέντας, ἐᾶν αὐτὴν χρῆσθαι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῇ κλεοπάτρᾳ μὴ πολυπραγμονεῖν περὶ τὰς ἀρχὰς ἐλεγχθὲν συμφέρειν. ὑπὲρ τούτων ἔγραφεν ἡρώδης, καὶ τὰς ἄλλας διεξῆει τιμὰς, αἷς ἔχοι παρ' ἀντωνίου σεσωσμένων ἐν ταῖς διαγνώσεσιν, καὶ συμπεριλαμβάνων ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, καὶ τούτων ὅμως τυγχάνοι χαλεπῆς εἰς τὰς διαβολὰς αὐτοῦ τῆς κλεοπάτρας ὕπης, ἢ πόθῳ τῆς χώρας ἐξαπομμένη τῷ βασιλείαν αὐτῇ περισπάσθαι, πάντα τρόπον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι. δικαίᾳ μέντοι τυγχάνων ἀντωνίου, μηδὲν ἔτι πρὸς δόξαν δύσχερὲς, ἀλλὰ καὶ θᾶττον ἕξειν βεβαιοτέραν τὴν δύναιαν τὴν παρ' αὐτοῦ περισεσωληφῶς τῇ βασιλείᾳ, καὶ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ τῇ κλεοπάτρᾳ μηκέτι περισπᾶσθαι τὴν ἐλπίδα τῆς

πλεονε-

πλεονεξίας, δόντος αὐτοῦ τὴν Κίλικα τῷ Κοίλῃ Α
συρίᾳ, καὶ δεξαμένου παρηγορήσαντος ὁμοῦ καὶ ἀποκαλυσαμένου τὰς ἐντεύξεις, αἱ ἦλθον τῆς Ἰουδαίας ἐπομπεῖαι. Τούτων δὲ γεγραμμένων ἀπειλημμένων, ἐπαύσαντο μὲν ἐκείνης τῆς ὁρμῆς, ἐπὶ ὡς ἀπολωλότος εἶχον καταφυγεῖν ὅπου τοὺς ῥωμαίους. οὐ μὴν ἔλαθεν αὐτὸν ἡ ἀναίρεσις, ἀλλ' ἐπεὶ ὠδεπέμψατο ἡ βασιλὶς αὐτοῦ τὸν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, ἐπὶ μὴν ἥτε ἀδελφὴ σαλώμη, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὴν ἀγριόνεα, ἐπὶ ἔχων οἱ ἐπὶ τὴν ἀλεξάνδραν, ἀπεσήμαινεν. ἡ δὲ σαλώμη καὶ κατ' αὐτὸ εὐθὺς ἰωσήπου λόγον ἔφην, ὡς ἀγανακτήσασα, καὶ τῇ μανίᾳ συγχυόμενον, ἀγανακτεῖν. ἔλεγε δὲ ταῦτα χαλεπῶς ἔχουσα πρὸς αὐτὸν ὡς πλείονος, ὅτι κατὰ τὰς ἀγαθοεργίας φερνίσασι χαριζόμενον μείζονι, τὴν ἀπόνοιαν ἐζωπυρίζε δυσχέρειαν. ἡρώδης δὲ θερμῶς ἀεὶ, καὶ λίαν ἐρωτικῶς πρὸς τὴν μαριάμμην ἔχων, ἐπὶ μὴν ἐξεπαράχθη, καὶ τὴν ζηλοτυπίαν ὡς ἔφερεν. ὑπερεκτούμενος δὲ, τὸ μὴ πρεπτῶς τι ποιῆσαι ἀγὲ τὸν ἔρωτα, σωτόνῳ τῷ πάθει, καὶ τῷ ζήλῳ παροξυμμένος, ἰδίᾳ τὴν μαριάμμην ἀνέκρινεν ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν ἰώσηπον. ὑπομνυμένης δὲ ἐκείνης, καὶ πάντ' ὅσα μηδὲν ἁμαρτήσῃ, πρόσθεν, εἰς ὑπόνοιαν καταλογιζομένης, ἀπειρήθετο κατ' μικρὸν ὁ βασιλὶς, καὶ μετέβαινεν ἐκ τῆς ὀργῆς, ἡττώμενος τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα φιλοστοργίας, ὡς ὑπολαβεῖν πρὸς ὧν ἔδωξεν ἀκούσας πεπεῖσθαι, καὶ πρὸς τῆς κοσμιότητος αὐτῇ πολλὴν ὁμολογεῖ χάριν, αὐτός τε ὅπως ἔχοι σοργῆς, καὶ δυνοίας πρὸς αὐτὸν ἀναμιμνήσκει. Ἐν τέλος, ὡς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς φιλεῖ, πρόσπλοι εἰς δάκρυα μετὰ πολλῆς ἀπορρήτου ἐμπεφυκότες ἀλλήλοις. ἀεὶ δὲ μᾶλλον τὸ βασιλέως ἀπεστομένου, καὶ ὅπὶ τὴν αὐτοῦ δεξιᾶν ἔκνοντος, ἡ φιλοῦσπος εἶπεν ἡ μαριάμμη, τὸ κατ' ἐκεῖνον ἐκεῖ πάσχοι τι Ε
statuæ: vtque relicto agriculturæ studio, debello quidem nulla virium fiducia non cogitent: sed parati sint mori potiùs quàm tantam religionis labem in se admittere. ad hæc leuiter omnia instare latrocinia, dum non est vnde possint persolui vectigalia. fortè enim flecti posse Cæsarem ne quid sæuiùs in eam gentem statuat, néve illi rebellandi materiam præbeat. Quòd si non moueatur ab inferendi belli proposito, tum demum aggrediendum esse negotium. atque hæ fuerunt preces Aristobuli. Petronius verò partim deprecatoris respectu enixè vrgentis, & ipsius rei magnitudinis, partim contentiosi Iudæorum propositi, ratus indignum tam multa hominum millia in gratiam insanientis Caij perdere, & cæleste numen suámque ipsius conscientiam reueritus, maluit absurditatem rei per literas docere imperatorem vel suo periculo: non ignarus quàm ille esset iracundo ingenio, & ad vindicandum prono, nisi quis quàm primùm furendi morem geiserit. Sic enim existimabat, etiam si ille non decedat de sententia, & forsasse indignationem in ipsum vertat cunctantiùs mandata exequentem: esse tamen boni viri officium, pro incolumitate insontis tam numerosi populi vel certum interitum non refugere. Ergo indicto Iudæis conuentu ad Tiberiadem, postquam adesse vidit multa millia, progressus in concionem ait expeditionem non à se vltrò susceptam, sed mandato Cæsaris: cuius executionem differri periculosum esse, propter indignationem summæ potestatis: & alioqui conueniens esse, vt ipse ab autoritate illius pendeat, per quem ad tantum dignitatis fastigium euectus sit. attamen vestræ, inquit, saluti meam securitatem aut existimationem nõ præferam, quos scio meritò pro patriis legibus contendere. imò ne mihi quidem probatur, summi Dei templum temerari principum licentia. quamobrem legatos ad Caium missurus sum, per quos cognoscat vestram irreuocabilem sententiam, quantúmque in me erit hortabor vt honestissimæ vestræ voluntati assensum suum præbeat. Deus cuius potentia superior est omnibus humanis conatibus, faxit vt & religio vestra integra ac inuiolata maneat, & ille per immodicam honoris cupiditatem nullum sibi contrahat piaculum. Quòd si offensus iram omnem in me verterit, patiar quoduis periculum, siue in corpus siue in vitam illi sæuire libeat, modò ne tam ingentem vestram multitudinem propter constantem bonam voluntatem perire videam. Abite igitur quò suum quemque vocat negotium, & terram labore vestro colite. Legationem autem ipse in vrbem missurus sum, & quicquid in rem vestram potero, tam per me agam, quàm per amicos meos & necessarios. His dictis concionem dimisit, hortatus, vt agros colerent interim, & bono essent animo. & ille quidem sic populum pro sua virili consolatus est. Deus autem manifestè ostendit Petronio suam prouidentiam,

quodque omnibus iustè atque honestè cœptis propitius faueat. Vix enim orationem finierat, cùm repente imber præter omnium opinionem decidit, nullis tam serena die signis præmonstratis, & hominibus propter diuturnam ac continuam siccitatem cælitus pluuiam penè desperantibus, etiam si nubes viderent, quæ toties spem eorum frustratæ fuerant. Quapropter terra tum præter solitum prætérque expectationem rigata largis imbribus, Iudæis spes facta est non irritas fore preces Petronij. Quin & ipse præses magis etiam obstupefactus est, euidenter cernens, curæ esse Deo res Iudaicas, attestãte tam insigni prodigio, vt nemo nisi impudens posset contradicere. cúmque accuratè super hoc negotiò scripsisset ad Caium, dehortans ne tam multa millia in extremam desperationem atque perniciem adduceret, neque enim nisi bello compulsos discessuros à religione patria: néve seipse mulctaret luculentis ex ea gente prouentibus, æternúmque apud eam sibi pararet improperium: id quoque adiecit, quàm carus sit Deo populus, quámque manifestis signis declaret suam erga illos beneuolentiam. Hæc Petronius. Rex autem Agrippa, qui tum fortè Romæ degebat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiam conuiuium tale illi exhibuit, de industria procurato apparatu sumptuosissimo, adhibitóque omni exquisitissimarum lauticiarum ac voluptatum genere, vt omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atque ipsum etiam Cæsarem. tantum illi studium fuit demerendi principis per omne obsequium. is demiratus eius tam animum quàm magnificentiam, qui etiam supra vires ac facultates placere sibi contenderet, volénsque cum eo certare mutuis officiis, iam vino quoque factus hilarior, Agrippam ad lætitiam prouocantem sic allocutus est: Equidem & antè expertus sum tuam beneuolentiam, quando viuo etiam tum Tiberio ne periculis quidem à me colendo deterritus es: & nunc video te modò mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatum quidem tuarum ratione habita. quare cùm turpe mihi sit à te vinci officiis, quicquid hactenus per me cessatum est iam pensabitur: tantúmq; ad pristinam meam erga te liberalitatem accedat enixè dabo, operam, vt maximum ad futuram tuam felicitatẽ momentum allaturum sit. Sic ille benignè promittebat, ratus ampla latifundia postulaturum, aut, vrbium aliquarum vectigalia. ille verò quamuis iam pridem preces parauerat, tamen hactenus dissimulata tũ demum per occasionẽ aperuit, dicens neque olim propter priuatum commodum præter mandatum Tiberij se illum coluisse: & nunc nihil aliud captare præter ipsius gratiam. nam & priorem munificentiam vberiorem fuisse quàm vnquam spe concipere potuisset, quantumuis improba. etsi enim tu, inquit, maiora præstare valeas, meis tamen

A καὶ τὴν ὅπῃ τοῖς ἄλλοις σύλληψιν. ἅμα τε γὰρ ἐπαύετο ὁ λόγου, ὃν πρὸς τοὺς ἰουδαίους εἶπεν, καὶ αὐτίκα ὑετὸν ἠφίει μέγαν παρ' ἐλπίδα τοῖς ἀνθρώποις χαλεπόν, διὰ τὸ σπάνιον τὴν ἡμέραν ἀφθονον οὖσαν ὑδὰν ὄμβρου ἀποσημαίνειν ἐκ τῆς αἰθρίας τὸν οὐρανόν, καὶ τὸ πᾶν ἔτος αὐχμῷ μεγάλῳ κατεχόμενον, ἐπ' ὀλίγοις ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους ὕδατος τὴν ἄνωθεν, εἰ καὶ συνέφορν ποτε θεάσαιντο τὸν οὐρανόν. ὡς τε δὴ τότε πολλῷ, καὶ διὰ τὸ εἰωθὸς, καὶ διὰ τὸ ἐπεφθόξον ἀφθονον ὕδατος, τοῖς τε ἰουδαίοις ἐλπὶς ἦν οὐδαμῶς ἀτυχήσειν πετρώνιον περὶ αὐτῶν δέόμενον. ὁ πετρώνιος δὲ καταπλήττεται μειζόνως, ὁρῶν ἐναργῶς τὸ θεῖον τῷ ἰουδαίων προσημαινόμενον, καὶ πολλῶν ἀποσημαινόντων τὴν ὀλιγοφάνειαν, ὡς μηδ' αὖ τοῖς ἔργῳ προθυμίας τοιαύτας φέρειν ἐγκλὴν ἀνεπλέκτως καταλελεῖφθαι. ὡς δὲ πρὸς τὸν γαῖον σπεύδοντα τοῖς λοιποῖς ὁπόσα ἔγραφεν, ἐπαγωγὰ δι' ἦν τὰ πάντα, καὶ παντοίως διαπαλαίοντα μὴ ἐσπεύδειν μυριάδας ἀνθρώπων ἀπονοεῖν, αἷς αὐτὸς, ἐὰν δίκα γε πολέμου διαχωρήσειν τὸ νομίμου τὸ θρησκείας, προσόδου τε τῆς ἀπ' αὐτῆς ἀπορρεῖσθαι, καὶ τῷ τεθραμμένῳ τῆς ἀρᾶς ὑποπίπτειν τὸν μέλλοντα αἰῶνα, καὶ ἄλλως θείου τὸ προσηκόντος αὐτῷ τιμᾶν δυνάμιν, ὡς ἀκραιφνῆ ἀποφαίνειν, καὶ μηδὲν ἐνδιάφορον ὅπῃ δυνάμιν τιμᾶν ἐπιδείκνυσθαι καταλιπόντα. ὁ πετρώνιος μὲν οὖν τούτοις δι' ἀγείπας ὁ βασιλεὺς, ἐτύγχανεν δὲ ὅπῃ ῥώμης διατρίβων, προὐκόπτεν φιλίᾳ τῇ πρὸς τὸν γαῖον μειζόνως. καὶ ποτε προθεὶς δεῖπνον αὐτῷ, καὶ πρόνοιαν ἔχων πάντας ὑπερβάλλεσθαι, τέλεσί τε τοῖς εἰς τὸ δεῖπνον, καὶ παρασκευῇ τῇ εἰς ἡδονὴν φέροντος, ὡς μὴ ὅπως αὖ τινα τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ μηδ' αὐτὸν γαῖον ποτε ἰσωθῆναι θελήσαντα ἢ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι. ὁ συῦτον αὐτὸν τῇ παρασκευῇ πάντας ὑπῆρεν, καὶ τῷ τὰ πάντα κρίσεως ἐπιφερτίσει παρασχεῖν. καὶ ὁ γαῖος ἐκθαυμάσας τὴν τε δίαιταν αὐτοῦ καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν, ὡς ἐπ' ἀρίστοις τῇ αὐτοῦ βιάζοντο καὶ ὑπὲρ δυνάμιν τῷ χρημάτων δαπάνῃ χρῆσθαι, βουλόμενός τε μιμήσασθαι τὴν ἀγρίππου φιλοτιμίαν ἐφ' ἡδονῇ τῇ αὐτοῦ παρασκευῇ, ἀνεμέμφως ὑπὸ οἴνου, ὁ τὴν δίαιταν εἰς τὸ ἱλαρώτερον ἐκπεπτωκὼς φησὶν ἐν συμποσίῳ παρακαλοῦντος εἰς πότον ἀγρίππα. καὶ πρότερον μέν σοι τιμὴν συνῆδεν ἡ ἐμὲ, καὶ πολλὴν δύνοιαν μὴ πω δυνάμων ἀποδειχθεῖσαν, οἷς ὑπὸ τιβερίου φθονερῶς δι' αὐτὸν, ὑπολείπεις τε ὑδὲν, ὁ ὑπὲρ δύναμιν ἀρετῇ χρῆσθαι τῇ πρὸς ἡμᾶς. ὅθεν ἀγαθὸν δὲ παθεῖν με ὑπὸ σῆς σπουδῆς, αἰσχύνεσθαι βούλομαι τὰ ἐλλελειμμένα πρότερον. ὀλίγον δὲ πᾶν ὁπόσον σοι δωρεῶν ἐχόμενον ἀπεμοιρασάμην. τὸ πᾶν, ὅπερ σοι ῥοπὴν αὖ ἐμ προθεῖη τὸ δ' ἀνάμονος, ἐξαπόστειλαι γάρ σοι προθυμία τε καὶ ἰσχύι. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, οἰόμενος γέλωτα τε πολλὴν ἀρτήσασθαι, ἢ καί τινων προσόδους πόλεων. ὁ δὲ, καίπερ τὰ πάντα ἐφ' οἷς ἤκουσε, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄξεος ἀμείβεται τὸν γαῖον, ὅτι ὕστερος

ἐδιασπασάμενος, ἐκ ἐφανέρου τὴν δύνοιαν, πρότερον κέρδος τὸ ἀπ' αὐτοῦ κατασκοπῶν ἐδὲ τὰς τιβερίου ἐντολὰς θεραπεύειν, ὅτε νῦν θεράπειν τι τῆς εἰς χάριν τοῦ ἐκείνου κερδῶν οἰκείων ἐν πίσι λήψεσι. μεγάλα δὲ ἦν τὸ προδὲ δωρημάτα, καὶ γὰρ εἰ τῆς σῆς ἐλάττονα δυνάμεως, ἀλλ' ἐμοῦ τὲ

εἰλη-

εὐληφότος δόξαν τε καὶ ἀξιώσεως μείζονα, καὶ ὁ Γάϊος ἐπλάγιάζε τὴν δόξαν αὐτοῦ, πλέονος σπουδῆς εἶπεῖν, ὅπως χαρίζοιτό τε αὐτῷ ὠφελοῦμενος. ὁ δέ, ἐπεὶ περὶ ὧν δεσπότα προθυμίᾳ τῇ σῇ δωρεῶν ἄξιον ἀποφαίνεις, αἰτήσομαί σε μὴ εἰς ὄλβον φερόντων ὑδὲν δεῖ τὸ μεγάλως με εὐδοκιμῆσαι, οἷς ἤδη παρέχεις. ὅτι δ' ἄν σοι δόξαι προσθεῖναι τῇ δόσεσι, καὶ τὸ θεῖον σύμμαχον ἐφ' οἷς θαλλόσεως ὠφελοῦμαι καλῶ, καί μοι πρὸς δυκλείας γένοιτο παρὰ τοῖς πεπεισμένοις, ὡς μετ' ἐνὸς ἐν χρεσαίμην τοῦ τῆς ἐξουσίας ἀτυχεῖν πώποτε γνώμης. ἀξιῶ γάρ σοι τὴν ἀνδριάντος τε ἀνάθεσιν εἰς ποιήσασθαι χαλδέων περίωνιον εἰς τὸ ἱουδαίων ἱερόν, μηκέτι προάσειν δόξασθαι. καὶ ὁ μὲν, καθάπερ κινδύνων τινῶν ἡγούμενος, εἰ μὴ πεπεικὼς εἴη Γάϊος, οὐδὲν ἄλλο ἢ εἰς θάνατον ἔφερεν, δόξαν τε μεγάλα νομίζειν τε καὶ ἔχειν, κύβον ἀναιρεῖσθαι τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἤσθετο. Γάϊος δὲ ἅμα τῇ θεραπείᾳ τε ἀγρίππου ἐφλεγμένος, καὶ ἄλλως ἀφορμὰς ἐπολαμβάνων, ὅτι τοσούσδε μαρτύρων ψευδῆς ἐλέγχεται περὶ ὧν προθύμως ἐδιάζετο αἰτεῖσθαι τὴν ἀγρίππαν, μὴ τὸ ὀξέως μεταμέλῃ χρώμενος, ἅμα δὲ τὸ ἀγρίππου τε ἀρετὴν θαυμάσας εἰς ὀλίγῳ αὔξειν τὴν οἰκείαν ἀρχήν, ἤτοι προσόδοις χρημάτων, ἢ ἄλλῃ δυνάμει, τὸ κοινῇ τε δύναμιας ὑπεμελήσατο, προσβάλων τοὺς νόμους, καὶ τὸ θεῖον, συγχωρεῖ. καὶ γράφει πρὸς τὸν πετρώνιον, ἐκείνου τε τῆς ἀθρόσεως τὸ σφετέρισμα ἐπαινῶν, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν περὶ αὐτῆς ἀπεσκλκότος. νεῦν οὖν εἰ μὲν φθάνεις τὸν ἀνδριάντα ἱσαχῶς, ἑστάτω, εἰ δὲ μήπω πεποίησαι τὴν ἀνάθεσιν, μηδὲν περαιτέρω καταπαθεῖν, ἀλλὰ τὸν τε στρατὸν διάλυε, καὶ αὐτὸς ἐφ' ἃ τὸ πρῶτον σε ἔστειλα, ἄπιθι. ὑδὲν γὰρ ὑπόδημα ἀνάστασεως ἢ ἀνδριάντος, ἀγρίππα χαριζόμενος ἀνδρὶ παρ' ἐμοὶ τιμωμένῳ μείζονος, ἢ ὡς τε μεγείᾳ τῇ ἐκείνου, καὶ οἷς καλδίοις εἶναι εἰπεῖν. Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα γράφει πρὸς τὸν πετρώνιον, πρότερον ἢ ἐντυχεῖν ὅτι ἀποστάσει αὐτοὺς καὶ δόξας ἐπείγεσθαι. μηδὲν καὶ ἕτερον ὑποσημαίνειν τῶν ἀγνοίαν αὐτῷ, ἀλλὰ πόλεμον αἴτιον ῥωμαίοις ἀπειλεῖν. καὶ θεραλγήσας ὡς ὅτι πείρᾳ τῆς ἡγεμονίας αὐτὸς τετολμηκότων, ἀνὴρ ὑπάσιν ἄσων μὲν τὰ αἰσχρὰ, χρείσσων δὲ τὰ βελτίσου, καὶ ἐφ' οἷς τισι κεῖνον ὀργὴ χρῆσθαι παρ' ἃ τὸ σὸν ἐπεγόμενος, παίδ δυσιν αὐτῶν ὑδὲ λιῶν τὴν οὐδὲ προσθεὶς, ἀλλ' ἐφ' ἡδονῇ πιθεὶς τῇ ἐκείνης τε κείσιν τὰ δὲ δαίμονος, γράφει πρὸς τὸ πετρώνιον. ἐπειδὴ δῶρα ὁπόσα σοι οἱ ἱουδαῖοι παρέχον, ὡς μείζονι λόγῳ τῷ ἐμῷ πεποίησαι ἐντολῶν ἀκουσιῶς τὰ πάντα ἡδονῇ τῇ ἐκείνων ἀρθεὶς, ὅτι παραβάσει τῷ ἐμῷ ἐντολῶν, κελεύω σε σαυτὸν κεῖται γνώμην, λογίσασθαι πρὸς τὸ ποιητόν σοι ὑποστάντα ὀργῇ τῇ ἐμῇ, ἐπεί τοι παράδειγμα ποιοῖντό σε, οἱ τε νεῦν πάντες, καὶ ὁπόσοι ὕστερον γένοιντ' ἄν, μηδαμῶς ἀνυσιωῦν αὐτοκράτορος ἀνδρὸς ἐντολάς. ταῦτα δὲ γράφει πετρωνίῳ ὁ ἐπιστολεὺς, ὁ μὲν φθάσας γε ζῶντος πετρωνίου δέξάμενος αὐτὴν, βραδυνθέντος δὲ πλεῖσι φέρεσι εἰς τοσόνδε, ὥστε πετρωνίῳ γράμματα πρὸ αὐτῆς ἀφικέσθαι, δι' ὧν μανθάνει τὸν γαΐου τελευτήν. θεὸς γὰρ ἀρ' ἀμνημονήσειν ἔμελλεν πετρωνίῳ, κινδύνων ὃς ἀπειλήφει ὅτι τῷ τῶν ἰουδαίων χάριτι, καὶ τιμῇ τῇ αὐτοῦ. ἀλλὰ τὸν γαΐου ὑποσκυδασάμενος ὀργῆς ὧν ὅτι σεβασμοῦ τοῦ αὐτοῦ προσθεῖναι ἐτολμήσατε, τὸν μισθὸν χρεωλυτεῖν σπουδῇ τῷ πετρωνίῳ ἤτε ῥώμη, καὶ πᾶσα ἡ ἀρχὴ,

non tolùm meritis, sed cupiditatibus etiam abundè satisfactum est. Ibi Caius attonitus hominis modestia, magis vrgere cœpit, vt vellet vti sua beneficentia, nihil non polliceri perseuerans. Tum Agrippa: Quandoquidem domine liberalitatem tuam tam benignè mihi offers, equidem petam, sed nihil quod ad diuitias attineat, quibus iam per tuam gratiam abundo. illud potius postulabo, quod impetratum & pietatis opinionem, & perpetuum fauorem numinis tibi conciliet. Mihi quoque glorioſum erit, si post innumeras alias hanc vnam etiam mihi feceris gratiam. Rogo igitur, vt mandatum reuoces, quod Petronio dedisti, de statua in Iudæorum templo ponenda. hæc ille velut aleam iaciens, non ignarus quantum subesset periculum, quódque capitale esset placitis Caij contradicere. Imperator autem simul officiosa liberalitate delinitus, simul pudendam vanitatem ducens, si coram tot testibus vltro ad petendum prouocato, repente mutatus denegasset gratiam: suspiciés etiam virtutem hominis, qui pluris faceret pietatem suaéque gentis tranquillitatem, quàm incrementum dominationis, aut reditum, fecit cum vori compotem. Scripsit igitur Petronio, collaudans eius industriam in comparando exercitu, & in exequendis mandatis, quæ acceperat. quod autem ad statuam attineat, si quidem dedicata sit & posita, sinendam esse. sin minus, non esse cur in eo negotio plus laboris capiat: sed debere eum soluto exercitu reuerti ad intermissa officia. remissum enim esse hoc Iudeis in Agrippę gratiam, cui tantum honoris à se haberi, vt non possit voluntati eius contradicere. In hunc modum Caius scripsit Petronio, priusquam ad defectionem spectare Iudæos cognosceret. allatis postea de rebellatione rumoribus: indignè ferens gentis audaciam, & contemptum imperij, homo omni dedecori obnoxius, nullámque rationem honestatis habens, & impetu iracundiæ quouis abripi solitus, quem refrænare nunquam studuit, imò ad felicitatem suam pertinere putans, si quàm maximè affectioni huic indulgeret, denuò scribit eidem in hanc sententiam: Quoniam plus apud te valuerunt Iudæorum munera, quàm mea mandata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio quid de teipso statuere debeas, semel indignationem meam meritus. Volo enim te exemplum fieri & præsentibus & posteris, nullo modo irrita habenda mandata imperatoria. Hæc epistola missa quidem est ad præsidem, non tamen Cæsare viuo reddita, qui perferebant tardiùs nauigantibus: ita vt priùs ille alias acceperit literas. nunciantes de Caij exitio. Deus enim non fuit immemor Petronij, & periculorum quæ propter ipsius honorem atque Iudæorum religionem subiit: sed amoto à reipub. habenis Caio propter impiè affectatos diuinos honores, tanto maior habita est illi gratia tã à Romanis quã à prouincialib.

maximo fauore præcipuis senatoribus eum prosequentibus, in quos potissimum Caius debacchari est solitus. Is extinctus est non multo postquam Petronio scripserat illam mortis denunciatricem epistolam. Causam autem propter quam Caius sublatus est, & quemadmodum comparatæ sunt in eum insidiæ, procedente stilo significabimus. cæterùm Petronio priùs redditæ sunt literæ de cæde imperatoris, ac tum demum superuenerunt illæ, quibus iubebatur morte sibi consciscere, quare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei prouidentiam, qui sine dilatione mercedem habiti sibi honoris persoluerit, & Iudæis præsentem opem attulerit. Et ille quidem miro hoc modo euasit mortis periculum.

μάλιστα δ' ὁπόσοι τῆς βουλῆς προὔχοιεν ἀξιώματι δῆλα τὸ εἰς ἐκείνους ἀκράτῳ τῇ ὀργῇ χρῆσθαι τὸν γαΐου. καὶ τελευτᾷ μὲν ὀλίγον, ἢ γράψαι τῷ πετρωνίῳ τὸν θάνατον ἀνακαλύψαντα ὑποστολήν. τὴν δ' αἰτίαν ἐξ ἧς τελευτᾷ, καὶ τὸν ὑπάρξαντα τρόπον ἀφηγήσομαι προϊόντος τοῦ λόγου. πετρωνίῳ δὲ πρώτῳ παρῆν ἡ δηλοῦσα τὸν γαΐου τελευτὴν ὑποστολή, μετ' ὀλίγον δὲ ἡκε λύουσα αὐτὸν τελευτᾶν αὐτοχειρί. καὶ ἥδη τε τῇ σωτυχίᾳ τοῦ ὀλέθρου, ὃς τὸν γαΐον κατέλαβεν, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἐξεθαύμασεν, ὀλίγον εἰς ἀναβολάς, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀξέος μισθὸν αὐτῷ τιμῆς τε τὸν εἰς τὸν ναὸν, καὶ βοηθείας τῶν ἰουδαίων σωτηρίας παρεχόμενον. ☾ πετρωνίῳ μὲν ὕστερος μὴ αὐτοπαθεὶς, διεφεύχθη ῥᾳδίως ὁ κίνδυνος τοῦ θανεῖν.

CAP. XII.

Quo in statu res Iudæorum apud Babylonem fuerint, & de Asinæo ac Anilæo fratribus.

Κεφάλαιον ιβ'.

Τὰ συμβαίνα τοῖς ἐν βαβυλῶνι ἰουδαίοις διὶ ἀσιναῖον καὶ ἀνιλαῖον τοὺς ἀδελφούς.

XVI. INciderunt in ea tempora graues motus Iudæorum apud Mesopotamiam ac Babyloniam habitantium, cædésque & calamitates quales nusquam memorantur in superioribus narrationibus, de quibus accuratè tractaturus, causas etiam ab origine repetam. Neerda dicitur vrbs Babyloniæ, frequens populo, & agro fertili, qui tantam multitudinem possit alere. ad hæc non patet hostiũ assultibus, cincta fluentis Euphratis & firmissimis mœnibus. eidẽ flumini est & Nisibis apposita: quare Iudæi freti locorum natura, sacrum didrachma quod Deo ex more solent offerre, cæterámque votiuam pecuniam, in his vrbibus deponebant tanquam in communi ærario, inde suo tempore transmittendam Hierosolyma: quę deinde à multis hominũmy riadib. illò deducebatur, metu entiũ latrociniaParthorũ quorum ditioni tum suberat Babylonia. Ex his Iudæis erant Asinæus & Anilæus fratres, Neerdenses patria, orbati patre, & à matre ad textrini opificium adhibiti, quod non indecorum habetur gentibus, vbi & viri exercent lanificium. hos officinæ magister, apud quem artem didicerant, quòd seriùs aliquando ad operandum accessissent, castigauit verberibus. illi credentes se affectos iniuria, detractis armis quæ seruabantur in eius domus pariete, contulerunt se in quendam locum vbi fluuius scinditur, vberem pascuis, & frugum fertilem, cæterorúmque fructuum, qui reponuntur in hyemem. ad eos mox confluxit iuuenum quisque egentissimus, quorum armis stipati pro ducibus se gerebant, nemine cohibente maleficia. cum enim facti essent inexpugnabiles, & arcem sibi construxissent, dimissis exactoribus tributa colligebant ab accolis, certum videlicet pecoris numerum, & quantum in alimenta eorum sat erat, promittentes amicitiam morem sibi gerentibus, & propugnationem contra externam vim si qua ingrueret: contra occisionem gregum ac pastorũ, si detrectarent

Γίνεται δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ, καὶ μάλιστα τῶν βαβυλωνίαν οἰκούντας ἰουδαίους, συμφορὰ δεινὴ, καὶ ὁμοίας ἧς τινος ἐλάσσων, φόνος τε αὐτῶν πολὺς, καὶ ὁπόσους οὐκ ἰσορροποῦσι παρέστησεν. ἔστι δὲ τὰ πάντα ἐπ' ἀκριβείας διηγήσομαι, συνθήσομαι, ☾ τὰς αἰτίας, ἀφ' ὧν αὐτοῖς τὸ πάθος συνέτυχεν. ἔστι δὲ βαβυλωνίας ὅτι πόλις, ἄλλως τε πολυανδρεῦσα, καὶ χώραν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν ἔχουσα, ☾ σῖτῳ ἄλλοις ἀγαθοῖς, ☾ ἀνθρώπων ἀπάπλεως. ἔστι δὲ καὶ πολεμίοις οὐκ ἄμβολος, περιόδῳ τε τοῦ ὑφράτου πᾶσαν ἐντὸς αὐτὴν ὑπολαμβάνοντος, καὶ καρασκευαῖς τειχῶν. ἔστι δὲ καὶ νίσιβις πόλις κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦ ποταμοῦ περίρροον, ὅθεν ἰουδαῖοι τῇ φύσει τῶν χωρίων πεπισμένοι, τότε δίδραχμον τῷ θεῷ καταβάλλειν ἑκάστοις πάτριον ταύτῃ κατετίθεντο, καὶ ὁπόσα ἄλλα ἀναθήματα. ἐκρέοντο δὲ ὥσπερ ταμιείῳ ταῖσδε ταῖς πόλεσιν. ἐντεῦθεν δὲ ὅτι ἱεροσολύμων ἀνεπέμπετο ἡ καμεὼς, πολλαί τε μυριάδες ἀνθρώπων τὸν κομιδὴν τῶν χρημάτων παρελάμβανον, διὸ τὰς παρθυαίων ἁρπαγὰς, ἐπιτελούσης ἐκείνοις τῆς βαβυλωνίας. ☾ ἦσαν γὰρ ἀσιναῖος καὶ ἀνιλαῖος, νεοσθάται μὲν τὸ γένος, ἀλλήλων δὲ ἀδελφοί. ☾ αὐτοῖς, πατρὸς δ' ἦσαν ὀρφανοὶ, ἡ μήτηρ προσέταξεν ἱστῶν μαθήσει ποιήσεως ἐκ ὄντος ἀφορήτους τοῖς ὁπηχωρίοις, ὡς τε τοὺς ἄνδρας ταλασιουργεῖν παρ' αὐτοῖς. τούτοις ὁ τοῖς ἔργοις ἐφεστὼς, καὶ ἐμεμαθήκεσαν παρ' αὐτοῦ, βεραδυτῆτα ὑπικαλέσας τὴν ἀφίξεως, ἐπόλασε πληγαῖς. οἱ δ' ἐφ' ὕβρει τῶν δικαίωσιν λογιζόμενοι, καθασπάσαντες τὰ ὅπλων πολλὰ ὁπόσα ἐν τῇ οἰκείᾳ φυλακτήριον, ὥρμοντο εἴς τι χωρίον ὀχυρὸν μὲν ποταμῷ ποιούμενον, νομὰς δ' ἀγαθὰς παρέχειν πεφυκὸς, καὶ χιλὸν ὁπόσοι εἰς τὸν χειμῶνα ὑποτίθοιντο. συνῆσάν τε ὡς αὐτοὺς τῶν νεῶν οἱ ἀπορώτατοι, καὶ τούτους τοῖς ὅπλοις θεραπεύοντες, στρατηγοί τε ἦσαν, καὶ τῶν κακῶν κωλυτῆρες ἐκωλύοντο εἶναι. προελθόντες γὰρ ὅτι τὸ ἄμαχον, καὶ κατασκευάσαντες ἀκρόπολιν, διέπεμπον πρὸς τοὺς νέμοντας φόρον αὐτοῖς κελεύοντες καταβάλλειν τὴν βοσκημάτων, ἢ ἀρκοῦσα ὑπερφὴ γένοιτ' ἄν, πρεσβεύσαντες φιλίαν τε πειθομένοις, καὶ ἄμυναν τὴν ἀλλαχόθεν ποθὲν πολεμίων, σφαλὰς δὲ τὴν ποιμνίων ἀπειθοῦσιν. οἱ δὲ, ἐκ δὲ ὧν ἕτερα παρὰ ταῦτα ποιεῖν, ἠπειλοῦντο, καὶ τὴν πρεσβάτων ἐξέλλον

ὁπό-

ἐπέρα κελεύσθειν. ὥς τε δὴ καὶ πλείων αὐτοῖς συνελέγετο ἰσχύς, κύριοί τε ἦσαν ἐφ' οἷς βουλεύσαιντο ἅμα τῷ ὄρθρῳ ἐλαύνοντες κακουργεῖν. θεραπεύειν τε αὐτοὺς ἤρητο πᾶς προσυγχαίων, καὶ ἦσαν φοβεροὶ καὶ τοῖς πελασμένοις. ὥστε ἤδη περιόπτελόγος καὶ αὐτῷ κατὰ τὸ παρθων βασιλέως. ὁ δὲ τῆς βαβυλωνίας σατράπης μαθὼν ταῦτα καὶ βουληθεὶς ἐπιφυομένους κωλύσαι, πρίν τι μεῖζον κακὸν ἐξ αὐτῶν ἀνασχεῖν, συλλέξας στρατὸν ὅσον ἐδύνατο πλεῖστον, καὶ παρθυαίων καὶ τῶν βαβυλωνίων, ἤλασεν πρὸς αὐτούς, φθάσαι θέλων προσβαλὼν ἐξελεῖν πρὶν ἐξαγγελτὸς γενέσθαι κατασκάζων τὸν στρατόν. προκαθίσας δὲ τὸ ἕλος, ἡσύχαζεν. καὶ τισὶ δόξασαν, ἵν' ἐν σαββάτου ἀργίας παντὸς πράγματος ἰουδαίοις ἡμέρα, οἰόμενος ἐκ τολμήσειν ἀντιπαθήσειν αὐτῷ τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ἅμα χὶ λαβὼν ἄδεῶς δεδεμένους, κατὰ βραχὺ προτίθει χρήζων αἰφνίδιον ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. ἀσινάιος δὲ ἐτύγχανε σὺν τοῖς ἑτέροις καθεζόμενος, καὶ τὰ ὅπλα παρέκειτο αὐτοῖς. ἄνδρες φησὶν, χρεμετισμός μοι ἵππων προσέπεσεν ἐ φορβάδων, ἀλλ' οἷος γίνοιτο, ἀνδρῶν αὐτοῖς ἐπιβεβηκότων, ἐπεὶ καί τινος ἀνακρούσεως αἰσθάνομαι χαλινῶν. δέδια μὴ ἐλπλύθασιν ὡς ἡμᾶς οἱ πολέμιοι προελθόντες. ἀλλά τις προσίτω κατόπιν, ἀπαγγελίαν ἡμῖν σαφῆ τῶν ἐπιόντων ποιησόμενος. εἰπὼν δὲ ὅτι ψεύδεσί μοι λελέχθαι τὰ εἰρημένα. καὶ ὁμῶς, τάδε εἶπε, καὶ ὤχοντό τινες προσκοπεύοντες τὸ γινόμενον. καὶ ἧττον παρελθόντες, καὶ ὅτε αὐτὸς ψεύδης σαφῶς εἰκασθεὶς ἐν τοῖς πολεμίοις, ἔτι ἐκείνοις πλεόνως ἐπιτρέψειν ἤμελλεν ὑμῖν ὑβρειν. προειλήμμεθα δόλῳ μηδὲν βεσκημάτων διαφέροντες, τοσῆσδε ἵππου πλῆθος ἐπελαύνουσιν ἡμῖν ἐν ἀπορίᾳ χειρῶν κειμένοις, διὰ τὸ καθείρχθαι ἀνδραγρεύσει τῶν παρόντων εἰς τὸ ἀργεῖν. ἀσινάιος δὲ ἅμα γνώμῃ τὸ κατασκόπου κρίνειν ἔμελλεν ἐπὶ τοῖς ποιητέοις, ἀλλὰ νομιμώτερον ἡγησάμενος τὸ ἐπ' ἀφανέστοις τελευτῶντας διαφαίνειν τοῖς πολεμίοις, τὸ ἀληθὲς δρᾶν ἐξαμένους ἐκ τῆς ἀνάγκης, εἰς ἴσον ἐκπεπτώκει, δόλου μισθοφορίαν ἀπολαμβάνοντας, εἰ δέοι τελευτᾶν, αὐτός τε ἀναλαμβάνει τὰ ὅπλα, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ θάρσος ἐκποίει, τὸ ἐπὶ τὰ ὅμοια ἀρετῆς. ὁμόσε ἴασι τοῖς πολεμίοις. καὶ πολλοὺς κτείναντες αὐτῷ διὰ τὸ καταφρονοῦντας ὡς ἐπὶ τὰ ἕτοιμα χωρεῖν, εἰς φυγὴν ἔτρεψαν τὸ λοιπόν. ὁ δὲ τῶν πάρθων βασιλεὺς, ἐπεὶ ἀφίκετο αὐτῷ ἡ ἀγγελία τῆς μάχης, ἐκπλαγεὶς τῷ τολμήματι τῷ τῶν ἀδελφῶν, ἐπεθύμησεν αὐτοῖς ἐλθεῖν διά τε ὄψεως καὶ λόγων. καὶ πέμπει τὸν πιστότατον τῶν σωματοφυλάκων λέγοντα, ὅτι βασιλεὺς ἀρτάβανος καίπερ ἠδικημένος ὑφ' ὑμῶν ἐπιχρήσεως αὐτῷ τῇ ἀρχῇ γενομένης, ἐν ἐλάσσονι τιμῷ καθ' αὑτὸν ὀργιεῖ τὴν ὑμετέρας ἀρετῆς ποιησάμενος, ἀπέστειλέ με δεξιάς τε καὶ πίστιν δώσοντα ὑμῖν, συγχωρῶν ἀδειάν τε καὶ ἀσυλίαν ὁδῶν, χρήζων ἐπὶ φιλίᾳ προχωρεῖν πρὸς αὐτὸν, δόλου τε καὶ ἀπάτης χωρὶς, δῶρά τε δώσειν ὑπισχνεῖται καὶ τιμάς, ἅπερ ὑμῖν, πρὸς τῇ νῦν ἴσῃ ἀρετῇ μελλήσῃ δυνάμει τῇ ἐκείνου ὠφελεῖν. ἀσινάιος δὲ, αὐτὸς μὲν ἐπαρβάλλεται ὁδὸς τὰς ἐκεῖ, τὸν ἀδελφὸν δὲ ἀπιλαῖον ἐκπέμπει μὴ δώρων ὅπόσα πείσαι ἵν'. καὶ ὁ μὲν, ὤχετο, καὶ εἴσοδος αὐτῷ γίνεται παρὰ βασιλέα. ἀρτάβανος δὲ ἐπεὶ διᾶται τὸν ἀπιλαῖον καθαμόνας ἥκοντα, ἤρετο τὴν αἰτίαν τῆς τὸν ἀσινάιον ἐφυστερηκότος,

imperata facere. quapropter neceſſitate coacti mittebant eis quantumcunque poſcerent. quo factum eſt, vt aucta eorum potentia, validi eſſent ad incurſandum quoſlibet, nemóque vicinorum auderet eos offendere, aut armis cum illis congredi: adeò vt ad Parthorum quoque regem rumor hæc detulerit. Satrapa autem Babyloniæ poſtquā hæc audiuit, volens creſcens adhuc malum opprimere, priuſquam maius aliquod inde proueniret incommodum, collecto quantum poterat è Parthis ac Babyloniis exercitu, properauit contra eos, cupiens ex improuiſo opprimere: obſeſsáque palude ſuos iuſſit aliquantiſper quieſcere. poſtridie verò Iudæis ſabbaticas ferias otio publico celebrantibus, ratus non auſurum hoſtem in certamen deſcendere, ſed nullo negotio vinctos ſe abducturum, paulatim procedebat, vt derepente in eos irrueret. Aſinæus verò qui tum fortè poſitis prope ſe armis cum ſociis deſidebat in otio: Viri, inquit, hinnitus equorum mihi aures perculit, non qualis eſt paſſim paſcentium, ſed qui eſſorem tergo vehant: nam & frænorum ſonitum ſentio, vereor ne circumuenti ſimus ab hoſtibus. ſed procurrat aliquis ſpeculatum, qui nobis quid immineat certò renunciet. optarim autem vana eſſe, quæ diximus. móxque quidam profecti vilum, celeriter redeunt, non falſam ſuſpicionem fuiſſe referentes: adeſſe vltores acceptæ iniuriæ. ex inſidiis ſe obrutos equitatu copioſo velut pecora: ne ad repugnandum quidem paratos, vetante propter ferias patria conſuetudine. at Aſinæus longè aliter quàm ſpeculatori videbatur ſtatuit, non concedendam cenſens hanc voluptatem hoſtibus, vt per otium in ſe graſſarentur cædibus: quin potiùs virtutis & præſentis neceſſitatis memores conniti debere, vt ſi ita fors ferat, non inulti pereant: primúſque correptis armis ſuo exemplo ad ſimilem excitat audaciam, ad conſerēdas cum hoſte manus eos animans. & quia contemptim veniebant rem factam ſe habere putantes, multis cæſis reliquos coëgit terga vertere. Eius pugnæ poſtquam ad Parthorum regem fama peruenit, admiratus fratrum audaciam, concupiuit eorum aſpectum & colloquium: confeſtímque ad eos miſit fidiſſimum è ſatellitibus qui hæc verba illis referat: Regem Artabanum tametſi iniuriam eorum violentia in ſuo regno acceperit, indignationem tamen virtuti ipſorum remittere, miſſiſſéque ſe qui fide data impunitatem & ſecuritatem itinerum eis offerret ipſius nomine, quòd amicitiam eorum cuperet, ſine fraude omni & inſidiis, paratam eſſe regis munificentiam, foréque vt hac ſua virtute poſthac rege fauente vtantur meliùs. Tum Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit, fratrem verò Anilæum miſit cū quibus potuit muneribus. Iuit ille ad regem, & facilè admiſſus eſt. Artabanus autem videns Anilæum ſolum veniſſe, rogauit cúrnā domi reliquiſſet Aſinęum,

cognitóque metu illum se continere intra paluſtria : per patrios deos deierauit, nihil eos se læſurum in fidem venientes : ídque porrecta iuueni dextra ſanciit, quod apud barbaros conuenturos certiſſimum eſt argumentum fiduciæ. nam poſt datam dextram apud eos nec fallere fas eſt, nec diffidere, ceſſantibus omnino ſuſpicionibus. Tum quoque Artabanus hoc pacto remiſit Anilæum, perſuaſurum fratri, vt ſimul veniat. Hoc autem agebat rex volens conciliatis ſibi his fratribus per Iudæorum virtutem illas ſatrapias continere in officio, quæ videbantur ad defectionem ſpectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipſe rebelles perdomat, Aſinæus auctis apud Babyloniam viribus, ſiue volentibus prouincialibus, ſiue inuitis non temperaret à maleficiis. Hoc igitur conſilio illum accerſiit. Aſinæus verò facilè à fratre in eam ſententiam inductus eſt, præſertim commemorante quàm luculenter erga ipſos rex affectus ſit, quòdque ad firmandam fidem iuſiurandum interpoſuerit. quare primo quoque tempore ad Artabanum ambo perueniunt. ille perlibenter eos excepit, in primis mitatus generoſum Aſinæi animum, quòd videret breui ſtatura hominem, & primo aſpectu contemnenda ſpecie quaſi nullius precij, apud amicos dictitans, nihil eſſe in tantillo corpore; quod tam vaſto animo reſpondeat, & inter epulas oſtenſo magiſtro militum Abdagaſi prædicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere ſoleat. Is cùm rogaſſet, vt bona regis venia liceret illum interficere, pœnáſque tot maleficiorum de eo ſumere, quibus Parthos læſerat : negauit ſe hoc permiſſurum in hominem qui ſe credidiſſet ſuæ fidei, data dextra confirmatæ & iureiurando adhibito. Quòd ſi, inquit, vir bellicoſus haberi vis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorum ignominiam : ſed redeuntem aggreſſus per vim abſque meo conſenſu opprime. Mane deinde accito Aſinæo : Tempus tibi eſt, inquit, iuuenis domum reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortaſſis etiam me inuito conarentur interficere. commendo autem tibi terram Babyloniam, vt eam tua cura tutam à latrociniis & illæſam cuſtodias. mihi viciſſim cordi erit tua incolumitas, quandoquidem tuum caput non dubitaſti meæ fidei committere. hæc locutus, datis mox muneribus Aſinæum dimittit. ille domum reuerſus caſtella partim noua condidit, partim quæ priùs habuerat firmauit munitionibus: breuíque in tantum auctus eſt, quantum ante eum nemo alius, à talibus exorſus initiis: nec contentus honoribus Babyloniorum, à Parthorum quoque obſeruabatur ducibus, qui in vicinas prouincias mittebantur cùm imperio. Adeò creuit eius autoritas vnà cũ potentia,

A ἐπεὶ δὲ πιστωθέντας αὐτὸν δεξιᾶς ἐπὶ τῷ ἴλεῳ ὑπομένειν. ὁ δ', τοῖς τε πατρίοις θεοῖς ἐπόμνυτο, μηδὲν κακὸν δρᾶσειν αὐτοῖς πίστει τῇ αὐτῷ προσπεχωρηκόσιν, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. ἐπεὶ δ' αὖ ψεύσαιτό τις δεξιὰν ὑπ' αὐτῷ δόσεως πιστωθείς, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδιαστέλλει εἰ τοιαύτης ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, παρὰ τῷ ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν κατεστηκότων. καὶ Ἀρτάβανος μὲν ταῦτα πράξας, ἐκπέμπει τὸν ἀνιλαῖον, πείσοντα τὸν ἀδελφὸν ἐπανελθεῖν. ἔπραξαν δ' ταῦτα ὁ βασιλεύς, χρήζων ἐκ ὁμοσπονδίᾳ τῇ πρὸς Ἰουδαίων ἀδελφοῖς εἰς φιλίαν κτήσασθαι τὴν ἐκείνου κατεργασίαν, ἐν ὑποψίᾳ τε ὄντων καὶ διανοίᾳ τοῦ ὑποπτεύοντος μᾶλλον ἐλάσειν ἐπ' αὐτούς. ἐδεδίει γὰρ μὴ κατὰ πολεμοῦντος πόλεμον τὸν ἐκείνου κατὰ χείρωσιν τοῦ ἀφεστηκότων, αὐξηθῶσιν ὅτι μέγα οἱ περὶ τὸν ἀσιναῖον ἐν τοῖς Βαβυλωνίαν, ἅτε συσπάσαντες ἐπ' ἀκεραίοις τῇ αὐτῷ, ἢ καὶ τούτου γε ἀτυχόντες τὰ κακῶσαι μείζονος ἁμαρτοῖεν. ὁ μὲν δὴ ταῦτα διανοηθεὶς ἐκπέμπει. ὁ δ' ἀνιλαῖος, πιθανὸς ὢν τῷ ἀδελφῷ, τοῖς τε ἄλλοις παρθυμίαν διηρύμενος τὸ βασιλέως, καὶ ὅρκιον τὸ μεγιστανόμενον. ὡς τε δὴ πείθοντο ὡς τὸν Ἀρτάβανον, ὁ δ' ἡδονῇ αὐτοὺς δέχεται παραγινομένους. ἐθαύμαζέν τε τὸν ἀσιναῖον τὰ ἐν ταῖς πράξεσιν δύσχολον, θεωρῶν παντελὲς ὄντα ὀφθῆναι βραχύ τε καὶ τοῖς τὸ πρῶτον ὄψει συνελθοῦσι δοκοῦσαν καταφρονήματος ἀφορμάς, ὡς οὐδὲν κείνοιεν αὐτόν, φησί τε πρὸς τοὺς φίλους, ὡς μείζονα πάντα παράδηλόν ἐστι παρέχοιτο τοῖς ψυχοῖς τὰ σώματος. παρά τε τὸν δεικνύς τὸν ἀσιναῖον ἀβδαγάσῃ τῷ αὐτῷ στρατοπεδαρχῶν, τότε ὄνομα δηλαφεῖ, καὶ τοῖς πᾶσαν ἀρετοῖ ἢ χρῶντο εἰς πόλεμον. τῷ δ' ἀβδαγάσου κελεύοντος συγχώρημα αὐτῷ ψεύδεσθαι κτείναντα αὐτὸν ποιεῖν ἁπλαβεῖν ὧν ὑβρισεν εἰς τοὺς παρθυαίων ἀρχοῖ, ἀλλ' ἃ αὖ εἶπεν ὁ βασιλεὺς συγχώρημα διδοῖ ἐπ' αὐτοῖ πίστει τῇ εἰς ἐμὲ τεθαρρηκότι, καὶ προσέτι δεξιάν τε πέμψας, καὶ θεῶν ὅρκοις πιθανὸς ψεύδεσθαι παρασκάσας. εἰ δ' ἀνὴρ τυγχάνεις τὰ πολέμια ἀγαθός, μηδὲν ὑπορρίας χρῄζων τῆς ἐμῆς παρθυαίων ἐκδίκῃ τοῖς ἀρχοῖ πειρῶμενος, ἐπαναχωρεῖτω γοῦν ὑπεθέμενος προϊόντος κράτει τῷ σοῖ σε, καὶ μετ' ἀγνοίας ἐμῆς, ἔωθεν δ' μεταπαλέσας τὸν ἀσιναῖον, ὥρα σοι φησὶν, ὦ νεανία, χωρεῖν ὅπῃ τὰ σαυτοῦ, καὶ μὴ πλείοσι τῷ ἐνθάδε στρατηγῶν τοῖ ὀργοῖ ἐρεθίσειας, ὑπὸ χειρεῖν σε τῇ σφαγῇ, καὶ δίχα γνώμης τῆς ἐμῆς. παρακαταθήκην δέ σοι δίδωμι τοῖ Βαβυλωνίων γοῖ, ἀλλήλους τε, καὶ ἀπαθῆ κακῶν ἐσομένοις ὑπὸ τῷ σῶν φρονήσεων. ἄξιον δέ μοι τυγχάνειν σοῦ χρησοῦ ἀνεπίκλητον σοι παρεχόμενος τοῖ ἐμαυτοῦ πίστιν, ἃ ὅπῃ κέφοις, ἀλλ' ὅπῃ εἰς σωτηρίαν ἀναγκαιοτάτως. ταῦτα εἰπὼν, καὶ δῶρα δοὺς ὁπλιτικὰ ἐκπέμπει τὸν ἀσιναῖον. ὁ δ' εἰς τοῖ οἰκείαν παρεγνόμενος, φρούρια κατασκευάζει, καὶ ὁπόσα πρότερον ὠχύρου, μᾶλλόν τε ἐν ὀλίγῳ ἐγείρει, καὶ ὁπόσα ἐν ἄλλος τῷ πρότερον ἐν τοιαύτης ἀφορμῆς ἄφαδαν πραγμάτων ἐν τόλμῃ γεγονότων, παρθυαίων τε αὐτὸν ἐθεράπτουν οἱ ταύτῃ καταπεμπόμενοι στρατηγοί. μικρὸν δὲ ἐδόκει καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἧσον ἀρετῆς ἡ ἐν βαβυλωνίων προῖοῦσα τιμή. διὸ δ' ἐν ἀξιώματι καὶ δυνάμει,

πάντα

πάντα τε ἤδη τὰ ὑπὸ τὴν Μεσοποταμίας πρὸς αὐτὸν ἦρτο A vt Mesopotamia tota ab ipsius penderet nutibus. In hac felicitate florentior indies exegit annos quindecim: quæ nō priùs cœpit in deterius vergere, quàm neglecto pristino virtutis studio, contemptísque institutis patriis, voluptate victi dediderunt se externis libidinibus. Venerat fortè in eas regiones Parthorum quidam dux cum coniuge tam aliis dotibus quàm insigni forma laudata vsque ad miraculum: hanc siue aspectu siue fama cognitam adamauit Asinæi frater Anilæus: & cùm neque suis imperare posset cupidinibus, neq; vlla alia spes esset potiendi muliere, bello maritum eius petiit: primóque conflictu cæso Partho, vxor in victoris potestatem & thalamum peruenit: quod quidem magnarum calamitatum tam ipsi quàm fratri fuit principium. cùm enim amisso priore marito captiua duceretur, simulacra patriorum numinum quæ gentilitio ritu & domi secum habere solebat & in itinere, clàm B inter cæteram supellectilem aduexerat. ea primum colebat sine arbitris. Deinde in thorum recepta, & nacta fiduciam, propalàm operabatur sacris quæ à defuncto acceperat. id factum obiurgabatur ab amicis vtriusq; fratris primariis, indignum facinus dictitantibus, contra Hebraicæ gentis ritus ac leges ductam vxorem barbaram, deditam impiis patriæ suæ superstitionibus. quare videndum ne dum nimium indulgent voluptati corporis, à principatu excidant, quem diuino fauore consecuti sint. Sed adeò nihil profectum est his admonitionibus, vt præcipuùs quidam confossus sit dum liberiùs inuehitur: qui moriens iratum numen imprecatus est fratribus eorúmque sociis, vlturum læsam & religionem & amicitiam, vtque simili & ipsi ab inimicis afficerentur exitio: illi quidem quòd auctores iniuriæ fuerint, hi quòd patrocinatorem legum per summum nefas opprimi passi sint. quamuis enim molestè ferrent talia, plus tamen apud eos valebat præteritæ virtutis memoria, cui acceptam ferebant præsentem felicitatem. sed indignationem eorum accendit mulieris impietas, non ferentium pertinaciter amplexam sacra Parthica: factóque concursu ad Asinæum vociferabantur in Anilæum: dicentes oportere eum, si priùs parum potuit quid vtile sit dispicere, nunc certè erratum corrigere, priusquam id publica expietur pernicie. nam & connubium illud nemini probari, vt parum conueniens patriis ritibus: & superstitiosum numinum cultum quem mulier sibi permittat, pertinere ad Dei veri iniuriam. at ille quamuis agnosceret peccatum fratris allaturum sibi ac suis magnum aliquod incommodum, victus tamen germanitatis affectu facilè ignoscebat succumbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cùm maiores indies concursus ad eum & vociferationes fierent, tādem super ea fratrē

ἐμεσοποταμίας πρὸς αὐτὸν ἦρτο. φρόνημα τε αὐτῷ ἡ εὐδαιμονία ὑπὲρ ἔτη πεντεκαίδεκα. ἀκμάζοντων δ' αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν, ἀρχὴ αὐτοὺς ὑπερηφανίας λαμβάνει κακῶν ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας, ἐπειδὴ τὴν ἀρετὴν ἡ φρόνησαν ὑπὲρ μέγα δυνάμεως, ἐκρέπουσιν εἰς ὕβριν ὑπὸ εὐδαιμονίας τῶν παρόντων ὑπὸ θυμῶν καὶ ἡδονῆς ἐμπεσόντες. τῶν γάρ τινι Σπασίνου ἡγεμόνος ἀφίκετο τὴν ταύτη χωρίων, ᾧ δὴ καὶ ἔπεσε γαμετὴ, ζῶσα ἄλλα, καὶ εἰς τὸ ἐπαινετῶς προσφιλὴς πασῶν, καὶ μείζονα ῥοπὴν ἐπὶ αὐτῷ λαμβάνουσα θαύματι τοῦ κάλλους. ταύτης εἴτε ἀκοῇ τὴν εὐπρεπείας ἐκμαθών, εἴτε καὶ ἄλλως αὐτόπτης γενόμενος, Ἀνίλαος ὁ τοῦ Ἀσινάμου ἀδελφὸς ἐρᾶν τε γέγονε καὶ πολέμιος. τὸ μὲν, ὑπὸ τοῦ μὴ ἄλλως ἐλπίζειν ἐκπεφάσθαι τὴν συμφορὰν τῆς γυναικὸς μὴ τὴν ἔξουσίαν ὡς ἐπ' αὐτῇ κτησθείσῃ παλαιῶν. τὸ δὲ δυσαπάλλακτον κεῖνον τὴν ὀπιθυμίαν. ἅμα τε ἓν πολέμιος ἐπ' αὐτοῖς αἴρει ἐκπεφευγότος, καὶ μάχης ἐπάξιον ἡγουμένης πεσόντος αἰφνιδίως ἀλόντα ἐγγάμητο ἐρασθῆ. ὑφ' ἡμῶν δίκαια μεγάλων δυσχιῶν Ἀνίλαῳ τε ἅμα αὐτῷ, καὶ Ἀσινάμῳ γυνὴ ἀφίκετο εἰς τὸν οἶκον αὐτῷ, ἀλλὰ σὺν τινι μεγάλῳ κακῷ, δι' ἁμαρτίαν. ἐπεὶ δὲ τάδε ἐς τὸ θυμικότος, αἰχμαλώτως ἤγετο, ἀφιδρύματα τῶν θεῶν ἅπερ τῷ πατρὶ καὶ αὐτῇ πάρεσται, ὅπερ χώριον ἦν τοῖς ἐκείνη πᾶσιν ὅσιν ὅπερ τε τῆς οἰκίας ἔχειν σεβάσματα, καὶ ἴσασιν ὅπερ ξένης συνεπάλαθαι, ὡς ἐλεύσεται καὶ ταύτη τὸ πατρίου τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἔθος συναπήγετο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον λεληθότως αὐτῷ θρησκείαν ἐποιεῖτο. γαμετὴ ἦν ἀποδειχθεῖσα, ἤδη ἔσπευ τῷ αὐτῆς εἰωθότι καὶ μεθ' οἵων νομίμων ὑπὸ τὸ πατρίου αἰδοῦς, ἐθεράπευεν αὐτούς. καὶ τῷ ἑταίρων οἱ μάλιστα τιμώμενοι παρ' αὐτοῖς, τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσκηπτον, ὡς ἀδαμῶς πρέπουσι ἑβραϊκὰ, ἀδὲ ὁπόσα νόμοις τοῖς αὐτῷ πρόσφορα, γυναῖκα ἠγμένος ἀλλόφυλον, καὶ παραβαίνουσαν θυσιῶν καὶ σεβασμῷ τῶν αὐτοῖς εἰωθότων τὰ ἀκριβειαν. ὁρᾶν ἓν μὴ τὰ πολλὰ τῇ ἡδονῇ τοῦ σώματος συγχωρῶν ὀπολίσειε τὰ ἀρχαῖα τοῦ δυσρενοῦς, καὶ τὰ εἰς νεῦν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προσηλθέσαν ἐξουσίαν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἐπέρασινον, ἀλλὰ καί τινα αὐτῷ τὰ μάλιστα τιμώμενον, ὅτι παῤῥησίᾳ πλείονι χρήσαιτο, σπέκλη τε, καὶ ὃς κτεινόμενος δυνοίας τε τῶν νόμων, καὶ τοῦ κτείνοντος αὐτὸν, τιμωρίαν ἐπιπράσατο αὐτῷ τε Ἀνίλαῳ, καὶ Ἀσινάμῳ, καὶ πᾶσιν ἑτέροις, ὁμοίαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπαχθεῖσαν γυναῖκας τελευτὴν, τοῖς μὲ, ὡς ἠγεμόσι ξυνομωμοσίαν γεγονόσι, τοῖς δ', ὅτι μὴ βοηθῶεν αὐτῷ διάδε πάσχοντι διὰ τὸ ἐκδικεῖν τοῖς νόμοις. οἱ δ' ἐβαρυύοντο μὲν, ἰσχύοντο δ', μεμνημένοι ἂν ἐξ ἄλλης αἰτίας, ἀλλ' ἰσχύι τῇ ἐκείνων, τῇ δυσαμονίᾳ συνελθόντες. ἐπεὶ δὲ τὸν θεραπείαν ἀκεσῶντα θεῶν τῶν παρθυαίοις πεμπόμενον, ἂν ἔτι αὐχενον ἠρύμενοι τὸ Ἀνίλαῳ τὸ ὑβρίζειν εἰς τοὺς νόμους, ὅτι τὸν Ἀσινάμον ἐλθόντες πλείονες ἤδη κατεβόων τοῦ Ἀνίλαῳ φάμενοι καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ πρότερον κατ' αὐτὸν ἐωρακότα τὸ ὠφελῆν, ἀλλὰ νεῦν ἴσον, ὅπως φρονῆν ποιεῖσθαι τοῦ γεγονότος, πρινὴ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνῳ τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἡμέας εἰς ὀλεθρον ἐξαγαγόμενον. τόν τε γάμον τοῦ ἀνθρώπου λέγοντες ὑπὲρ αὐτῷ, ὅτε αὐτοῖς εἰωθότων τεθεῖσθαι νόμων, καὶ τὴν θρησκείαν ἣν ὑπετηδεύοι ἡ γυνὴ ἐπ' ἀτιμώσει τοῦ θεοῦ τῶν αὐτοῖς σεβασμίων πρόσεσθαι. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη μὲν τὰ ἁμαρτάδα τὸ ἀδελφῷ μεγάλων αἰτίαν ἔσαν κακῶν, καὶ ἐσομένων, ὑπὲρ μὲν, ἀλλὰ ἐξεῖχετό γε δυνοίᾳ τῶν ἡμῶν νικώμενος, καὶ συγγνώμην νέμων, ὡς ὑπὸ κρείττονος κακοῦ τοῦ ὀπιθυμίας νικωμένου. ἐπεὶ δὲ πλείους τε ὁσημέραι συνεφέροντο, καὶ πλείους ἦσαν αἱ καταβοαὶ, τηνικαῦτα δὴ φησὶ πρὸς αὐτῷ

admonuit, anteacta obiurgans, & iubens vt resipiscat in posterum, mulierémque domum ad cognatos ipsius remittat. nihil tamen hac admonitione effectum est: quia mulier sentiens propter se murmur esse in populo, & verita ne Anilæo propter amorem sui durius aliquid accideret, veneno Asinæum sustulit, secura quòd sub amatore iudice impunè auferret hoc facinus. Cæterùm Anilæus ad se vnum iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetum in vicos Mithridatis viri apud Parthos nobilissimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiam: cósque magna præda abacta populatus est. nam & pecuniam multam & mancipia reperit: pecoráque & res alias quibus fortunæ possunt auctiores fieri. Mithridates verò qui fortè tum non procul aberat, audita vicorum expugnatione, indignè ferens vltro se ab Anilæo lacessitum iniuria, habitámque ludibrio suam dignitatem iudicans, excita iuuenum manu, collectóque equitatu quàm potuit maximo, obuiam profectus est conflicturus cum Anilæo: & cùm ad vicum quendam ex suis peruenisset, ibi quieuit: quòd decreuisset postridie Iudæos aggredi sabbato instante, quod illis religioso otio colitur. qua de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiusdam vici incola, & inter cætera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus esset cum suis conuiuium: iusso curare corpus milite, noctu contra hostes properauit, vt inopinos opprimeret. quò delatus circa quartam vigiliam, partim sopitos occidit, partim atronitos fuga coëgit salutem quærere. Mitthridatem etiam viuum captum secum abduxit, nudum super asinum impositum, quæ apud Parthos grauissima habetur contumelia. quem cùm sic ad syluam quandam perduxisset, hortantibus amicis vt illum interficeret, ipsi diuersum visum est, neganti occidendum virum genere apud Parthos præcipuum, & honoratum affinitate regia. præteritarum enim iniuriarum posse impetrare veniam. quamuis enim offensus sit Mithridates, habiturum tamen pro concessa incolumitate gratiam: quòd si grauiùs in eum consulant, non quieturum regem nisi magnis cædibus in Iudæos Babylone degentes vindicet: quibus parcendum esse propter coniunctionem sanguinis, & vt ad illos sibi pateat refugium, si qua clades accidat, vt sunt belli vicissitudines. eam sententiam approbauit multitudo cætera, atque ita Mithridates dimittitur. qui domum reuersus ab vxore exceptus est conuitio, quòd regis genet post acceptas à Iudæis tot iam insignes iniurias, nunc captiuus etiam vitam eis debere sustineret precariam. Aut igitur, inquit, pristinam virtutem recipe, aut Deos testor, quibus curæ est regum dignitas, me tua conditione non vsuram postea. ille partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timens mulieris elatum animum ne diuortium faceret, inuitus quidem, coëgit tamen quantas potuit copias, indignum seipse vita existimans,

πρὸς ἀνίλαῖον, τοῖς τε πρώτων γεγονόσιν ὕπτιμῶ, καὶ παύσασθαι τὸ λοιπὸν κελεύων τ' ἀνθρωπον ὑποπεμφάμενον εἰς τοὺς συγγενεῖς. ἐπεφάσκετο δ' ἡδὲν εἰκῆ τὸ λόγων, καὶ ἡ γυνὴ δ' ἀφαιρομένη μὲ τὸ θεοῦ τὸ κατέχοντος τοὺς λαοὺς δι' αὐτὸν, δεδοικυῖα δ' ὡς ἐπὶ τ' ἀνίλαίου μηκέτι πάσοι ἔρωτι τῆς πρὸς αὐτὸν, φάρμακον τῆς ἀσιναίῳ δοῦσα ἐν τοῖς σιτίοις, μεθίησι τὸν ἄνθρωπον, ἀδεής τε ὢν ὅτι κειτὴ τῷ πρὸς αὐτὸν πρεαχθησομένων τῆς ἐρασθῆ γυναικός. ἀνίλαῖος δ' καταμάθας ἤδη τὸν ἡμερονίαν ἀθυμίαν, ἐξάγει στρατιὰν ὅπι τοὺς μιθριδάτου κώμας, καὶ πρὸς πρώτου ἐν τῇ παρθυαίων, καὶ βασιλέως ἀρταβάνε τὸν θυγατέρα γεγαμηκότος, δὲ λείας τε ἦγε αὐτὰς καὶ πολλὰ μὲ χρήματα, καὶ ἀνδράποδα δυείσηται, πολλά τε πρόβατα, ἄλλά τε πολλὰ ὁπόσα ὅπι προσλήψει τὸ δυδαίμονος ὠφελεῖ τοῖς ἔχουσι. μιθριδάτης δ', ἐτύγχανε γὰρ τῆδε, ἐπεὶ ἀκούει τῷ κωμῶ τὸν ἄλωσιν, ἐν δεινῷ φέρων ὁπότε μὴ προφάξαντος ἀδικεῖν ἀνίλαῖος ἄρξαιτο, καὶ παρόντος τ' ἀξιώματος ὑπερίδων, ἱππέας συναγαγὼν πλείους ὅσους ἐδύνατο, καὶ τῶν πλείσων τοὺς ἐν ἡλικία παρὼν, ὡς προσμίξων τοῖς περὶ τὸν ἀνίλαῖον. καὶ ἔν τινι κώμῃ τῷ αὐτῷ καταχὼν, ἡσύχαζεν, ὡς τῇ ὄπτιόσῃ μαχησόμενος δι' τὸ εἶ σάββατον ἡμέραν τοῖς ἰουδαίοις ἐν ἀργίᾳ διαγομένοις. ἀνίλαῖος δ' ταῦτα πυθόμενος παρ' αὐτὸς ἐς σύεγγυ ἀλλοφύλου ἐξ ἑτέρας κώμης, τά τε ἄλλα φέροντος ἀκριβῶς, καὶ τὸ χωρίον ἔνθα μιθριδάτης ἤμελλε διαυναυλίσεσθαι δεπνοποιησάμενος, καθ' ὥραν ἤλαυνε νυκτὸς ἀμαθέσι τῷ ποιημένων χρήζων τοῖς παρθυαίοις ὅπιπεσεῖν, καὶ περὶ φυλακὴν τετάρτην ὅπιπεσὼν, τοὺς μὲ, ἔτι κοιμωμένους ἀναιρεῖ, τοὺς δ' εἰς φυγὴν ἔπει. μιθριδάτης δ' ζωγρεία λαβὼν, ἤγαγε ὡς αὐτὸν ὅπι ὄνον γυμνὸν ἀναβεβημένος, ἥπερ ἀτιμιῶν μεγίστη νομίζε) παρθυαίοις. καταγαγὼν δ' εἰς τὴν ὕλλην μὲ τοιοῦτου ὀείσματος, καὶ κελεύόντων τῶν φίλων ἀναιρεῖν τὸν μιθριδάτην, ἀνεδίδασκεν αὐτοὺς ἀπὸ δῶν αὐτὸς ἐναντία. μὴ γὰρ καλῶς ἔχειν ἀναιρεῖν ἄνδρα γένους τε ὄντα τῶ πρώτου παρθυαίοις, καὶ ὕπτιαμία τῇ πρὸς τὸν βασιλέα μειζόνως τιμώμενον. νεῦ μὲν γὰρ αἰεκτὰ εἶ) τὰ πεπραγμένα. καὶ γὰρ εἴπερ ὑβρεισαι μιθριδάτης, ἀλλ' οὐῶ σωτηρία τῆς ψυχῆς διεργαζόμενον χάριτος μνήσασθαι τοῖς τὰ δικαίᾳ παρεσχῶσι. πάχος δέ τι αἰτήσεσον ἂν ἀζημίωσεν βασιλέα, μὴ οὐῶ μεγάλῳ σφαγὼ ἰουδαίων τῶ ἐν βαβυλῶνι ποιησάμενον, ὧν φείδεσθαι καλῶς ἔχειν, δι' τε τὴν συγγένειαν, καὶ δι' τὸ μὴ ἀπαστροφὴν εἶ) ἂν αὐτοῖς πάσματός τινος γένομένου τὸ κατ' ἐκείνους ἀκμῆς πληθύι χρώμενον. ὁ μὲν ταῦτα διανοηθεὶς, καὶ φεύσας ἐν τῷ συλλόγῳ, πιθανὸς ἦν. ἀφίεται τε μιθριδάτης. ἐξελθόντα δ' αὐτὸν ὠνείδιζεν ἡ γυνὴ εἰ μὴ προθυμήσεται βασιλέως τε γαμβρὸς ὢν, καὶ ταύτῃ τιμωρήσεσθαι τοὺς ὑβρείσαντας εἰς αὐτὸν προιορώμενος, ἀγαπὼν δ' τ' σωτηρίαν μὴ ἀχμαλωσίας ὑπὸ ἰουδαίων ἀνδρῶν γένομένης. καὶ νεῦ ἐπανάδραμε τ' ἀρετὴν ἤθεως ἐπόμνυμι τοὺς βασιλέως, ἢ μὲν ἀναλυθήσεσθαι τῆς πρὸς σὲ ὅπι γάμῳ κοινωνίας. ὁ δ' αὖ, τῦτο μὲν τῷ ὀνειδῶν τὸν καθημέραν ἀχθηδόνα μὴ φέρων, τῦτο δ' τ γυναικὸς τ' μεγαλοφροσύνην δεδιὼς μὴ ἀναλύοιτο αὐτὸ τ' γάμων, ἄκων μὲ καὶ βυλόμενος, συνάγει χοῦ στρατὸν ὅσον ἠδύνατο πλεῖσον, καὶ ἐλαύνει, ὡς ἀναχετὸν ὑπολαμβάνων ἔτι καὶ αὐτὸς τὴν σωτηρίαν, εἰ παρ-

εἰ παρθυαῖος ὢν ὑπὸ ἰουδαίων θεωθοῖτο αἰτιολε- A
μίστων. ἀνίλαῖος ᾗ ὡς μαθαὶ θεοσπλαύνοντα δυνά-
μει πολλῇ τὸν μιθριδάτιω, ἀδόξον ἡγησάμενος τὸ
μένειν ἐν τοῖς ἕλεσιν, ἀλλὰ μὴ ῥᾳθάσας ὑπαντιάζειν
τοὺς πολεμίοις, δυτυχίᾳ τε τῇ θεότερον ἐλπίζων ὅμοια
θεάξειν τοὺς πολεμίους, ἔ τιὼ τε τόλμησιν ἢ εἰωθόσι
θαῤῥεῖν ὡδατυχαίειν, ἰξῆγε τιὼ δύναμιν. πολλοί
τε θεὸς τᾷ οἰκείῳ ςρατᾷ θεοσεγένοντο αὐτᾷ καθ'
ἁρπαγὴν τᾷ ἀνλοξίων ξαπησόμενοι, ἢ ὄψει πάλιν
θεοικπλήξοντες τοὺς πολεμίους. θεοσιῶσι ᾗ αὐτοῖς B
εἰς ςαδίους ἑκατὸν κοντα, ἔ δᾳὰ τ' αὐύδρι τ' πορείας γε-
νομένης, ἔ μεσημβρίας, τότε ὠειλῶ τε τὸ δίψος, ἢ
μιθριδάτης ὑπφανεὶς, θεοσέβαλλε τεθαλαπωρη-
μένοις ἀπορία τᾶ πιεῖν, δι' αὐτὸ ἢ τ' ὥραν φέρειν τὰ
ὅπλα μὴ δυναμένοις. ξοπή τε οὖν γίνε) τ' ὠειὶ τ' ἀνι-
λαῖον ἀρχὰ, δᾳὰ τὸ ἀπηνορδυκότας ἀκραφνέσι θεοσ-
φέρεδ, ἢ φόνος πολὺς, πολλαί τε μυριάδες ἔπεσον αὐ-
δρῶν. ἀνίλαῖος ᾗ, ἢ ὅσον ὠὲι αὐτὸν ἦν σωνεσηκὸς ὅτι τ' C
ὕλης ἐπανεχώρων φυγῇ μεγάλῃ νίκης τ' ἐπ' αὐτοῖς
χαρὰ μιθριδάτῃ παρεχηκότες. ἀνιλαίῳ ᾗ θεοσήει
πλῆθος ἄπηεον αὐδρῶν πονηρῶν ἐν ὀλίγῳ τ' σωτηρίαν
ποιεμένων, ῥᾳςώνης χάειτι τ' εἰς τὸ παρὸν, ὡς τε αὐ-
τᾷσίσωμα τ' τούτων θεόσοδον ᾐρέθη πλῆθος τ' ἀπο-
λωλότων. ὑ μὲν ὅμοιοί τε ἦσαν τοῖς πεπλωκόσι δᾳὰ τὸ
ἀμελέτητον. ὑ μὲν ἀλλὰ ἢ τούτας ὑπφοιτὰ τ' κώ-
μαις τ' βαβυλωνίων, αἰάς ατά τε ἰὼ πάντα τούτα ὑπὸ D
τ' ἀνιλαίᾳ ὕβρεως. ἔ βαβυλώνιοι, ἢ οἱ ὄντες ἐν τᾷ πο-
λέμῳ, πέμπουσιν εἰς τὰ νεόρδα θεὸς τοὺς ἐν αὐτῇ ἰου-
δαίους ἀνίλαῖον ἐξαιτέμενοι. ἢ μὴ δεξαμένοις τοῦτον τ'
λόγον, ὑδὲ γὰ ἑκλομένοις ἐκδοτον ὡδαχεῖν δυνατὸν
ἰώ, τ' εἰρήνίω θοεκαλοῦντο. οἱ ᾗ καὐτοὶ χεήζειν ἔλεγον
τ' ὅτι τ' εἰρήνης συμβάσεων. ἢ πέμπουσι μᾶ τᾷ βα-
βυλωνίων ἄνδρας, οἳ διελέγοντο θεὸς τ' ἀνιλαῖον. οἱ ᾗ E
βαβυλώνιοι κατοπίας αὐτοῖς γενομένης, μαθόντες τὸ
χωρίον ἐν ᾧ ἱδρυμένος ἀνιλαῖος ἰώ, ὄπτεσόντες κρύ-
φα νυκτὸς μεθύουσι, ἢ κὰθ' ὕπνον ξεπομένοις κτεί-
νουσιν ἀδεῶς πάντας ὅσους ἐγκατέλαβον, ἔ ἀνιλαῖον
αὐτὸν ἀπέκτειναν. οἱ βαβυλώνιοι ᾗ ἀπαλλαγέντες
τ' ἀνιλαίου βαρύτητος, ὄπισόμισμα γὰ ἰώ αὐτᾷ
μίσει τᾷ θεὸς ἰουδαίους, ἀεὶ γὰ ὡς ὅτι πολὺ δᾳά-
φορεσι καθεςήκεσαν αἰτίᾳ τῆς ἐναντιώσεως τᾷ νόμων,
ἔ ὁποτέρως ὡδεγένοιτο θαῤῥεῖν θεότερον ἀλλήλων F
ἤρξατο. ἔ τότε οὖν ὀπολωλότων τᾷ ὠειὶ ἀνιλαῖον,
ἐπεπίθεντο τοῖς ἰουδαίοις οἱ βαβυλώνιοι. οἱ ᾗ ἐν δει-
νᾷ πεθέμενοι τιὼ ὕβριν τιὼ ἐν τᾷ βαβυλωνίων, ἢ
μήτε αἰτιτάξαδαι μάχῃ δυνάμενοι, μήτε ἀνεκτὸν
ἡγέμενοι τιὼ σωνοικίαν, ᾤχοντο εἰς σελεύκειαν
τᾷ ἐκείνῃ πόλιν ἀξιολογοτάτιω, σελεύκου κτίσαντος
αὐτιὼ τοῦ νικάνορος. οἰκοῦσι ᾗ αὐτιὼ, πολλοὶ τᾷ μα-
κεδόνων, πλεῖσοι ᾗ ἕλλιωες, ἔσι ᾗ καὶ σύρων ἐν ὀλί-
γον τὸ ἐμπολιτευόμενον. εἰς μὲν δὴ ταύτιω κατα-
φεύγουσιν οἱ ἰουδαῖοι, ἢ ὅτι πάντα ἔτι ἀπαθεῖς G
κακῶν ἦσαν. τᾷ ᾗ ἕκτῳ ἴτει μετὰ τὸ πρῶτον, φθο-
ρὰ ἐν βαβυλῶνι ἐγένετο αὐτᾷ, καὶ καιναὶ κτίσεις
ἐν τ' πόλεως ἢ δι' αὐτιὼ ἀφιξιν εἰς τ' σελεύκειαν, ἐνδέχεται δὴ μείζων αὐτοὶς συμφορὰ, δι' αἰτίαν ἰώ ἀ-
φηγήσομαι. σελευκέων τοῖς ἕλλησι θεὸς τοὺς σύρους ὡς ὅτι πολὺ ἐν σάσῃ ἢ δικονοίᾳ ὄζιν ὁ βίος, ἢ κρα-
τοῦσι οἱ ἕλλιωες. τότε οὖν συνοικουέντων αὐτοῖς ἰουδαίων ἐγενομένων ἐςασίαζον, ἢ οἱ σύροι καθυπέρτε-
ροι ἦσαν ὁμολογίᾳ τᾷ ἰουδαίων θεὸς αὐτοὺς, φιλονικιῶν τε ἀνδρῶν, ἢ πολεμεῖν θεοθύμως

si homo Parthus Iudæis victoriam cederet. Anilæus verò vbi cognouit aduentare illum cum valido exercitu, turpe duceus continere se intra paluſtria, & ſperans fortunam contra hoſtes priori ſimilem, fretúsque milite iam aſſueto vincere, & ipſe contra eduxit copias: cui præter veteranos multi tum etiam prædæ cupidine ſe adiunxerant, rati profligandum hoſtem quamprimùm in conſpectum venerit. progreſſos autem meridiano tempore per regionem inaquoſam ad nonaginta ſtadia Mithridates adoritur, æſtu & ſiti laboréque itineris adeo feſſos, vt arma ægrè ſuſtinerent, ipſe recentibus viribus: confeſtímque in fugam verſis tanta cædes ſecuta eſt, vt multa virorum millia caderent. Anilæus autem ſtipatus globo iuuenum effuſiſſima fuga ſe in quandam ſyluam recepit, relicta Mithridati lætiſſima victoria. Verùm ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorum hominum, qui licentiam pluris quàm propriam ſalutem facerent: itaque detrimentum quòd acceperat in prælio, ſuppletum eſt duntaxat numero. neque enim conferendi erant cũ his qui ceciderant, eo quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamẽ eos contra Babyloniorum caſtella, latéque vaſtabat omnia. Tum Babylonij reliquíque hoſtes miſerunt Neerdam ad Iudæos qui Anilæum depoſcerent ad ſupplicium. quod cùm non impetrarent: neque enim illis integrum erat hominem dedere, ad pacem eos inuitauerunt. quibus tractationem de conditionibus pacis admittentibus, miſſi ſunt tam ab illis quàm à Babyloniis legati ad Anilæum. tum Babylonij perluſtrato diligenter loco in quo ſe ille continebat, clàm noctu irruunt in ſopitos & grauatos crapula: & impunè quotquot adepti ſunt interficiunt, & ipſum Anilæum inter cæteros. Tum verò hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehac non auſus erat odium effundere in noſtros homines, cum quibus illi propter diuerſos ritus perpetuum eſt diſſidium, nunc his nunc illis præualentibus: ſublato inquam Anilæi ſodalitio, in Iudæos vndique coortus eſt. Itaque non ferentes eorum violentiam, & ſententes ſe ad confligendum impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam vrbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim conditam. hæc commune eſt Macedonum, Græcorum & Syrorum domicilium. eò poſtquam confugerunt Iudæi, per quenquennium nulla affecti ſunt iniuria. ſexto autem anno peſte apud Babylonem graſſante, denuò inde migratum eſt: quam multitudinem excipiente Seleucia, ſequuta eſt Iudæos maior calamitas ex huiuſmodi cauſa. in hac vrbe ſemper Græcis malè cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderante. quò poſtquam à Iudæis migratum eſt, eorum fauore conditio Syrorum cœpit eſſe potior, aucta viris bellicoſis, & periculorum

contemptoribus. quare Græci ſuccumbentes, & videntes ſe non poſſe recuperare dignitatem priſtinam manente Iudæorum & Syrorum conſenſu, ſuos quiſque familiares Syros apellauerunt de pace & amicitia, id quod facilè impetratum eſt. nam cùm vtrinque primatibus commiſſum eſſet negotium, ſecuta eſt reconciliatio, quam ita demum ratam fore pſacuit, ſi vtrique Iudæos communibus proſequerentur odiis: eóſque ex improuiſo aggreſſi, occiderunt ſupra quinquaginta virorum millia: nec vllus euaſit, niſi ſi quem amici aut vicini ſeruauit miſericordia. hi deinde ſeceſſerunt Creſiphontem vrbem Græcanicam vicinam Seleuciæ, vbi quotannis rex hybernare eſt ſolitus, habens ibi maiorem ſuppellectilis partem repoſitam, ibíque ſedes fixerunt, tutos ſe rati regiæ maieſtatis reuerentia. Cæterùm Babyloniorum ac Seleucenſium terror omnes eius tractus Iudæos peruagatus eſt: quãdo quicquid erat Syrorum in illis regionibus cum Seleucenſibus conſpirauit in eorum perniciem. quo factum eſt vt plerique Neerdam & Niſibim ſe receperint, ſecuritatem ſuam reponentes in earum munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à viris bellicoſiſſimis. Atque ita ſe tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

A ἐπεταλμένων. καὶ οἱ Ἕλληνες προσωλόμενοι τῇ σάσῃ, ἐπεὶ μίαν ὁρῶντες αὐτοῖς ἀφορμὴν τοῦ ἀναπαύσασθαι τὸ πρότερον ἀξίωμα, εἰ διωνηθεῖεν παῦσαι ταυτὸν λέγοντας Ἰουδαίοις καὶ σύνεσις, ἐπελέγοντο ἕκαστος πρὸς τοὺς σύρων τοὺς αὐτῷ συνήθεις περὶ τοῦ γενέσθαι, εἰρήνην τε καὶ φιλίαν ὑπισχνούμενοι. οἱ δ' ἐπείθοντο ἀσμένως. ἐγένετο οὖν ἀφ' ἑκατέρων λόγοι, καὶ τῶν πρώτων παρ' ἑτέροις ἀνδρῶν πρεσβεύσεων

